ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXXXIII

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M.DCCCC.LXXXXI

f

f

i
i

An. et rol. LXXXin 7 Ianuarii 1991 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM ORDINARIUM PUBLICUM

Feria secunda, die XXVI mensis Novembris, anno MCMXC, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani, fuit *Consistorium ordinarium publicum,* cuius acta ex ordine referuntur :

I - INTRODUCTIO

Summus Pontifex, adstantibus Patribus cardinalibus, sacris Praesulibus, Abbatibus *nullius,* et Romanae Curiae Praelatis quibus intimari solet, signavit se signo crucis et versiculum *Deus in adiutorium* ad horam Sextam inchoandam decantavit ; deinde haec verba dixit :

Huc convenimus, Venerabiles Fratres,
ad consilia conferenda
de rebus haud parvi momenti pro Ecclesiae vita:
de opportunitate enim disseremus
beatis Mariae Margaritae Dufrost de Lajemmerais
viduae d'Youville
et Raphaeli a sancto Ioseph Kalinowski
Sanctorum caelitum honores decernendi
eosque universae Ecclesiae venerationi proponendi;
et quaedam tractabimus

cum ad regimen Ecclesiae
tum ad vestrum Collegium pertinentia.

In primis vero Domini laudes psallendo narremus,
eius verbum fidenter audiamus,
enixas effundamus preces
ut ille sua gratia mentes nostras illuminet
nobisque aperiat quod sibi gratum sit,
quid ad incrementum Ecclesiae proficiat.

II - RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Post psalmodiam et lectionem brevem horae mediae, rev.mus Angelus card. Felici, Diaconus Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios, Congregationis de Causis Sanctorum Praefectus, sermonem habuit de vita et miraculis beatorum Mariae Margaritae Dufrost de Lajemmerais, viduae d'Youville, et Raphaelis a sancto Ioseph Kalinowski, et acta recensuit, quae iri causis canonizationis eorundem Servorum Dei eadem Congregatio admittenda et approbanda putavit.

Relatione expleta, Ss.mus ad cardinales, praesules et ordinarios allocutionem ad vota pro canonizatione exquirenda sic habuit :

Cum apud Congregationem de Causis Sanctorum,
ut a Fratre nostro Angelo
cardinali Felici accepimus,
omnia quae opus sunt
ut beata Maria Margarita Dufrost de Lajemmerais
vidua d'Youville
et beatus Raphael a Sancto Ioseph Kalinowski
in Sanctorum numero censeantur
feliciter sint expleta,
videturne vobis, Venerabiles Fratres,
attentis praesertim nostrorum temporum adiunctis,
ipsos Beatam Mariam Margaritam Dufrost de Lajemmerais
viduam d'Youville
et Raphaelem a sancto Ioseph Kalinowski
tamquam vitae christianae et sanctitatis exempla
universae Ecclesiae proponendos esse?

Tunc omnes, servato ordine, sententiam aperuerunt. Exceptis congregatorum patrum suffragiis, Summus Pontifex sequenti formula dies canonizationis indixit et alia quoque verba addidit ad novum ritum Consistorii peragendi, *ad experimentum* propositum, illustrandum :

Gaudeo et laetor, Venerabiles Fratres,
quod existimastis
totius Ecclesiae venerationi esse proponendos
beatam Mariam Margaritam Dufrost de Lajemmerais
viduam d'Youville
et beatum Raphaelem a sancto Ioseph Kalinowski
quorum sanctitatem Congregatio de Causis Sanctorum
gravibus argumentis iam comprobavit.

Itaque, auctoritate Dei Omnipotentis,
Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra,
decernimus ut ,
beata Maria Margarita Dufrost de Lajemmerais
vidua d'Youville
die nona decembris
et beatus Raphael a sancto Ioseph Kalinowski
die statuendo
in Sanctorum album referantur.

III - OPTIONES

Ad iuris normam rev.mus cardinalis Iosephus Caprio, Protodiaconus, optavit ad Ordinem presbyterorum et dimissa diaconia Sanctae Mariae Auxiliatricis in via Tusculana, titulum Sanctae Mariae de Victoria obtinuit. Idem fecerunt rev.mus cardinalis Eganus Righi-Lambertini qui, dimissa diaconia Sancti Ioannis Bosco in via Tusculana, titulum Sanctae Mariae in Via recepit et rev.mus cardinalis Ladislaus Rubin qui, per procuratorem, de venia Ss.mi retinuit diaconiam Sanctae Mariae in via Lata, pro hac vice ad titulum evecta.

Beatissimus Pater, dominis cardinalibus et archiepiscopo Volsiniensi, procuratori ad causam et effectum de quo agitur, Bullas novorum titulorum, seu Apostolicas sub plumbo Litteras, ilico tradidit.

IV - NOVUS CARDINALIS PROTODIACONUS

Per optiones supra recensitas vacans officium Protodiaconi, rev.mus card. Aurelius Sabattani, Diaconus Sancti Apollinaris ad Thermas Neronianas-Alexandrinas, suscepit, annuente Domino Apostolico.

V - CONFECTIO INSTRUMENTI ACTORUM

Statim ac Ss.mus post precationem pro sancta Ecclesia benedictionem impertivit, Magistro celebrationum domni Papae rogante, adstantibus Protonotariis Apostolicis ut iuridica instrumenta de omnibus supra recensitis conficerent, de more mandatum est, et laude omnipotenti Deo reddita, Consistorium est absolutum.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

Nova canonica ordinatio Nicolaitanae Barensi basilicae datur, IX expleto saeculo a translatione reliquiarum Sancti Nicolai, episcopi Myrensis.

A seguito delle celebrazioni del IX centenario della Traslazione delle reliquie di San Nicola da Myra a Bari (1087-1987) la Sede Apostolica — considerati i mutamenti legati alle direttive del Concilio Vaticano II e le nuove prospettive di ordine pastorale della Basilica del Santo — ha deciso di dare ancor maggiore impulso alla vita dell'insigne Tempio, in parte confermando, e in parte sviluppando le linee dettate nelle due precedenti Bolle *Sacris in aedibus* del 5 agosto 1951 e *Basilicae Nicolaitanae* dell'I! febbraio 1968.

I

La storia di 900 anni di vita offre una chiara testimonianza del ruolo che la Basilica ha avuto e continua ad avere per l'incremento del culto, nella Chiesa cattolica e in quella ortodossa, del Santo Vescovo di Myra, il cui corpo è ivi custodito.

Per tanti secoli segno di fede e meta dei cristiani dell'Occidente e dell'Oriente, detta Basilica, affidata nel 1951 alle cure dei Frati Predicatori ed elevata nel 1968 alla dignità di Basilica Pontificia, ha goduto in questi ultimi decenni, grazie alla guida di coloro che sono

stati preposti alla sua tutela, di un rinnovato fervore sotto l'aspetto liturgico, pastorale, culturale e soprattutto ecumenico.

Nel periodo più recente, per le sagge e pastorali direttive della Santa Sede e del Delegato Pontificio in persona dell'Arcivescovo pro-tempore di Bari, ha acquisito una particolare funzione ed importanza per la promozione delle attività ecumeniche, che configurano una specifica vocazione della Chiesa locale di Bari e di tutta la Puglia.

Dopo un primo periodo dedicato principalmente alla ricostruzione, al restauro e alla ristrutturazione degli edifici, i Frati Predicatori hanno dato un vigoroso impulso ai vari aspetti della vita della Basilica nell'intento di svolgere proficuamente il proprio servizio nella Chiesa locale.

Particolare attenzione è stata riservata all'annuncio della Parola di Dio, alla celebrazione dell'Eucaristia, alla pratica del sacramento della Penitenza, al rinnovato sviluppo e diffusione del culto del Santo. Notevole impulso è stato conferito anche alle attività culturali e in particolare agli studi nicolaiani riguardanti sia la figura e le tradizioni del Santo, sia il suo Tempio, con raccolte documentarie, studi e pubblicazioni.

Nello spirito e secondo linee tracciate dal Vaticano II, allo scopo di rafforzare la peculiare vocazione della Chiesa di Bari e delle Puglie, è stata incrementata l'attività ecumenica particolarmente tra Cattolici e Ortodossi, riservando una cordiale accoglienza ai fratelli Ortodossi e sviluppando una premurosa azione teologico-culturale : con celebrazioni liturgiche nella cappella della cripta della Basilica, riservata agli Ortodossi, con incontri di preghiera interconfessionali e con le attività dell'Istituto di Teologia Ecumenica ((San Nicola » e del Centro Ecumenico della Basilica.

L'illustre Tempio, oltre a stabilire più stretti rapporti con le innumerevoli Chiese dedicate al Santo nel mondo, svolge oggi un importante ruolo di segno ecclesiale ecumenico, al fine di contribuire all'auspicata unione tra le Chiese dell'Oriente e dell'Occidente. Inserito nella Chiesa locale di Bari-Bitonto, esso assicura il costante riferimento al Vescovo, visibile principio e fondamento di unità nella sua Chiesa particolare (Cost. *Lumen gentium,* 23), e, insieme, alla Sede Apostolica, così da costituire un segno luminoso del dono dello Spirito del Signore.

II

Pertanto, perché siano continuate e sviluppate le attività che hanno determinato la rifioritura della Basilica e quindi del culto del Santo di Myra in Bari, in forza di quanto previsto dal Decreto della Sacra Congregazione Concistoriale del 6 dicembre 1919, ribadisco quanto fu disposto con la Bolla di S. S. Pio XII *Sacris in aedibus* del 5 agosto 1951 : « La Basilica di San Nicola e gli edifìci annessi sono affidati "ad nutum S. Sedis" all'Ordine dei Frati Predicatori insieme con gli unici annessi, diritti e doveri, privilegi ed obblighi di pertinenza della medesima Basilica ». Il Sommo Pontefice Paolo VI nella Bolla *Basilicae Nicolaitanae* dell'll febbraio 1968 ha richiamato l'impegno urgente di una sincera ed efficace unione delle forze, data l'importanza che la Basilica di San Nicola riveste per la città di Bari e, in generale, per la cattolicità, ((in quanto ha contribuito in ogni tempo a dare impulso al movimento ecumenico ».

L'unione più stretta della Basilica alla Sede Apostolica e all'Arcivescovo diocesano riceve nuova luce dalla dottrina del Concilio Ecumenico Vaticano II e dal Magistero post-conciliare. Io stesso, nel discorso rivolto ai Presuli della Regione Puglia, durante la loro visita *ad limina,* ho richiamato la funzione ecumenica della Chiesa barese « per la sua posizione geografica e per la presenza delle venerate reliquie di San Nicola» *(Insegnamenti* IX/2 [1986] 2005).

In armonia con quanto premesso, l'ordinamento giuridico della Basilica di San Nicola d'ora in poi sarà regolato secondo le seguenti norme :

1. La gestione della Basilica di San Nicola, affidata all'Ordine dei Frati Predicatori, sarà esercitata sotto la diretta tutela della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei, Loreto e Bari.

2. A conferma del necessario legame tra la Basilica di San Nicola e la Chiesa locale barese, la Santa Sede prepone alla Basilica l'Arcivescovo pro-tempore di Bari-Bitonto, il quale assume la funzione di Delegato Pontificio, e allo stesso attribuisce i diritti e i doveri che vengono elencati più sotto. Il Delegato Pontifìcio « vi sui muneris » è il legale rappresentante della Basilica di San Nicola.

3. I Frati Predicatori avranno la diretta responsabilità della conduzione pastorale, culturale ed amministrativa della Basilica e delle attività istituzionali connesse con la vita della stessa.

4. I Frati Predicatori eserciteranno tale responsabilità attenendosi alle direttive degli Organi a ciò preposti dalla Santa Sede, in armonia con gli orientamenti pastorali e la vocazione ecumenica della Chiesa di Bari-Bitonto.

5. Il Delegato Pontificio eserciterà il compito della vigilanza pastorale e del controllo amministrativo della Basilica, avvalendosi di appositi Organismi quali le condizioni di tempo e di luogo consiglieranno.

6. Il Tempio di San Mcola è sottoposto alla giurisdizione del Delegato Pontificio allo stesso modo delle Chiese parrocchiali añídate ai Religiosi.

La Comunità religiosa dei Frati Predicatori gode dell'esenzione anche dal Delegato Pontifìcio secondo le norme del diritto comune.

7. Il Rettore della Basilica è il Priore della comunità religiosa dei Frati Predicatori, costituita per il servizio della Basilica stessa; egli è designato a norma delle Costituzioni del proprio Ordine e presentato alla Santa Sede, per la prima nomina, dal Maestro Generale dell'Ordine.

8. Il Rettore, nominato dalla Santa Sede, viene immesso nell'ufficio dal Delegato Pontifìcio con rito pubblico.

9. Quando l'ufiicio del Rettore è vacante, oppure il Rettore è assente per qualsiasi motivo, i suoi diritti e doveri sono assunti da chi ne fa le veci nel governo della Comunità dei Frati Predicatori annessa alla Basilica.

10. Spetta alla Santa Sede :

a) confermare ed immettere nella carica il Rettore della Basilica, presentato dal Maestro Generale dei Frati Predicatori ;

b) vigilare, per mezzo del suo Delegato, sulla amministrazione dei beni temporali, sia mobili che immobili, del tempio di San Mcola, e circa gli oneri delle pie fondazioni e l'uso delle donazioni e delle offerte ;

c) ricevere annualmente le relazioni della vita religiosa e dello stato economico e patrimoniale della Basilica ;

d) nominare, quando la Sede Metropolitana è vacante, il Vicario della stessa Basilica, e concedere a lui i necessari ed opportuni poteri.

11. Spetta al Delegato Pontificio :

a) inserire l'attività della Basilica nella pastorale della Chiesa locale ;

b) promuovere in Basilica le iniziative di ordine pastorale e culturale che ritiene opportune, in collaborazione con il Rettore e la Comunità dei Frati Predicatori;

c) nominare suo procuratore legale il Rettore della stessa Basilica per gli atti di ordinaria amministrazione;

d) chiedere alla Santa Sede le prescritte autorizzazioni per gli atti di straordinaria amministrazione proposti dal Rettore della Basilica;

e) presiedere gli Organismi di vigilanza e controllo di cui al n. 5, e curare i rapporti con gli Organismi della Santa Sede preposti alla Basilica, nel rispetto dell'autonoma gestione affidata all'Ordine dei Frati Predicatori;

f) trasmettere alla Santa Sede le relazioni sue e del Rettore concernenti tutti gli aspetti della vita della Basilica;

g) approvare i programmi dei festeggiamenti ordinari e straordinari in onore di San Nicola.

12. Spetta al Rettore della Basilica :

a) la facoltà ordinaria di assistere e delegare alla celebrazione dei matrimoni, con l'obbligo di trasmettere gli atti al Parroco della Cattedrale, nonché la facoltà di ascoltare le confessioni e delegare altri all'esercizio del sacramento della penitenza;

b) designare i Comitati, sia ordinari che straordinari, dei festeggiamenti in onore di San Nicola, e sottoporli all'approvazione del Delegato Pontificio; e presiedere inoltre detti Comitati a norma dei regolamenti speciali approvati dal Delegato stesso;

c) promuovere in Basilica celebrazioni straordinarie invitando, col consenso almeno presunto del Delegato Pontificio, uno o più Vescovi ;

d) inviare ogni anno al Delegato Pontificio, entro il mese di novembre il bilancio di previsione economica, ed entro il mese del successivo febbraio il bilancio consuntivo, debitamente approvati dal consiglio di amministrazione conventuale;

e) trasmettere al Delegato Pontificio ogni tre anni la relazione circa le modalità del culto e dell'attività pastorale della Basilica, nonché circa lo stato degli edifici ;

f) mettere a disposizione del Delegato Pontificio tutta la documentazione necessaria, perché egli possa assolvere al proprio ufficio di vigilanza e controllo.

Tutto quanto è stabilito nella presente Costituzione, ordino che abbia pieno valore, nonostante qualsiasi disposizione in contrario, anche se degna di speciale menzione.

Dato a Roma, presso San Pietro, l'8 maggio dell'anno 1989, undicesimo di pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

II

GATINENSIS-HULLENSIS

In Canada nova Provincia Ecclesiastica constituitur Gatinensis-Hullensis nomine, cuius metropolitana Ecclesia erit eadem Sedes Gatinensis-Hullensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De spirituali Christifidelium suorum bono solliciti, nuper Venerabiles Fratres Antistites sacrorum Provinciarum Ecclesiasticarum Ottaviensis et Quebecensis, quae frequentia populi, dioecesium suffraganearum numero ac linguarum diversitate eminent, audita Conferentia Episcoporum Catholicorum Canadae, ab hac Apostolica Sede, omnium Ecclesiarum tutamine unanimo consensu postulaverunt ut, detractis quibusdam territoriis a memoratis metropolitam^ Ecclesiis, nova Provincia Ecclesiastica Gatinensis-Hullensis constitueretur et simul Ecclesia eiusdem nomine ad dignitatem et honorem eveheretur Sedis archiepiscopalis et metropolitanae. Nos vero favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Angelo Palmas, Archiepiscopo titulo Vibianensi, olim in illa Natione Apostolico Pro-Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi libentes concedendum esse putavimus. De plenitudine igitur Apostolicae Nostrae potestatis, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse id putant, re mature perpensa, quae sequuntur decernimus. Gatinensem-Hullensem episcopalem Sedem, seiunctam rite a metropolitana Ecclesia Ottaviensi, ad gradum archiepiscopalis metropolitanae Sedis evehimus, cui proinde iura et privilegia cuncta conferimus, quibus ceterae eiusdem nominis gradusque Ecclesiae ad normam communis iuris fruuntur. Nova exin constituta Provincia Ecclesiastica Gatinensis-Hullensis constet quidem ex Ecclesia eiusdem nominis et ex iis, quae sequuntur, dioecesibus : Montis Laurei et Ruynensi-Norandensi, a metropolitana Sede Ottaviensi distractis, et Amosensi, quam dioecesim legitime secernimus a metropolitana Sede Quebecensi. Gatinensem-Hallensem pariter pro tempore Antistitem et archiepiscopali dignitate augemus et gradu Metropolitae insignimus iuribus et privilegiis cumulatum,

quae in Catholica Ecclesia sunt secundum sacros canones ceteris Metropolitis, dum aequalibus etiam officiis obstringimus oneribusque cumulamus quibus illi quoque gravantur. Praeterea Gratinensem-Hullensem nunc ipsum Episcopum, Venerabilem Fratrem Rogerum Ebacher, ad archiepiscopalem dignitatem et gradum Metropolitae promovemus, quem iuribus quoque exornamus et privilegiis quibus potiuntur alii per orbem Metropolitae, at oneribus similiter nectimus et officiis quibus illi itidem subiacent. Insuper quae praescripsimus, committimus perficienda Venerabili Fratri Carolo Curis, Archiepiscopo titulo Medelitano et in Canada Pro-Nuntio Apostolico, vel, absente eo, illi, qui negotia curat Apostolicae Sedis in eadem Dicione, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates quemlibet alium delegandi virum in ecclesiastica dignitate constitutum, qui haec omni navitate studeat implere, imposito vero onere ad Congregationem pro Episcopis sincerum actus effectae exsecutionis exemplar mittendi. Iubemus denique singula et omnia hisce Apostolicis Litteris decreta plene sortiri vim suam tam nunc quam in posterum usque tempus, rebus quibusvis haud quaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et tricesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

83. AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tao., n. 273.119

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sanctus Aloisius Gonzaga, religiosus, Patronus apud Deum civitatis ac dioecesis Sancti Aloisii de Montes Belos in Brasilia confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum nuper nomen dioecesis Sancti Ludovici de Montes Belos sit mutatum in Sancti Aloisii de Montes Belos appellationem, cumque pariter fideles eiusdem Ecclesiae Sanctum Aloisium Gonzaga, religiosum, peculiari quidem cultu prosequantur tamquam clarissimum exemplum fidei, spei et caritatis, Venerabilis Frater Washington Cruz, Episcopus illius Sedis, communia cleri populique vota excipiens, electionem Sancti Aloisii Gonzaga, religiosi, in Patronum apud Deum civitatis ac dioecesis suae rite probavit atque, litteris die XXVII mensis Iunii hoc anno datis, petivit ut electio et approbatio huiusmodi iuxta Normas de Patronis constituenda et ad normam Instructionis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmentur. Nos igitur, tam sollertis cupientes preces audire Pastoris, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Sanctum Aloisium Gonzaga, religiosum, Patronum apud Deum civitatis ac dioecesis Sancti Aloisii de Montes Belos loco Sancti Ludovici confirmamus, cum omnibus iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive nunc sive in posterum habeant. Contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Augusti, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

SB AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 266.931.

II

Beata Maria Virgo titulo « Nossa Senhora do Desterro » nuncupata, Patrona apud Deum Iundiaiensis dioecesis in Brasilia confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum fideles Iundiaiensis Ecclesiae in Brasilia, ex iis praesertim familiae, Deiparam Virginem titulo «Nossa Senhora do Desterro» invocatam impensa colant pietate tamquam suam Reginam et Matrem necnon Magistram Christianae vitae omneque pariter genus virtutum, maxime fidei, spei et caritatis, Venerabilis Frater Robertus Pinarello de Almeida, Antistes eiusdem dioecesis, communia Episcopi Coadiutoris et universi cleri ac populi vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis memorato sub titulo in Patronam apud Deum Ecclesiae suae rite probavit atque, litteris die **XX** mensis Februarii hoc anno datis, petivit ut electio et approbatio huiusmodi iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis ((De Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmentur. Nos igitur cupientes et illius Pastoris preces audire et paternae benevolentiae Nostrae signum tam dilectis Nobis filiis dare, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra usi potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo ((Nossa Senhora do Desterro)) invocatam Patronam apud Deum Iundiaiensis dioecesis confirmamus, cum omnibus quidem iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque sive nunc sive in posterum habeant effectus, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Augusti, festo Sancti Laurentii, Diaconi et Martyris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

83 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 268.081.

III

Ecclesia Beatae Mariae Virgini dicata, quae vernáculo sermone « Nuestra Señora del Refugio » vocatur, in dioecesi Civitatis Victoriensis sita, titulo et dignitate Basilicae Minoris honestatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Multimodis solemus Nos dilectionem significare, qua ab ineunte pueritia Beatissimam Virginem Mariam prosequimur, Matrem Nostram dulcissimam et Patronam, cuius benevolentiam non raro sumus experti, et manifeste quidem. Non minus autem curamus ut Christi fideles eam discant ardenter amare, colere, eique in omnibus suis tum corporis, tum praesertim animi necessitatibus fidere. Peculiarem vero hos sensus excitandi rationem putamus aliquo externo testimonio exprimere eiusmodi pietatem, qualibus, praeter alia, vel templi dedicatione, vel eiusdem aucto honore et dignitate. Hinc, si quando a Nobis postulatur ut ecclesia aliqua, Deiparae Sanctissimae sacra, populi concursu insignis atque^ ad Christianorum vitam stabiliendam non parum conferens, titulo honestetur Basilicae Minoris, propense precibus concedimus. Qua re, cum Venerabilis Frater Raimundus López Mateos, Episcopus Civitatis Victoriensis, litteris die xiu mensis Iulii anno MCMLXXXVIIII datis, suum expromens votum simulque cleri et catholicorum, petiisset ut ecclesia Beatae Mariae Virgini dicata, quae vernáculo sermone <(Nuestra Señora del Refugio » vocatur, in dioecesi Civitatis Victoriensis sita, ad gradum eveheretur Basilicae Minoris, Nos, scientes eam momento historico eminere, operibus religiosis et pastoralibus et locum principem esse cultus Civitatis Tamaulipas quondamque et sedem Cathedralem fuisse, consulta probantes Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, postulationem admisimus. Quocirca nuper memoratam ecclesiam titulo et dignitate exornamus Basilicae Minoris, omnibus cum iuribus et privilegiis rite competentibus, iis tamen servatis, quae Decretum «De titulo Basilicae Minoris)), die ix mensis Novembris anno MCMLXXXVIIII editum, servari iubet. Rebus contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis Augusti, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

¿B' AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 268.516.

IV

In Republica « Myanmar » nuncupata Delegatio Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad futuram rei memoriam. — Quo aptius Evangelizationis operi necnon Ecclesiae regimini in Republica « Myanmar » nuncupata consuleretur, opportunum est visum in eadem Civitate Delegationem Apostolicam constituere. Nos igitur e consulto Congregationis pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque Litterarum virtute Apostolicam Delegationem in Republica « Myanmar » erigimus et constituimus ; quam eidem Congregationi obnoxiam volumus cuiusque sedem pro nunc in urbe Bancokiensi collocamus, omnia et singula ei deferentes officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum sunt propria. Haec denique edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas efficacesque iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos effectus sortiri et integros obtinere, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Septembris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

£8 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 271.263.

V

In « Morbio Inferiore », quod oppidum ad dioecesim Luganensem pertinet, templum B.M.V, vulgo « Madonna dei Miracoli » dicatum titulo Basilicae Minoris exornatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Templum Beatae Mariae Virgini « Madonna dei Miracoli » vulgo appellatae dicatum, quod in loco « Morbio Inferiore » intra fines dioecesis Luganensis exstat, certa quadam iam laude honestandum videtur. Mariale enim sanctuarium idem exhibetur ac paroeciale templum, ubi et necessaria ministeria recte implentur et alia ad christiane vivendum perutilia foventur incepta.

Hisce aestimatis, quae maxime Nobis probantur, etiam preces audiendae videntur Apostolicae huic Sedi nuper adhibitae, quibus scilicet Venerabilis Frater Eugenius Corecco, Episcopus Luganensis, sua sane suique cleri ac populi expromens vota, petere non dubitavit, ut insigne quod diximus templum ac B.M.V, sanctuarium claro Basilicae Minoris titulo decoraretur. Nos igitur, qui confidimus augescentem sacrae aedis dignitatem nonnihil ad Christianam legem tuendam et ad pietatem erga caelestem portentorum Matrem etiam atque etiam fovendam conferre posse, hac ipsa die ex sententia Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quam ratam facimus, Nostraque ex potestate Apostolica per has Litteras memoratum B.M.V, vulgo « Madonna dei Miracoli » templum ad Basilicae Minoris gradum honoremque perpetuum in modum evehimus, omnibus iuribus traditis ac privilegiis Basilicarum eiusdem ordinis propriis, iis tamen servatis, quae Decreto « de titulo Basilicae Minoris », die IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX edito, statuta sunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Quas Litteras Nostras religiose nunc et in posterum exerceri volumus suosque omnes habere effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Septembris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

£8 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco *B* Sigilli
In Secret. Status tab., n. 210.681.

VI

Beata Maria Virgo titulo « Nuestra Señora de la Evangelización » invocata, Patrona apud Deum archidioecesis Limanae confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquissimus sane et impensus ac praeclarissimus est quidem cultus quo Peruviani Christifideles, praesertim incolae Limani, prosequuntur Deiparam Virginem Mariam titulo « Nuestra Señora de la Evangelización » invocatam, cuius veneratam imaginem — quinto decimo saeculo ab Imperatore Carolo V dono datam — Nos ipsi per primum Apostolicum Iter in eam Civitatem sollemni ritu coronavimus omnes hortati participes ad augendam fovendamque maiorum pietatem in eandem Virginem, quae habetur benignis-

sima Mater ac fulgidissimum exemplar fidei, spei et caritatis cunctis Limanis ceterisque pariter civibus istius Nationis. Qua re, cum Venerabilis Frater Augustus Vargas Alzamora, Archiepiscopus Metropolita Limanus, communia cleri populique vota excipiens, electionem Beatae Mariae Virginis memorato sub titulo in Patronam apud Deum Ecclesiae suae rite probaverit atque, litteris die xxviu mensis Augusti hoc anno datis, petiverit ut electio et approbatio huiusmodi iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis « de Calendariis particularibus atque Oificiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, ab hac Apostolica Sede confirmentur, Nos, comprobatis iis, quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, Apostolica Nostra potestate, harum Litterarum virtute perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo « Nuestra Señora de la Evangelización » invocatam Patronam apud Deum Limanae archidioecesis libenti animo confirmamus, cum omnibus iuribus ac liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Quod, precamur, in spirituale cedat bonum dilectissimorum cleri et populi Limani necnon cunctorum Peruviae civium, qui olim a Nobis sunt concrediti materno ac validissimo eiusdem Virginis patrocinio. Quae denique fieri iussimus tum in praesens tum in posterum tempus firma ac rata esse volumus, contrariis quibusvis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Octobris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

¡33 AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco 8B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 270.223.

VII

In archidioecesi Vashingtonensi patrium templum Immaculatae B.M.V. Conceptioni dicatum titulo Basilicae Minoris insignitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Clarum constat templum Immaculatae B.M.V. Conceptioni dicatum, quod ipsa in urbe Vashingtonensi exstat, patrium esse Sanctuarium laude dignum. De Sanctuario

loquimur, quod Ipsi mense Octobri anno MCMLXXIX invisimus apostolice peregrinantes, quodque, ut res publice enotescit, a compluribus frequentatur Christifidelibus Marialis cultus significandi causa. Nunc Nobis audiendae videntur preces huic Apostolicae Sedi recens adhibitae, quibus Venerabilis Frater Noster Iacobus Aloisius S.R.E. Cardinalis Hickey, Archiepiscopus Vashingtonensis, sua suique cleri ac populi expromens vota, petiit ut praestabile quod diximus templum desiderato Basilicae Minoris titulo exornetur. Per has igitur Litteras Nostras, qui maxime cupimus ut petitus honos haud paulum et ad Christianam legem tuendam et ad piam venerationem Beatae Mariae Virginis gratia plenae fovendam apud dilectos filios illos valeat, hac ipsa die, sententiam Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum ratam habentes, ex potestate Nostra Apostolica memoratum templum Immaculatae Conceptionis B.M.V., quod in Vashingtonia patrium eminet Sanctuarium, ad gradum ac dignitatem Basilicae Minoris perpetuum in modum evehimus, omnibus iuribus privilegiisque traditis Basilicarum eiusdem ordinis propriis, iis tamen servatis, quae Decretum « de titulo Basilicae Minoris » de IX mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum servanda statuit. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Litteras has Nostras nunc et in posterum religiose exerceri volumus omnesque suos habere effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Octobris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

¿B AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 270.632.

EPISTULAE

I

Ad Religiosos Religiosasque Americae Latinae D imminente anno ab Evangelio ibi nuntiato.

CARTA APOSTOLICA DE SU SANTIDAD

JUAN PABLO II

A **LOS RELIGIOSOS Y RELIGIOSAS DE AMERICA LATINA CON MOTIVO DEL**

V CENTENARIO DE LA EVANGELIZACIÓN DEL NUEVO MUNDO.

Queridos religiosos y religiosas de América Latina.

INTRODUCCIÓN

1. Los caminos del Evangelio, en este último decenio del siglo xx que desemboca en el tercer milenio del cristianismo, pasan por el año 1992, ya tan cercano, fecha en que se cumplirán cinco siglos del comienzo de la Evangelización del Nuevo Mundo.

La Iglesia que está en América Latina se viene preparando para la celebración de este acontecimiento con una novena de años de oración, reflexión e iniciativas apostólicas y culturales. Esta novena fue inaugurada por mí en la ciudad de Santo Domingo el día 12 de octubre de 1984, donde, como Obispo de Roma, entregué a los representantes de los Episcopados y del Pueblo de Dios de cada país latinoamericano la Cruz del V Centenario.

La Cruz, signo de nuestra redención, quiere recordar el inicio de la Evangelización y del Bautismo de vuestros pueblos. Es la Cruz que fue plantada en vuestras tierras y que ahora os invita a realizar esa renovación total en Cristo, hacia la cual debe caminar el Continente latinoamericano junto con toda la Iglesia y la familia humana.

Sólo desde el Evangelio de Cristo, crucificado y resucitado, se podrá alcanzar la ansiada renovación de los corazones y de las estructuras sociales. Por eso América Latina, como los demás continentes, necesita una nueva evangelización que se proyecte sobre sus pueblos y culturas ; una evangelización « nueva en su ardor, en sus métodos, en su expresión ».[1]

[1] JUAN PABLO II, *Discurso al CELAM,* Puerto Príncipe, 9-III-1983; cf. *En la apertura de la «.Novena de años»,* Santo Domingo III, 4, 12-X-1984; *A la Pontificia Comisión para América Latina,* 5, 7-XII-1989; *Al Pontificio Consejo para la Cultura,* 12-1-1990.

Con este fin, las Iglesias de América Latina, bajo la guía de sus Conferencias Episcopales y con la ayuda del CELAM, se están preparando para la IV Conferencia General del Episcopado Latinoamericano. Esta tendrá lugar, Dios mediante, en Santo Domingo, en el año 1992. Con ella se desea proseguir y profundizar —según las ineludibles exigencias pastorales del momento presente— las orientaciones de Medellín (1968) y Puebla (1979), con miras a una renovada evangelización del Continente, que penetre profundamente en el corazón de las personas y en las culturas de los pueblos.

2. En este particular contexto histórico y eclesial, dirijo la presente Carta Apostólica a todos y cada uno de los religiosos y religiosas que viven y trabajan por la causa de Cristo y de su Iglesia en América Latina. También quiero dirigirme —según la vocación específica y el carisma de cada uno— a los miembros de los Institutos Seculares y de las Sociedades de Vida Apostólica, cuya presencia y acción son hoy también muy valiosas en ese Continente.

Esta obra de evangelización ha sido en gran parte fruto de vuestro servicio misionero. A medida que se iba realizando el encuentro con las gentes que habitaban las nuevas tierras, se fue corroborando en el corazón de los religiosos de Europa la urgencia de poner en práctica las palabras del Maestro : <(Id y haced discípulos a todas las gentes, bautizándolas en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, y enseñándoles a guardar todo lo que yo os he mandado)) *(Mt* 28, 19-20).

Este fue, en verdad, el imperativo que indujo a muchos hijos e hijas de la Iglesia a emprender el viaje hacia las tierras del nuevo mundo, saliendo al encuentro de pueblos y gentes hasta ese momento desconocidos.

La vida de las personas consagradas, hombres y mujeres, ha sido siempre terreno fecundo en el que brota la vocación misionera. El amor de Cristo les apremia (cf. *2 Cor* 5, 14). Sienten el mismo ardor apostólico de Pablo : ((¡ Ay de mí si no predicase el Evangelio ! » *(1 Cor* 9, 16). Por eso, al abrirse nuevas perspectivas de evangelización, surgen constantemente en la Iglesia, por impulso del Espíritu, las vocaciones misioneras.

3. También en nuestros días los religiosos y las religiosas representan una fuerza evangelizadora y apostólica primordial en el Continente latinoamericano. La presencia de la vida consagrada es un

enorme potencial de personas y comunidades, de carismas e instituciones sin el cual no se puede comprender la acción capilar de la Iglesia en todas las latitudes, la inserción del Evangelio en todas las situaciones humanas, el auge de las obras de misericordia, el esfuerzo por impregnar las culturas, la defensa de los derechos humanos y la promoción integral de las personas, así como la animación y guía de las comunidades cristianas, incluso en los lugares más remotos.

Así, pues, ante la inminente conmemoración del V Centenario de la Evangelización, he sentido el deseo de manifestaros mis sentimientos y anhelos —como ya lo he hecho anteriormente con todas las comunidades religiosas de vida contemplativa[2]— para que los religiosos y las religiosas respondáis con vuestras mejores energías a Cristo y a la Iglesia en esta hora de gracia y de grave responsabilidad para el futuro.

Quiero ahora reflexionar con todos vosotros sobre el pasado, sobre los objetivos del presente y los desafíos del futuro, con la certeza de que vuestra comunión con el Sucesor de Pedro favorecerá la acogida y la puesta en práctica de estas orientaciones, para una renovación de vuestra vida consagrada y para una decidida entrega a la tarea evangelizadora.

Es así como —estrechamente unidos a vuestros pastores— seréis abnegados servidores del Evangelio de Cristo y de vuestros hermanos, especialmente los jóvenes y los pobres de América Latina, que esperan de vosotros un luminoso testimonio de vida evangélica, que es el primer y fundamental apostolado de los religiosos en la Iglesia.

I

4. No es mi intención recorrer ahora la historia de los comienzos de la evangelización del Continente, ni tampoco dar un juicio sobre lo que aconteció entonces. La conmemoración del V Centenario es ocasión propicia para un estudio histórico riguroso, enjuiciamiento ecuánime y balance objetivo de aquella empresa singular, que ha de ser vista en la perspectiva de su tiempo y con una clara conciencia eclesial.

Quiero, sin embargo, reiterar la valoración globalmente positiva sobre la actuación de los primeros evangelizadores que eran en gran

[2] JUAN PABLO II, *Mensaje a las religiosas de clausura de América Latina,* 12-XII-1989.

parte miembros de Ordenes religiosas. Muchos tuvieron que actuar en circunstancias difíciles y, en la práctica, inventar nuevos métodos de evangelización, proyectados hacia pueblos y gentes de culturas diversas.

El proceso evangelizador fue desigual, tanto en el espacio como en el tiempo, en su intensidad como en la profundidad de penetración en los diversos sectores de la sociedad latinoamericana. En efecto, cuando determinados territorios estaban ya casi enteramente cristianizados, otros aún se disponían a emprender la lenta marcha de la construcción de la Iglesia local. Es más, en algunas regiones durante mucho tiempo no ha sido fácil trazar una clara delimitación entre la Iglesia sólidamente establecida y los territorios de misión.

Con cierta frecuencia se bautizaba sin haber dado una adecuada catequesis sobre los misterios de nuestra fe, es decir, sin la necesaria evangelización.

Es preciso notar, sin embargo, que en la valoración de las actividades de los misioneros de entonces no podemos aplicar criterios y comportamientos pastorales actuales, que hace cinco siglos eran impensables. Por otra parte, no pueden soslayarse determinadas limitaciones para así mejor tomar conciencia de la necesidad de continuar la tarea iniciada, ya que la evangelización es misión permanente de la Iglesia en todo tiempo y lugar, hasta que vuelva el Señor para instaurar definitivamente su Reino.

5. Es cierto que los evangelizadores tuvieron que sortear dificultades de diversa índole, debidas a factores humanos que atrasaron y en algunas ocasiones representaron un serio obstáculo para su labor apostólica.

Muchos de los misioneros, en efecto, inspirados por su fidelidad al Evangelio, se vieron obligados a elevar su voz profética contra los abusos de colonizadores que buscaban su propio interés a costa de los derechos de las personas que hubieran debido respetar y amar como hermanos.

Al llegar por vez primera, en 1979, a vuestra tierra latinoamericana quise rendir homenaje a estos heraldos del Evangelio, a « aquellos religiosos que vinieron a anunciar a Cristo Salvador, a defender la dignidad de los indígenas, a proclamar sus derechos inviolables, a favorecer su promoción integral, a enseñar la hermandad como hombres y como hijos del mismo Señor y Padre Dios ».[3]

[3] JUAN PABLO II, *Discurso en Santo Domingo,* 25-1-1979.

Entre estos « intrépidos luchadores por la justicia, evangelizadores de la paz », como los define el documento de Puebla,[4] cabe recordar a Antonio de Montesino, Bartolomé de Las Casas, Juan de Zumárraga, Toribio de Benavente « Motolinía », Vasco de Quiroga, Juan del Valle, Julián Garcés, José de Anchieta, Manuel da Nóbrega y tantos otros que, con profundo sentido eclesial, defendieron a los indígenas ante conquistadores, pagando algunos incluso con el sacrificio de la propia vida, como es el caso del Obispo Antonio Valdivieso.

Otros religiosos, por su parte, apoyaron desde España la labor de sus hermanos misioneros. Entre ellos sobresalen Francisco de Vitoria y Domingo de Soto, quienes supieron trazar las líneas maestras del derecho de los indígenas, abriendo caminos seguros para el futuro derecho internacional de los pueblos.

6. El mayor testimonio de los primeros misioneros fue su amor heroico a Cristo, que los llevó a entregarse sin límites al servicio de sus hermanos indígenas. ¿Qué otra cosa podían ir buscando al dejar sus familias y su patria y al emprender un viaje que de ordinario era sin retorno? La fe los impulsaba a lanzarse a la gran aventura; una fe semejante a la de Abraham, que respondió a la llamada del Señor, saliendo de su tierra y de sus gentes (cf. *Géri* 12, 1-4).

En la entrega de esos religiosos a la predicación e implantación del Reino de Cristo se refleja, como en un libro viviente, el eco de la confesión del Apóstol : <(Siendo libre de todos, me he hecho esclavo de todos para ganar a los más que pueda ... Me he hecho débil con los débiles para ganar a los débiles. Me he hecho todo a todos para salvar a toda costa a algunos. Y todo esto lo hago por el Evangelio, para ser partícipe del mismo» *(1 Cor* 9, 19.22-23).

7. Algunos pioneros de la evangelización quisieron vivir desde el primer momento entre los indígenas, para aprender su lengua y adaptarse a sus costumbres. Otros promovieron la formación de catequistas y colaboradores que les hacían de intérpretes, mientras por su parte trataban de entender su lenguaje, conocer su historia y su cultura, como atestiguan los primeros historiadores de la evangelización, entre ellos Bernardino de Sahagun.

En esta convivencia con los indígenas muchos misioneros se hicieron labradores, carpinteros, constructores de casas y templos, maes-

[4] ***Puebla,*** **8.**

tros de escuela y aprendices de la cultura autóctona, así como promotores de una artesanía original que pronto se pondría al servicio de la fe y del culto cristiano. La Iglesia da gracias al Señor por haber suscitado tantas vocaciones misioneras en las Ordenes e Institutos religiosos, que fueron portadores de la fe cristiana y de un amor grande a los nativos.

Aunque los autóctonos no asimilaban ciertos aspectos de la cultura que les llegaba, sin embargo la presencia de los misioneros suscitó una sincera apertura al mensaje salvador. Esto se debe al hecho de que entre sus creencias y costumbres se encontraban lo que los Padres de la Iglesia llaman « semillas del Verbo », rayos de su luz, presentes en la mente y en el corazón de aquellos pueblos, en espera de ser fecundadas y enriquecidas con la predicación de la palabra y la efusión del Espíritu Santo.

8. Eso favoreció que un gran número de indígenas se convirtiera al cristianismo, movidos por la gracia de Dios y la fuerza persuasiva de la Buena Nueva. De esta forma el Evangelio impregnó la fe y la vida de los nativos en América Latina, produciendo genuinos valores espirituales y humanos. En mis viajes apostólicos, yo mismo he podido comprobar con frecuencia estos valores del cristianismo latinoamericano.

Así, entre luces y sombras —más luces que sombras, si pensamos en los frutos duraderos de fe y de vida cristiana en el Continente— la primera siembra de la palabra de vita, nacida de tantas fatigas y sacrificios, evoca los sentimientos del Apóstol, que fueron lema de tantos misioneros : « Habríamos deseado daros no sólo el evangelio de Dios, sino incluso nuestra misma vida » *(1 Tes* 2, 8). Muchas de aquellas semillas continúan siendo fecundas en los valores religiosos de la mayor parte del Continente de la esperanza, particularmente la piedad popular con que se celebran los misterios de nuestra fe.

Los frutos de la primera evangelización se han ido afianzando con el correr de los siglos y son característicos del catolicismo del pueblo latinoamericano, que brilla también por su profundo sentido comunitario, su anhelo de justicia social, su fidelidad a la fe de la Iglesia, su profunda piedad mariana y su amor al Sucesor de Pedro.

9. La evangelización inicial estuvo dirigida ante todo a los pueblos indígenas, que en algunos lugares tenían una cultura notablemente desarrollada. En todo caso, se trataba de realizar una « incultura-

ción » del Evangelio. Posteriormente, a medida que fue aumentando el número de los inmigrantes venidos de Europa, la obra evangelizados de los misioneros hubo de ir proyectándose hacia una sociedad mixta, de la que ha brotado la actual sociedad latinoamericana con su rica variedad de razas, tradiciones y costumbres.

La cultura cristiana ha quedado plasmada no sólo en los sentimientos humanos y en las diversas devociones de la piedad popular, sino también en las múltiples expresiones del arte sagrado colonial, en que sobresalieron extraordinarios artistas indígenas, la mayor parte de ellos anónimos.

En el largo y no fácil camino de la Iglesia en Latinoamérica, marcado por significativos acontecimientos históricos, —no sólo en los tiempos de la colonia, sino también en el proceso de independencia y en los ya más recientes acontecimientos políticos de este siglo— los Institutos religiosos han jugado un papel muy importante.

Estos han colaborado con la jerarquía local en la consolidación de la evangelización y en la implantación de instituciones eclesiales, en la promoción de vocaciones autóctonas y en la floración de nuevos carismas de vida consagrada, nacidos y enraizados en la propia cultura para afrontar nuevas tareas apostólicas.

10. En este breve recorrido histórico no puedo menos de destacar un elemento clave, fruto maduro de la evangelización, que es la santidad de muchos hijos e hijas de la Iglesia latinoamericana. En ésta se han formado verdaderos modelos de santidad, que la guían con su ejemplo y la animan con su intercesión. Muchos de estos bienaventurados pertenecen a diversos Institutos religiosos. Algunos, procedentes sobre todo de España, consumaron su vida y labor misionera en esas tierras y con razón pueden contarse entre los santos latinoamericanos. Otros, la mayoría, eran hijos nativos de vuestro pueblo y pertenecían a los más diversos estratos sociales. Los hubo al principio de la evangelización, en los siglos posteriores y casi hasta nuestros días ; algunos incluso fueron fundadores de nuevas Familias religiosas.

En esta admirable pléyade de santos y bienaventurados me complace recordar, como ejemplo de vida consagrada, a Pedro Olaver, Francisco Solano, Luis Beltrán, Juan Macías, Rosa de Lima, Martín de Porres, Felipe de Jesús, Mariana de Jesús Paredes, Miguel Febres, Roque González y compañeros mártires, Pedro de San José Betan-

curt, Ezequiel Moreno, Ana de los Angeles Monteagudo, Teresa de los Andes, Miguel Pro. Estos y otros santos son la más preciada riqueza del cristianismo en el Nuevo Mundo, modelo y estímulo para las futuras generaciones de religiosos y religiosas que no pueden olvidar que están llamados a dar un testimonio personal y comunitario de santidad en la Iglesia.

11. Junto con el recuerdo de la primera evangelización y de sus abundantes frutos de vida cristiana, cabe poner de relieve la significativa labor de los religiosos en la implantación de la Jerarquía eclesiástica. En efecto, es sabido que durante un cierto período, la mayor parte de los Pastores de las primeras sedes episcopales del Continente fueron religiosos. Estos dieron, pues, una aportación decisiva a la fundación de las comunidades eclesiales en el Nuevo Mundo.

Postquam vero ut Christi exinanitionem pressius imitaretur officium abnegationis magno animo impleverat, adiunctis etiam plurimis corporis castigationibus, ultimis vitae annis beata Agnes aerumnas et iacturas quae regiam familiam, populum et monasterium affligebant, admirabili patientia et fortitudine sustinuit, cunctis solamen et auxilium afferens; donec quadragesimali tempore dum soli Deo vacabat graviter infirmata est. Sentiens itaque « instare suum felicem transitum ex hoc mundo iter suum salutari viatico corpore scilicet Domini nostri Iesu Christi, ac sacri olei unctione praesentibus fratribus et sororibus christianissima virgo fideli devotione communivit » *(Legenda antiqua,* XI), ac tandem die II mensis Martii anni MCCLXXXII cumulata meritis in caelum migravit.

Mox post mortem, Beatam Dei famulam Agnetem populus Pragensis publico cultu coepit venerari, qui cultus in tota Bohemia et vicinioribus regionibus divulgatus et, praesertim apud Clarissarum monasteria atque Minoritici Ordinis Familias necnon in Ordine Crucigerorum a Stella Rubra, saeculis sequentibus perseverans a Pio IX P.M. decreto die III mensis Decembris a. MDCCCLXXIV edito confirmatus fuit.

Septimo vero saeculo a felici Beatae Agnetis transitu exeunte, instantibus praesertim Archiepiscopo Pragensi Em.mo Cardinali Francisco Tomásek necnon Fratribus Minoribus Conventualibus, Causae Canonizationis eiusdem Beatae actoribus, apud Congregationem de Causis Sanctorum disceptationes more habitae sunt de heroicitate virtutum tum theologalium tum cardinalium eisque adnexarum Beatae Agnetis, qua de re, coram Nobis, decretum proditum est die xi mensis Februarii anno MCMLXXXIX.

Explorata deinde tum a medicis tum a theologis mira quadam sanatione, intercessioni Beatae Agnetis tributa, Nostra auctoritate de miraculo latum est decretum, die xxiv mensis Februarii anno **MCMLXXXIX**. Quapropter in Consistorio die xni mensis Martii vertentis anni celebrato, auditis Fratribus Nostris Cardinalibus Praesulibusque hac quidem ratione coadunatis, Beatam Agnetem in numerum Sanctorum referre statuimus.

Hoc igitur fausto die, maxima cum Nostri animi et universi populi Dei laetitia, in Patriarchali Basilica Vaticana Sancti Petri, quo ex Cecoslovachia xiv millia aliisque nationibus quamplurimi praesertim ex Italia, Polonia, Germania, Austria, pietatis causa peregrinatores advenerunt, et ubi multi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati Curiae Romanae aderant, postquam auxilium omnium Sanctorum imploravimus ac divino Spiritui adhibuimus preces, vi supremi Ministerii, quo fungimur, haec declaravimus et decrevimus : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos *Agnetem de Bohemia* et Albertum Adamum Chmielowski Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus prolatis vocibus praecepimus ut hae conficerentur expedirenturque Litterae Decretales. Gratias autem et egimus Nos Deo una cum praesentibus atque sermonem habuimus de novis Sanctis eorumque mirandis virtutibus et operibus, caeleste eorundem primi invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad eius pariter honorem perreximus facere. Quapropter omnibus, quae investiganda et ponderanda fuerant, accuratissime peractis, singula ea

quae supra memoravimus, iam nunc toti Ecclesiae patefacimus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae his ipsis tribueretur, si quando deinde exhiberentur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimosecundo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo nono, Pontificatus Nostri duodecimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 26/,.699.

II

Beatum Albertum Adam Chmielowski Sanctum esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Donum primum et maxime necessarium est caritas, qua Deum super omnia et proximum propter Illum diligimus)) *(Lumen gentium,* 42). Donum hoc caelitus beato Alberto Adam Chmielowski quoque datum est, qui non modo idem laetanter suscepit et humiliter, verum plane fructuosius reddidit. Nam omnium vocationi ad sanctitatem respondendo vitam suam dedidit omnino ipse in Christum imitandum, quem quidem flagrantissime dilexit, atque pauperibus in inservien-

dum necnon derelictis. Hoc autem modo regno Dei in terra proferendo opem suam contulit.

Beatus noster die xx mensis Augusti anno MDCCCXLV Igolomiae, in Polonorum finibus, natus est, primus ex quattuor liberis, Adalberto Chmielowski atque Iosephina Borzyslawska, qui eundem christiana institutione erudierunt. Nondum duodevicesimum attigerat annum cum contra zaristas adhaesit rebellioni Polonorum, anno MDCCCLXIII. Graviter vulneratus est atque idcirco crus amisit. Irrito incepto, Galliam petiit, Belgium et Bavariam. Postquam in scientiam artificiorum machinalem inconstanter incubuerat, arti se dicavit pingendi. Anno MDCCCLXXIV patriam peritus sane artifex repetiit, xxxv annos natus vitam suam, artem suasque facultates Deo devovere statuit. Quocirca Societatem Iesu ingressus est, sed paucos post menses egrediendum ei fuit propter incommodam valetudinem. Quodam temporis intervallo transacto, quo ipse nonnullas spiritales probationes est expertus, ab iisdem intus purgatus, ad S. Francisci religionis sensum accessit atque Tertii Ordinis inter Podoliae rústicos exstitit vulgator. A Russorum imperatore ut relinqueret Podoliam impulsus, Cracoviam se contulit, ubi ipse expertus est spiritus et corporis condicionem qua utebantur domibus carentes et derelicti in publicis dormitoriis coacervati.

Christi permotus amore, cuius vultum in eorum dignitate conculcata ipse agnovit, posthabuit prosperum successum, qui iam arti eius prospectabatur, atque inter pauperes agere vitam suam statuit, ut eosdem inopia atque indigentia levaret. Die xxv mensis Augusti anno MDCCCLXXxvn cineream vestem induit atque sibi nomen imposuit fratri Alberto. Anno post, Cardinali archiepiscopo consentiente Albino Dunajewski, religiosa vota nuncupavit atque initia posuit Congregationis Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Servorum Pauperum. Anno autem MDCCCXCi similiter mulierum Congregationem instituit, quae Sorores Albertinae vocabantur quaeque indigentibus feminis inservirent et pueris. Quamvis invalidus atque facticium adhiberet crus, multum peragravit ac in aliis Poloniae urbibus deversoria condidit pro pauperibus necnon domos pro truncis hominibus et insanabilibus.

Suae vitae exemplo docuit « oportere bonos velut panem esse, quem quisque pro libitu sumere potest ad famem sedandam». Summam evangelicam paupertatem ipse servavit eamque suis religiosis spiritalibusque filiabus commendavit, haud secus atque ipsam tuitus erat et amaverat S. Franciscus Asisinas. Ex deprecatione autem, erga

crucis mysterium ex pietate atque Eucharistiam, vim hausit ut caritatis actionem explicaret, quam filiali fiducia divinae Providentiae demandavit. Virginem Mariam elegit patronam et ad ipsam in quavis difficultate decurrit. Eandem peculiari cultu per cunctum vitae suae cursum honoravit, quam quidem germanam Congregationis conditricem putavit.

Beatus Albertus Cracoviae mortuus est, die xxv Decembris mensis, anno MCMXVI, in quodam deversorio ex iis quae ipse condiderat, pauper inter pauperes ipse.

Eiusdem sanctitatis fama, quam vivus consecutus erat, post eiusdem mortem percrebruit. Idcirco anno MCMXXXIV Cracoviae canonizationis causa incohata est, quae, intermissa altero saeviente bello mundano, repetita est anno MCMXLIX, auctore Stephano cardinali Sapieha, archiepiscopo. Canonicis processibus celebratis necnon theologicis inquisitionibus, die xx mensis Ianuarii anno MCMLXXVII super virtutibus prodiit decretum.

Est deinceps institutus processus de sanatione quadam, quam dicebant miram, Venerabili Dei servo adscripta. Eventu profecto excusso, cum fuisset favens exitus, cumque foras decretum super miro esset datum, Nos beatificationis ritum Ipsi peregimus, die xx mensis Iunii anno MCMLXXXIII, Cracoviae, per apostolicum in Poloniam Nostrum iter.

Quattuor post annos Cracoviae similiter processus celebratus est de sanatione, quam asseverabant miram, Beato Alberto tributa. Inquisitionibus perfectis tum medicorum, tum theologorum apud Congregationem de Causis Sanctorum, Nobis adstantibus decretum super miro prodiit. Consentientibus igitur Patribus Cardinalibus et Episcopis, quos in Consistorium diei XIII mensis Martii anno MCMLXXXIX congregavimus, canonizationis ritum Romae fore statuimus, die scilicet XII mensis Novembris eiusdem anni.


Hodie igitur haec sumus inter sacra elocuti : «Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Agnetem de Bohemia et *Albertum Adamum Chmielowski* Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spi-

ritus Sancti». Quae yero per has Litteras decrevimus, volumus et nunc et in posterum firma esse, rebus quibuslibet contrariis non obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri duodecimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco £g Plumbi
In Secret. Status tal., n. 261.880.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NSUKKANAE

Nova conditur dioecesis in Nigeriana Natione, quae Nsukkana appellatur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicum nomen in Nigeriana Natione feliciter prosperare conspicimus, et sermonem Domini per laudabilem operariorum industriam pervagari et animum hominum salutari verbo affici. Quapropter ecclesiastica instituta sollerter prosperioribus condicionibus aptare con-

tendimus, unde inibi fideles longe uberrimos fructus capiant. Itaque Venerabili Fratre Michaele Ugwu Eneja petente, Episcopo Enuguensi, idemque episcopali Conferentia Nigeriana flagitante, comprobantes proinde Nos tum consilium Venerabilium Patrum Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum, tum Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Pauli Fouad Tabet, Archiepiscopi titulo Sinnensis, sententiam, qui in Nigeria Apostolici Pro-Nuntii fungitur munere, haec decernimus et iubemus, auctoritate Nostra Apostolica plene sustentati. In Civitate, quae ibi ab incolis Anambra vocatur, novam dioecesim condimus *Nsuklcanam* videlicet cognominandam, quae hodiernum Decanatum Nsukkanum complectitur, aliter vulgari sermone « Nsukka Senatorial Zone », territoria scilicet Igbo Etiti, Uzo Wwani, Isi Uzo et Igbo Eze, a dioecesi Enunguensi distrahenda. Hanc constitutam dioecesim Ecclesiae Metropolitanae Onitshanae suffraganeam facimus atque Cathedram episcopalem in templo ponimus Sanctae Teresiae a Iesu Infante, quod in urbe Nsukka situm est. Ad ea tandem quae per has Litteras iussimus Venerabilem Fratrem Paulum Fouad Tabet, quem supra memoravimus, legamus, factis videlicet facultatibus quemlibet virum subdelegandi in ecclesiastica dignitate constitutum. Ceterum in reliquis rebus ius commune servetur. Nulla re contraria obsistente.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesima mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

© **AUGUSTINUS** card, **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 278.556.

II
INGVAVUMENSIS

Praefectura Apostolica Ingvavumensis attollitur ad dignitatem Vicariatus Apostolici.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Alacri profecto opera Missionariorum Sodalium Ordinis Servorum Mariae Praefectura Apostolica Ingvavumensis eo progressionis pervenisse iam nunc videtur, ut et digna merito iudicetur, quae in numerum Vicariatuum Apostolicorum referatur. Quapropter, re mature perpensa ipsaque respecta in idem consentiente mente Venerabilis Fratris Ambrosii B. De Paoli, Archiepiscopi titulo Larensis et in Republica Africae Australis Delegati Apostolici, ex sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium aliorumque Venerabilium in episcopatu Fratrum negotia Congregationis pro Gentium Evangelizatione procurandum, quam hac ipsa die ad Nos relatam ratam habemus, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute Ingvavumensem quam diximus Praefecturam Apostolicam ad gradum honoremque Vicariatus Apostolici evehimus, iisdem finibus servatis, quem eidem Ordini Servorum Mariae commissum ad ecclesiasticam Provinciam Durbanianam aggregamus, in tuto positis iuribus ac privilegiis cuiusque Vicariatus Apostolici propriis. Simul fore speramus ut novus Vicariatus Apostolicus per navos quos nominavimus Missionarios prosperetur et incrementa vel maiora ibidem Christianum Nomen accipiat, ita ut omnes Ingvavumenses ad agnitionem veritatis adducantur necnon in omni bonitate et iustitia tandem ambulent (cf. *CD* 11). Ea denique de novo Vicariatu Apostolico hic statuta, quae lege sanximus, firma omnino et nunc et in posterum esse volumus, quibuslibet contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo. Pontificatus Nostri tertio decimo.

&& **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco $8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 278.596.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei Servus Iosephus Nascimbeni in Beatorum catalogo inscribitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Non recusetur labor, si adest amor ; nostis enim quoniam qui amat non laborat. Omnis enim labor non amantibus gravis est)) (S. Augustinus, *in Io. Evang.,* Trv 48, 1).

Veritas haec, quam multimodis ipsi sunt testificati Christi discipuli, in vita quoque refulsit Venerabilis Dei Servi Iosephi Nascimbeni, qui nava sustentatus apostolica opera complures labores obiit cómpluraque onera pro Dei gloria et animarum salute suscepit.

Antonio Nascimbeni natus est atque Amadea Sartori, die xxii mensis Martii anno MDCCCLI Turri Benaci, Veronensis dioecesis, eodem quidem die quo sacramento baptismi renatus est. Die autem ix mensis Augusti anno MDCCCLXXIV solida institutione firmatus presbyterali ordine est auctus. Ludi magistri consecutus diploma, in pago illo qui S. Petrus Levagni vocitatur pueros ipse docuit ac privatim etiam quosdam alios.

Anno MDCCCLXXVii eundem misit Episcopus ad Castellum Benzonis quod dicitur, ut paroeciae curatori opem ferret. Quod munus ipse singulari modo praestitit, omnibus prudentibus, ita ut postea in eiusdem parochi locum sit suffectus. Ex eo die totum se dedidit cómmunitati, cui exempla clara praebuit virtutum et sacerdotalis industriae.

Sollicitus exstitit Dei Verbi praeco, fideles plane erudiens iisdemque minutissimam et assiduam catechesim devovens. Divinum cultum auxit, studium in liturgicas celebrationes, pietatem popularem, spiritalia exercitia et huiusmodi similia. Aegrotis adsedit, senibus, opere carentibus, militibus, pupillis. Familiae unitati favit. Effecit ut laici in ecclesiali actione involverentur, unde paroecia vera communitas fieret, eadem fide coagmentata eodemque in Evangelium studio.

Qua fuit ipse sentiendi facultate ac sollicitudine pastorali, difficultates plebis animadvertebam quae nonnullis incommodis et indigentia rerum premebatur. Tenuiorum excipiebat voces et postulata, quorum nonnulli demigrare cogebantur, aliqui a feneratoribus vexabantur, aliqui a socialismo atheo alliciebantur.

Sed eiusdem praecipuum opus constitutio fuit Congregationis Parvarum Sororum Sacrae Familiae, ad paroecias adiuvandas destinatarum, anno MDCCCLXXXXII, validum auxilium ferente Dei Serva Maria Mantovani.

Continenter orationi Dei Servus vacabat, optime sciens haud opitulante Domino boni nihil evenire posse. Solutum omnino ab humanis affectibus cor suum servabat. Ecclesiam adamabat, cui constanter fideliterque inserviebat.

Sub exitu anni MCMXVI hemiplegia sinistra correptus est ac paralysi. Ex quo tempore princeps eius opus fuit deprecatio, SS. Sacramenti adoratio et Christi compassio. Die xxi mensis Ianuarii anno MCMXXii de hac vita demigravit, vehementer ad vitam aeternam intrare studens.

Cum eiusdem sanctitatis fama post mortem pergeret, Veronensis Episcopus canonizationis Causam incohavit. Processu Ordinario celebrato, annis MCMLii-MCMLViii, Processu pariter Suppletivo, annis MCMLXiii-MCMLXiv, die iv mensis Decembris anno MCMLXXX sivimus Causam peragi. Apud Congregationem de Causis Sanctorum inquisitionibus rite factis, die xvu mensis Februarii, iubilari anno MCMLXXXIV, Nobis adstantibus, Decretum prodiit in quo théologales virtutes agnoscebatur et cardinales heroum in modum a Dei Servo exercitae.

Sed antehac Tarquiniae Cognitionalis Processus celebratus erat, annis MCMLXXVIII-MCMLXXX, de sanatione quadam quae mira dicebatur, quaeque subita, stabilis, perfecta tradebatur et praeter naturae leges. Cum autem Consultorum Theologorum vestigatio atque Patrum Cardinalium et Episcoporum felicem habuisset exitum, Nobis adstantibus Decretum super miro foras emissum est die VIII mensis Maii anno MCMLXXXVII. Statuimus deinceps ut beatificationis ritus Veronae ageretur, cum eandem dioecesim inviseremus.

Hodie igitur inter sacra hanc diximus formulam :

« Noi, accogliendo il desiderio dei nostro Fratello Giuseppe Amari, Vescovo di Verona, di molti altri Fratelli nell'episcopato, e di molti fedeli, dopo aver avuto il parere della Congregazione per le Cause dei Santi, concediamo, con la Nostra Autorità Apostolica, che i Venerabili Servi di Dio *Giuseppe Nascimbeni* e Giovanni Calabria d'ora in poi siano chiamati Beati, e che si possa celebrare la loro festa, nei luoghi e secondo le regole stabilite dal diritto, ogni anno, nel giorno della loro nascita al cielo : il 21 gennaio per *Giuseppe Nascimbeni;*

il 4 dicembre per Giovanni Calabria. Nel nome del Padre, del Figlio e dello Spirito Santo».

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Veronae sub anulo Piscatoris, die xvn mensis Aprilis, anno MCMLXXXViii, Pontificatus Nostri decimo.

£8 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ©Sigilli
In Secret. Status tab., n. 271.326.

II

Venerabilibus Philippo Siphong, Agneti Phila, Luciae Khambang et quattuor sociis honores beatorum decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Laudate Deum, omnes gentes, collaudate eum, omnes populi » *(Ps* 117, 1). Recentibus temporibus magnam laudem accepit Deus etiam a nonnullis populi Thailandiensis filiis, qui sanguine effuso suum testati sunt erga Christum amorem et fidelitatem. Anno MCMXXXX hoc evenit, cum catholica Communitas vici Songkhon, siti in Thailandia inter septemtriones et orientem solem spectante, nunc archidioecesi Tharensi et Nonsengensi, propter fidem est duriter vexata. Ut notum est, eo temporis spatio, annis MCMXXXX-MCMXxxjxiv, Thailandia, cum Indosinis Gallicis belligerans, ut unitatem nationis tutam praestaret, conata est catholicos inducere ad suam relinquendam religionem, extraneam habitam. In vico autem Songkhon ministri publici, accepta iussa excedentes uti videtur, acriter discipulis Christi proposuerunt aut fidem deserere aut mori. Tunc Communitatis principes et humiles christifideles percussi sunt. Hi fuerunt:

Philippus Siphong Onphitak, natus in urbe Nonseng die xxx mensis Septembris anno MCMVII. Anno MCMXXXI uxorem duxit ex qua quinque genuit filios. Praeter suum praeceptoris laborem, missionarios adiuvabat et Sorores vici Songkhon in institutione catechetica. Cum haec Communitas sine pastore mansit, qui erat expulsus, una cum Sorore Agnete Phila et Sorore Lucia Khambang christianae vitae

fautor fuit in vico. Etiam ob eius exemplum et adhortationem nemo a fide defecit. Eam propter causam ministri publici animosum christianae doctrinae institutorem interficere statuerunt, quem christiani cum aestimatione et observantia « magnam arborem » appellabant. Dolo adductus est ad iter ingrediendum ad urbem Mukdahan, a duobus publicis ministris comitatus, qui in itinere plumbo eum interfecerunt, die xvi mensis Decembris anno MCMXXXX. Pie exspiravit.

Soror Agnes Phila, nata in pago Ban Nahi anno MCMIX. Puellula baptismum accepit et anno MCMXXIV novitiatum ingressa est Instituti Amantium Crucis. Religiosam professionem fecit anno MCMXXVIII et anno MCMXXXII missa est uti praeceptrix ad scholam paroecialem vici Songkhon, ubi fuit etiam Sororum Antistita. Alacriter suam exsequebatur vocationem munusque suum diligenter explebat cumque continentiae spiritu.

Soror Lucia Khambang, orta in pago Viengkhuk die xxn mensis Ianuarii anno MCMXVII. Anno MCMXXXI ingressa est tamquam postulans Institutum Amantium Crucis. Novitiatu peracto professionem religiosam fecit die xv mensis Octobris anno MCMXXXVII. Fidelis erga Regulam et vota, pietate eminebat, humilitate et cura in munium suorum functione. Anno MCMXXXX ad vicum Songkhon missa est tamquam praeceptrix.

Agatha Phutta, mulier laica nubilis, in pago orta Kengpho anno **MDCCCLXxxi.** Ad christianam religionem conversa, baptismum accepit die III mensis Martii anno MCMXVIII; postea pluribus in Missionibus coquinavit : in vicis Songkhon, Nong Seng, Paksé et rursus Songkhon, ubi habitabat. Pia erat mulier, in accipiendis sacramentis assidua, industria, magnanima, semper ad proximum adiuvandum parata.

Caecilia Butsi, laica nubilis, in vico Songkhon orta die xvi mensis Decembris anno MCMXXIV. Biduo post baptismi sacramentum accepit. In Sororum coquina opus obibat. Fidem suam colebat cum sedulitate et ratione nulla reprehensione digna, magnum animum etiam ostendens.

Bibiana Khampai, laica nubilis, in vico Songkhon orta die iv mensis Novembris anno MCMXXV. Biduo post ortum est baptizata. Constanter ad sacramenta accedebat et morum fuit integrorum. Se in locum neptis substituit, quae martyrium metuebat.

Maria Phon, laica nubilis, nata in vico Songkhon die vi mensis Ianuarii, anno MCMXXVI. Post sex dies baptismum accepit. Sicut eius sociae, vitam agebat erga Evangelium et Ecclesiam fidelem.

Hae sex mulieres, martyrum priscorum Ecclesiae temporum aemulae, mortem oppetiverunt Deum laudantes et glorificantes, laetae se Christi passioni sociari. Eadem fide coniunctae, coniunctae in repugnando cum firmitate iis, qui ad suae fidei renuntiandum illas instigabant, etiam in supremo vitae sacrificio coniunctae sunt. Paulo ante quam occiderentur Soror Agnes Phila cum aliquibus sociis duci ministrorum publicorum scripserat : ((Contentae nos sumus quod hanc Deo offerimus vitam, quam is nobis dedit. Vobis supplicamus, ut nobis caeli ostium aperiatis. Ita afiirmabimus extra Christi religionem nullam esse aliam salutis viam qua ad caelum perveniatur ». Tempore postmeridiano diei XXVI mensis Decembris anno MCMXXXX, ac si festum ageretur, magna cum tranquillitate, deprecantes ad vici coemeterium adierunt, ut suum pro fide sanguinem funderent. Ibi plumbo interfectae sunt.

Confestim populus Dei mortem Philippi Siphong, Sororis Agnetis Phila, Sororis Luciae Khambang et quattuor sociarum martyrium putavit. Quae persuasio volventibus annis crevit et confirmata est; quocirca earum canonizationis Causa inchoata est. Necessariis collectis instrumentis et processibus canonicis actis apud Curiam Tharensem, Acta faventi cum exitu sunt inspecta apud Congregationem de Causis Sanctorum, primum a Consultoribus Theologis et post a Patribus Cardinalibus et Episcopis. Calendis Septembribus anno MCMLXXXVIII coram Nobis decretum promulgatum est, quo agnoscebamus mortem Servorum Dei, quos supra demonstravimus, in odium fidei illatam, verum fuisse martyrium.

Decrevimus deinde ut beatificationis ritus die XXII mensis Octobris anno MCMLXXXIX celebraretur.

Hodie igitur, in Vaticana Basilica Sancti Petri, inter Sacrum Sacrificium, hanc formulam pronuntiavimus : « Nos, vota fratrum Nostrorum Laurentii Khai, Archiepiscopi Tharensis et Nonsengensis, Hugonis Poletti, Vicarii Nostri in Urbe, et Roberti Cofty, Archiepiscopi Massiliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei *Philippus Siphong, Agnes Phila, Lucia Khambang et quattuor Sociae, Martyres,* Iosephus Timotheus Giaccardo et Maria a Iesu Deluil-Martiny Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : *Philippi Siphong, Agnetis Phila, Luciae Khambang et quattuor Sociarum,* die decima

sexta Decembris, Iosephi Timothei Giaccardo vicesima quarta Ianuarii et Mariae a Iesu Deluil-Martiny die vicesima septima Februarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris statuimus rata et firma esse volumus nunc et in posterum. Contrariis rebus quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxii mensis Octobris, anno MCMLXXXIX, Pontificatus Nostri duodecimo.

¿¡B AUGUSTINUS card. CASAROLI'
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 266.025.

III

Venerabilibus Servis Dei Cyrillo Bertrando et septem sociis atque Innocentio a Maria Immaculata Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. —«Amictus est et ipse subiecit se et non aperuit os suum ; sicut agnus qui ad occisionem ducitur, et quasi ovis, quae coram tondentibus se obmutuit » *(Is* 53, 7).

Sicut Servus Jahve, de quo Isaias propheta loquitur, Venerabiles Servi Dei Cyrillus Bertrandus et septem socii Instituti Fratrum Scholarum Christianarum necnon Venerabilis Servus Dei Innocentius a Maria Immaculata Congregationis Passionis sodalis, iniuste vexati, inimicis suis non restiterunt et, laeti coram mundo Christum confiteri ac supremum caritatis dare testimonium per sanguinis effusionem, magna cum tranquillitate et fortitudine mortem oppetiverunt.

Fratres Scholarum Christianarum anno MCMXIX in oppido sermone patrio Turón appellato, intra fines archidioecesis Ivetenis domum aperuerant instituendis educandisque pueris et iuvenibus operariorum maximam partem filiis. Hoc Opus celeriter auctum copiosos edidit fructus pro loci iuventute. Etsi religiosi in suum institutorium munus incumbebant cum incommodo et abstinentia, numquam quaestionibus publicis implicati, a francomurariorum circulo, qui ab eorum ephebeo parum aberat, malignitate et insectatione pressi sunt. Incertiora et periculosiora tempora successerunt, cum Asturiarum pro-

vincia est violentis rei publicae turbinibus subversa, unde multi mortui sunt et sauciati, inter quos etiam non pauci sacerdotes et religiosi, odii contra religionem et Ecclesiam victimae. Die v mensis Octobris anno MCMXXXIV, mane, improviso nimbus ingruit etiam in Communitatem Fratrum Scholarum Christianarum oppidi Turón, cum congregati erant propter eucharisticam celebrationem, cui praesidebat Pater Innocentius a Maria Immaculata. Omnes sunt comprehensi et ad « domum populi » ducti, in carcerem mutatam. Hi fuerunt :

Frater Cyrillus Bertrandus (in saeculo Iosephus Sanz Tejedor). Natus Lermae, in dioecesi Burgensi, die **XX** mensis Martii anno **MDCCCLXXXVIII**, iuvenis ingressus est Institutum Fratrum Scholarum Christianarum. Anno MCMXVI professionem perpetuam fecit. Variis in locis institutioni inservivit. Ab anno MCMXXXII rector erat domus Turón.

Frater Marcianus Iosephus (in saeculo Philomenus López López). Ortus in loco communiter El Pedregal vocato, in dioecesi Seguntina, die **XV** mensis Novembris anno **MCM**, duodecim annorum intravit in Institutum Fratrum Scholarum Christianarum. Anno MCMXXV perpetuam professionem fecit. Cum institutioni se dedere non posset ob surditatem, functus est, pro necessitatibus, vestitici, aeditui et coctoris muneribus. Ad oppidum Turón translatus est anno MCMXXXIV.

Frater Iulianus Alfredus (in saeculo Vilfredus Fernández Zapico). Ortus est die **XXIV** mensis Decembris anno MCMII in vico vulgo Cifuentes de Ruede dicto, in dioecesi Legionensi. Anno MCMXXVI est admissus ad novitiatum maiorem Fratrum Scholarum Christianarum in loco lingua vernacula Bujedo denominato et anno MCMXXXII fecit perpetuam professionem. In institutionem incubuit inque pueros praeparandos ad primam Communionem. Ab anno MCMXXXIII ad communitatem pertinebat in oppido Turón sedem habentem.

Frater Victorianus Pius (in saeculo Claudius Bernabé Cano). Natus in pago sermone vernáculo denominato S. Millán de Lara, in dioecesi Burgensi, die VII mensis Iulii anno MCMV, anno MCMXVIII ingressus est Institutum Fratrum Scholarum Christianarum et professionem fecit perpetuam anno MCMXXX. Institutioni se dedidit et moderationi chori celebrationibus religiosis animandis. Ad oppidum Turón est missus paucis ante mortem hebdomadis.

Frater Beniaminus Iulianus (in saeculo Vincentius Alfonsus Andrés). Natus in vico Jamarillo de la Fuente, in dioecesi Burgensi, die **XXVII** mensis Octobris anno MCMVIII, Institutum Fratrum Scho-

larum Christianarum introivit anno MCMXXI et anno MCMXXXIII perpetuam professionem fecit. Mense- Octobri eiusdem anni ad domum oppidi Turón translatus est.

Frater Augustus Andreas (in saeculo Romanus Martín Fernández). Ortus Blendii die vi mensis Maii anno MCMX, Fratrum Scholarum Christianarum Institutum iniit mense Augusto anno MCMXXII, vota triennalia nuncupavit anno MCMXXIX, quae anno MCMXXXII repetivit. Mense Octobri anno MCMXXXIII in oppidum Turón translatus erat.

Frater Benedictus a Iesu (in saeculo Hector Valdivieso Saez). Ortus die XXXI mensis Octobris anno MCMX Bonaèropoli in Argentina, pueritiam egit in vico Briviesca, intra fines dioecesis Burgensis, quo eius familia migraverat. Anno MCMXXIV intravit in Institutum Fratrum Scholarum Christianarum et vota triennalia nuncupavit anno MCMXXIX, quae mense Augusto anni MCMXXXII iteravit. Mense Octobri insequentis anni ad domum oppidi Turón missus est.

Frater Anicetus Adolf us (in saeculo Emmanuel Seco Gutiérrez). Ortus in loco Celada Mariantes, intra fines dioecesis Burgensis, die IV mensis Octobris anno MCMXII, anno MCMXXIV ingressus est Institutum Fratrum Scholarum Christianarum. Vota triennalia est professus anno MCMXXXI. Communitatis domus oppidi Turón a mense Octobri anni MCMXXXIII sodalis erat.

Pater Innocentius a Maria Immaculata (in saeculo Emmanuel Canoura Arnau). Ortus est die X mensis Martii anno MDCCCLXXXVII Sanctae Caeciliae Vallis Aureae, in dioecesi Mindoniensi. Congregationem Passionis ingressus, anno MCMV professionem religiosam fecit et die XX mensis Septembris anno MCMXIII sacrum presbyteratus ordinem accepit. Primum in istitutionem incubuit aliquibus in domibus sui Instituti, deinde in praedicationis ministerium. Mense Septembri anno MCMXXXIV missus est ad conventum loci Mieres vulgo appellati, unde, Antistitum voluntate, Turón se contulit die IV mensis Octobris anno MCMXXXIV ut scholae puerorum confessiones audiret, quae a Fratribus Scholarum Christianarum regebatur, ad praeparandam celebrationem primi diei Veneris mensis.

In custodia Venerabiles Servi Dei, solida fide roborati et certa aeternorum bonorum spe, mira cum tranquillitate, humilitate et obsequio erga voluntatem Dei se gesserunt. Continenter in deprecationem intenti erant et, scientes quae eos manerent, ad supremum sacrificium se composuerunt per paenitentiae sacramentum. Primis nocturnis horis diei 9 mensis Octobris anni MCMXXXIV, ad coemeterium illius loci ducti, ubi iam parata erat fossa communis iis sepeliendis, plumbo interfecti sunt et statim sepulti.

Nullus eorum aliquo crimine insimulatus; sed patet eos occisos esse utpote cum religiosi essent et antea récusassent Crucifixum e scholis auferre, catechismum docere et alumnos ad missam paroecialem diebus dominicis et festis Comitari.

Martyrii fama per totam regionem permanavit et procedentibus annis confirmata est; qua re Episcopus Ovetensis Causae canonizationis initium fecit celebratione Processus Ordinarii Informativi (annis MCMXXXXIV-MCMXXXXV). Post consuetas deliberationes faventi cum exitu aetas apud Congregationem de Causis Sanctorum, die **VII** mensis Septembris anno MCMLXXXIX coram Nobis proditum est Decretum, quo agnovimus Venerabilium Servorum Dei qui sunt iam commemorati, mortem esse verum martyrium habendam, utpote in odium Christi fidei obitam.

Statuimus deinde ut beatificationis ritus Romae celebraretur die XXIX mensis Aprilis anno 1990.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri spectante, inter Missarum sollemnia hanc enuntiavimus formulam: ((Nos, vota Fratrum nostrorum Gabini Díaz Merchán, Archiepiscopi Ovetensis, Narcissi Jubany Arnau, Archiepiscopi emeriti et Administratoris Apostolici Barcinonensis, Raimundi Torrella Cascante, Archiepiscopi Tarraconensis, et Ioannis Saldarini, Archiepiscopi Taurinensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei *Cyrillus Bertrandus et septem Socii, Innocentius ab Immaculata,* Maria a Mercede Prat, Iacobus Hilarius Barbai Cosan, martyres, et Philippus Rinaldi, presbyter Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : *Cyrilli Bertrandi et septem Sociorum et Innocentii ab Immaculata* die nona Octobris; Mariae a Mercede Prat die vicesima quarta Iulii; Iacobi Hilarii Barbal Cosan die decima octava Ianuarii et Philippi Rinaldi die quinta Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quae autem his decrevimus Litteris, nunc rata et firma esse volumus et in futurum. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Aprilis anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

&& AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ffi Sigilli
In Secret. Status tab., n. 261.618.

IV

Capitularis ecclesia Sancti Sebastiani martyris, in episcopali laca Regali exstans urbe, ad Basilicae Minoris gradum dignitatemque evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In Siciliae vetustissima, puchra et clara laca Regali urbe insignis quidem exstat capitularis ecclesia Sancti Sebastiani martyris, caelitis Patroni eiusdem civitatis, quae structurae genere ≺ Baroco Siculo » annis MDCXCIII-MDCXCIX post gravem terrae motum iterum aedificata atque artis operibus ornata miris — picturis praesertim ac statuis —, nunc notum est centrum spiritualis vitae operumque pastoralium, sacrae liturgiae et caritatis. Qua re, cum Venerabilis Frater Iosephus Malandrino, Episcopus Iaciensis, litteris die xvin mensis Septembris hoc anno datis, etiam Decani-Rectoris ecclesiae clerique populique sui nomine petiverit ut templum idem titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestaremus, paternae benevolentiae Nostrum tum illi sollerti Praesuli tum dilectissimis filiis eius concreditis curae cupientes praebere, admotis precibus censemus libentes obsecundare. De sententia igitur Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum Nobis proposita, quam ratam habemus, Apostolica summa usi potestate, harum Litterarum virtute, perpetuumque in modum capitularem ecclesiam, de qua mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoramus, cum omnibus iuribus et liturgicis concessionibus, quae sacris aedibus hoc nomine insignitis rite competunt, iis tamen servatis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris)) die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX editum, servanda sunt. Has denique Litteras Nostras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Decembris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri tertio decimo.

69 ANGELUS SODANO, *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco & Sigilli
In Secret. Status tao., n. 273.858.

ALLOCUTIONES

I

In cathedrali templo Urbevetano habita.*

1. ((Glorifica il Signore, Gerusalemme, loda, Sion, il tuo Dio.» I[1]

Tutta la Chiesa canta le lodi di Gerusalemme, perché là, nella Città santa, Dio ha realizzato ciò che aveva preparato per il popolo eletto, e, attraverso il popolo dell'Antica Alleanza, per tutti gli uomini.

Là — nel cenacolo di Gerusalemme — è avvenuto quanto l'Apostolo descrive nella prima lettera ai Corinzi : « Il calice della benedizione che noi benediciamo, non è forse comunione con il sangue di Cristo? E il pane che noi spezziamo, non è forse comunione con il corpo di Cristo? ».[2]

Davvero ! Nel cenacolo di Gerusalemme, la vigilia della sua morte redentrice sulla Croce, Gesù Cristo ha compiuto ciò che aveva predetto :

((Io sono il pane vivo, disceso dal cielo. Se uno mangia di questo pane vivrà in eterno e il pane che io darò è la mia carne per la vita del mondo ... Chi mangia la mia carne e beve il mio sangue dimora in me e io in lui ».[3]

2. ((Chiesa santa, loda il tuo Signore » !

Il cenacolo di Gerusalemme — dove fu istituito il santissimo Sacramento : il Corpo e il Sangue di Cristo sotto le specie del pane e del vino — si è esteso a tutta la Chiesa. Esso è ora presente in ogni luogo, nel quale si raccoglie la comunità cristiana : si tratti di una splendida costruzione architettonica, oppure di una modesta cappella in terra di missione, là è presente il cenacolo.

E dappertutto la Chiesa loda il suo Signore per il dono dell'Eucaristia, per mezzo della quale Egli è rimasto con noi : si è fatto cibo degli uomini per la vita eterna.

La solennità, che oggi celebriamo, costituisce una espressione particolare di questa lode.

*** Die 17 m. Iunii a. 1990.**

[1] ***Sai* 147, 12.**

[2] ***1 Cor* 10, 16.**

[3] ***Gv* 6, 51. 56.**

3. Rivolgo un fraterno saluto al Pastore della diocesi, Mons. Decio Lucio Grandoni, e lo ringrazio per le cordiali parole che ha voluto rivolgermi a nome di tutti voi. Con lui, intendo salutare i presuli dell'Umbria qui presenti, le Autorità intervenute a questa celebrazione, i sacerdoti, i religiosi e le religiose, i malati, associati dalla sofferenza in modo particolare al sacrificio eucaristico, i giovani e voi tutti, carissimi fratelli e sorelle.

Vogliamo esprimere insieme, con questo incontro, la nostra riconoscenza al Signore, nel ricordo del VII Centenario della fondazione del Duomo della vostra Città, del quale il mio predecessore, il Papa Niccolò IV, benedisse la prima pietra, il 13 novembre 1290.

Anche se la sua costruzione non è collegata direttamente alla solennità del « Corpus Domini », istituita dal Papa Urbano IV con la Bolla *Transiturus,* nel 1264, né al miracolo avvenuto a Bolsena l'anno precedente, è però indubbio che il mistero eucaristico è qui potentemente evocato dal corporale di Bolsena, per il quale venne appositamente fabbricata la cappella, che ora lo custodisce gelosamente.

La città di Orvieto è da allora conosciuta nel mondo intero per tale segno miracoloso, che a tutti ricorda l'amore misericordioso di Dio, fattosi cibo e bevanda di salvezza per l'umanità pellegrina sulla terra. Del culto verso così grande mistero, la vostra città conserva ed alimenta l'inestinguibile fiamma.

4. Chiesa di Orvieto, loda il tuo Signore !

Siamo di fronte a Cristo realmente presente sotto i veli di semplici e materiali apparenze. Cristo-Pane, Cristo-Vino : vero cibo e vera bevanda per l'uomo che ha fame e sete di infinito. Solo Lui, il Cristo, può colmare il bisogno di eternità del cuore umano ; solo Lui, il Cristo, è totale compimento di ogni sua aspirazione e pegno sicuro di immortalità. Solo Cristo è « la via, la verità e la vita »[4] per quanti mangiano la sua carne e bevono il suo sangue.

Come gli apostoli raccolti nel cenacolo, anche noi, quest'oggi, condividiamo questo pane di vita imperitura, mentre esultanti uniamo la nostra lode a quella dei fedeli di tutta la terra. Sostiamo attoniti, in raccolta adorazione dinanzi al grande Mistero della nostra fede, e proclamiamo con gioia la nostra riconoscenza per il dono sublime di cui il Redentore ha arricchito la sua Chiesa.

[4] *Gv* 14, 6.

5. Quanto urgente è il bisogno che l'uomo risente di un pane vero! Ma quanto confuse sono le indicazioni che, al riguardo, gli giungono da ogni parte!

Accanto a chi pretende di offrirgli un tale pane con Puna o l'altra ideologia, c'è chi vorrebbe addirittura dissuaderlo da simile ricerca, giudicandola inutile e vana. L'uno o l'altro si trovano, in ogni caso, concordi nel sostenere che l'uomo è chiamato a costruire il proprio destino solo entro l'orizzonte dei valori terreni.

Cristo, invece, ha voluto nascondersi sotto le apparenze del pane e del vino per ricordarci che questo alimento esiste e che, pur situato nello spazio e nel tempo, esso trascende tali dimensioni per attingere l'eterno: ((Io sono il pane vivo, disceso dal cielo. Se uno mangia di questo pane, vivrà in eterno ». Solo l'Eucaristia può dunque dare senso pieno e valore autentico all'esistenza. Gesù si è fatto nostro spirituale alimento per proclamare la sovrana dignità dell'uomo, per rivendicarne i diritti e le giuste esigenze per trasmettergli il segreto della definitiva vittoria sul male e della comunione eterna con Dio.

Così, nella sua suggestiva solennità, l'odierna celebrazione evoca questo messaggio esaltante e ci spinge ad accoglierne l'intimo invito alla conversione e al servizio, all'amore e al perdono. Ci stimola a diventare, con la vita, autentici imitatori di ciò che celebriamo nella liturgia.

Non dimenticatelo mai: il Cristo, che ci nutre sotto le specie consacrate, è lo stesso che ci viene incontro negli avvenimenti quotidiani; è nel povero che tende la mano, è nel sofferente che implora aiuto, è nel fratello che domanda la nostra disponibilità e aspetta la nostra accoglienza. È nell'uomo: è in ogni essere umano, anche il più piccolo e indifeso.

Profondo mistero di vita! Impenetrabile mistero di amore!

6. Quanti ci nutriamo dello stesso pane « siamo un solo corpo »[5] e di tante persone diverse si forma una sola famiglia.

La liturgia del «Corpus Domini» ci ricorda l'impegno di professare nella vita la comune appartenenza allo stesso Signore, giacché tutti ci alimentiamo alla stessa mistica sorgente di vita immortale.

L'Eucaristia nasce dall'amore e serve all'amore, definitivo comandamento della Nuova Alleanza.

[5] Cf. *1 Cor* 10, 17.

Sia tutto ciò davanti ai vostri occhi, cari fratelli e sorelle, perché possiate celebrare adeguatamente il VII centenario della vostra Basilica Cattedrale. Vi esorto vivamente a profittare di tale giubilare ricorrenza per favorire l'auspicata crescita della vita cristiana di tutta la Diocesi e per operare un effettivo rinnovamento della catechesi, della liturgia e dello spirito missionario ed apostolico. Siate sempre memori del peculiare dovere della vostra comunità ecclesiale di testimoniare il culto alla SS. Eucaristia e di mostrarne gli effetti nella comunione di sentimenti e di vita.

Affido quest'impegno all'intera vostra diocesi di Orvieto-Todi, due antiche sedi episcopali, riunite oggi sotto la guida di un unico Pastore. Vi invito a far confluire i molteplici doni, a voi elargiti dallo Spirito Santo, nell'unità di un solo corpo ecclesiale : sacerdoti, religiosi e laici, stretti intorno a colui che è segno e ministro di comunione, il Vescovo diocesano.

Ogni frazione della vostra Chiesa particolare, resistendo alla possibile tentazione dell'individualismo e della divisione, abbia quale propria mèta la costruzione, sotto la guida del Vescovo, di una Chiesa compatta, solidamente ancorata alla verità e alla carità.

E l'Eucaristia, che Gestì vi dona, sia il pane quotidiano di questa indispensabile coesione, il sostegno di questo solidale cammino !

7. Ma <(come può costui darci la sua carne da mangiare? ».[6]

Così si domandavano i numerosi ascoltatori di Gesù, quel giorno in cui, presso Cafarnao, egli fece la promessa dell'Eucaristia. Così si domandavano e disputavano fra loro. Tanti allora abbandonarono Cristo, nonostante fossero stati testimoni del miracolo della moltiplicazione dei pani e degli altri segni.

Gesù chiese agli Apostoli : ((Forse anche voi volete andarvene? ».[7]

Rispose Simon Pietro :

« Signore da chi andremo? Tu hai parole di vita eterna ; noi abbiamo creduto e conosciuto che tu sei il Santo di Dio ».[8]

In tutta la terra la Chiesa vive d'Eucaristia. In questo sacramento trovano la loro sintesi salvifica tutte le parole della vita eterna. Diventano cibo per le anime e, proprio grazie a questo alimento, l'uomo, peregrinante per i molteplici deserti del tempo, si avvia alla Gerusalemme eterna.

[6] *Gv* 6, 52.
[7] *Ibid.* 6, 67.
[8] *Ibid.* O, 69.

Quando dunque il « corpo mortale si vestirà di immortalità »,[9] si manifesterà pienamente la potenza del Corpo e del Sangue di Cristo.

È vero ! Nel Corpo e nel Sangue di Cristo vi è già l'inizio della gloria e della vita. Gloria e vita, che saranno la nostra futura eredità. Per sempre !

Poiché ((l'uomo vivente è la gloria di Dio)>.[10]

Amen !

II

Ad exc.mum virum Sergium Ossa Prêtât, Chiliae Legatum.*

Señor Embajador :

Es para mí motivo de particular complacencia recibir las Cartas Credenciales que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República de Chile ante la Santa Sede. Al darle, pues, mi cordial bienvenida en este acto de presentación, me es grato reiterar ante su persona el profundo afecto que siento por todos los amados hijos de Chile.

Es ésta una feliz circunstancia que me hace evocar las intensas jornadas de fe y esperanza vividas en su País durante mi visita pastoral, a la que Usted se ha referido, así como los sentimientos de adhesión y cercanía que los chilenos profesan al Sucesor de Pedro.

Al deferente saludo que el Señor Presidente Don Patricio Aylwin Azocar ha querido hacerme llegar por medio de Usted, correspondo con sumo agradecimiento y le ruego tenga a bien transmitirle mis mejores votos por su persona y alta misión, junto con las seguridades de mi plegaria al Altísimo por el bien espiritual y social de su noble Nación.

En sus amables palabras, Señor Embajador, ha aludido Usted a la obra de mediación llevada a cabo por la Santa Sede, que hizo posible la solución del diferendo austral con la nación hermana Argentina. Con mi viaje apostólico en el mes de abril de 1987, quise también conmemorar la feliz conclusión del Tratado de Paz y amistad que, como usted ha afirmado? sentó las bases para un proceso de integración fí-

[9] **Cf. *1 Cor* 15, 53.**

[10] **S. Ireneo, *Adv. haer.* IV, 20, 7.**

*** Die 18 m. Iunii a. 1990.**

sica y complementación económica que se encuentran permanentemente en marcha.

Durante los tres años transcurridos desde mi visita pastoral a Chile, se han producido en su País importantes cambios que están dando lugar a un proceso de transformación en sus instituciones y estructuras sociopolíticas. Al respecto, esta Sede Apostólica sigue con particular atención dicha evolución y no puedo por menos de felicitar al noble pueblo chileno por la madurez cívica de que está haciendo gala en la consolidación del proceso democrático.

Me complace saber que las Autoridades de su País están trabajando por crear un clima de reconciliación que permita superar antagonismos y heridas de tiempos pasados y dé paso a la comprensión y al diálogo, elementos imprescindibles en la edificación de una sociedad basada en los principios de la justicia y de la libertad.

Para ello es necesario lograr la adecuada armonización de los legítimos derechos de todos los ciudadanos en un proyecto común de convivencia pacífica y solidaria. En este campo, la concepción cristiana de la vida y las enseñanzas morales de la Iglesia han de continuar siendo elementos esenciales que inspiren a todas aquellas personas y grupos que buscan la instauración de una sociedad más justa, fraterna y responsable; una sociedad que responda, en consecuencia, a las necesidades de los hombres y a los verdaderos designios de Dios.

Es preciso, pues, acometer con amplitud de miras un decidido empeño que anteponga el bien común a los intereses particulares. Ninguna ideología o sistema puede absolutizarse por encima del respeto a las personas y grupos, sino que todos deben favorecer el diálogo leal y constructivo que evite descalificaciones y enfrentamientos. En efecto, los principios de la justicia y el derecho han de ser respetados por todos y utilizados como instrumentos de colaboración y convivencia permanentes.

Sed aliae causae non desunt nec proposita: multis postulationibus respondere, documentum eiusmodi petentibus; dubitationes expeliere et ambiguitates quoad missionem *ad gentes* ad confirmandos in suo munere bene méritos filios et filias actioni missionali deditos omnesque, qui eos adiuvant; vocationes missionarias excitare; theologos adhortari ad altius perscrutandas, certoque ordine exponendas varias missionis facies; missionem pro sua significatione refovere, Ecclesias particulares distringendo, praesertim novellas, ut missionarios mittant et accipiant; non christianis, et imprimis Auctoritatibus Nationum ad quas dirigitur actio missionalis suadere hanc ad hoc unum spectare, videlicet ad homini serviendum per revelationem amoris Dei, qui est ostensus in Christo.

3. Populi omnes, Christo portas aperite! Eius Evangelium nihil demit de hominis libertate, de debita culturae observan-

[2] Cf. BENEDICTUS PP. XV, Ep. Apost. *Maximum illud* (30 Novembris 1919): *AAS* 11 (1919), 440-455; Pius PP. XI, Litt. Enc. *Rerum Ecclesiae* (28 Februarii 1926): *AAS* 18 (1926), 65-83; Pius PP. XII, Litt. Enc. *Evangelii praecones* (2 Iunii 1951): *AAS* 43 (1951), 497-528; Litt. Enc. *Fidei donum* (21 Aprilis 1957): *AAS* 49 (1957), 225-248; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Princeps Pastorum* (28 Novembris 1959): *AAS* 51 (1959), 833-864.

[3] Litt. Enc. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 10: *AAS* 71 (1979), 274 s.

tia, de eo, quod bonum est in quacumque religione. Christum accipientes, vos ipsos aperitis Verbo Dei decretorio; illi per quem Deus plene se demonstravit nobisque viam indicavit ut ad se perveniremus.

Continenter augetur eorum numerus qui Christum ignorant nec Ecclesiae partem habent, quin etiam a concluso Concilio fere est duplicatus. Patet huic immensae hominum multitudini, a Patre dilectae, pro qua suum misit Filium, urgentem esse missionem.

Ceteroqui, hac in regione, aetas nostra novas praebet Ecclesiae occasiones, quae sunt: ideologiarum et dominationum crudelium casus; confiniorum apertio et formatio mundi coniunctioris ob communicationum incrementum; successus inter populos eorum evangelicorum valorum, quos Iesus in vita sua perfecit (qui sunt : pax, iustitia, fraternitas, non violentia, cura pusillorum); genus quoddam inanimae progressionis oeconomicae et technicae, quae tamen incitat ad quaerendam veritatem de Deo, de homine, de significatione vitae.

Deus Ecclesiae recludit conspectus humani generis ad sementem evangelicam paratioris. Animadvertimus tempus advenisse omnes adhibendi vires ecclesiales pro nova evangelizatione et missione *ad gentes.* Nemo in Christum credentium, nullum Ecclesiae institutum potest se subducere de hoc maximo officio: Christum omnibus populis nuntiandi.

Caput I

IESUS CHRISTUS UNICUS SALVATOR

4. «Primarium Ecclesiae officium omni, sed praesertim hac nostra aetate — diximus in primis illis Litteris Encyclicis ad rationem gerendarum rerum pertinentibus — est dirigere hominis mentem ac tendere conscientiam et experientiam universi hominum generis ad Christi mysterium ».[4]

Missio universalis Ecclesiae oritur ex fide in Iesum Christum, sicuti declaratur in professione fidei trinitariae : « Credo

[4] *Ibid.: I. mem.,* 275.

in unum Dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia saecula... Propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelo et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est ».[5] In Redemptionis eventu est omnium salus, « cum quivis comprehendatur mysterio Redemptionis, et huius mysterii gratia in omne tempus cum eo Christus se coniunxerit ».[6] Sola fide comprehenditur et nititur missio.

Nihilominus, etiam propter hodiernas mutationes, nonnulli secum quaerunt: Estne adhuc ad hoc tempus apta missio inter non christianos? Nonne vicem eius obtinuit dialogus inter religiones? Nonne humana provectio est eius sufficiens propositum? Conscientiae et libertatis observantia nonne quamlibet impedit conversionis condicionem? Nonne in quavis religione salvi fieri possumus? Quid ergo missio?

« Nemo venit ad Patrem nisi per me » *(Io* 14, 6)

5. Si Ecclesiae origines repetimus, invenimus clare affirmatum Christum unicum esse omnium Salvatorem, illum qui solus potest et Deum revelare et ad Deum ducere. Auctoritatibus religiosis Iudaicis Apostolos interrogantibus de claudi sanatione, Petrus, qui hanc patraverat, respondit: « In nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus ... nec enim nomen aliud est sub caelo datum in hominibus, in quo oportet nos salvos fieri » *(Act* **4,** 10.12). Haec affirmatio, coram Synedrio facta, in universum valet, quandoquidem omnibus — Iudaeis et gentilibus — nonnisi a Iesu Christo manare potest salus.

Universalitas huius salutis per Christum in toto Novo Testamento asseveratur. Sanctus Paulus agnoscit Dominum Christum a mortuis suscitatum: « Nam — scribit — et si sunt, qui dicantur dii sive in caelo sive in terra, siquidem sunt dii multi et domini multi, nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in illum, et unus Dominus Iesus Christus, per quem

[5] Symbolum fidei Nicaenum-Constantinopolitanum: *DS* 150.
[6] Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 13: *I. mem.,* 283.

omnia et nos per ipsum » *(i Cor* 8, 5-6). Unus Deus et unus Dominus asseruntur contra « deorum » et « dominorum » multitudinem, quos populus admittebat. Paulus plurium deorum cultui obsistit societatis religiosae aetatis suae et in luce collocat fidei christianae proprietatem: fidei in unum Deum et in unum Dominum, a Deo missum.

In sancti Ioannis Evangelio Christi haec universalisas salvifica aspectus complectitur eius missionis gratiae, veritatis et revelationis : « Verbum est lux vera, quae illuminat omnem hominem » *(Io* 1, 9). Et insuper: « Deum nemo vidit umquam; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit » *(Io* 1, 18; cf. *Mt* 11, 27). Revelatio Dei definitiva fit et plena per Filium eius unigenitum : « Multifariam et multis modis olim Deus locutus patribus in prophetis, in novissimis his diebus locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula » *(Heb* 1, 1-2; cf. *Io* 14, 6). Per hoc definitivum suae revelationis Verbum, Deus pienissimo modo se ostendit; hominum generi dixit quis Ipse sit. Et haec revelatio, qua Deus certe et definite se patefecit, causa est praecipua cur Ecclesia « sit, sua natura, missionaria » ; unde non potest non proclamare Evangelium, id est plenitudinem veritatis, quam Deus nobis de se significavit.

Christus unus est mediator inter Deum et homines : « Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis; in quod positus sum ego praedicator et apostolus — veritatem dico, non mentior — doctor gentium in fide et veritate » *(i Tim* 2, 5-7; cf. *Heb* 4, 14-16). Homines ergo cum Deo communicare non possunt nisi per Christum, Spiritu Sancto movente. Unica haec et universalis mediatio, nedum impedimento sit itineri ad Deum, via est ab ipso Deo statuta, cuius rei plene conscius est Christus. Si non exclusae sunt mediationes participatae diversi generis et ordinis, hae attamen significationem trahunt et vim a mediatione Christi, nec pares haberi possunt nec perfectivae.

6. Fidei christiane contrarium est quamquam inducere Verbi et Iesu Christi separationem. Sanctus Ioannes aperte affirmât Verbum, quod « erat in principio apud Deum », idem esse

quod « caro factum est » (*Io* 1, 2.14). Iesus est Verbum caro factum, persona una et indivisibilis, non separare licet Iesum a Christo nec de « Iesu historico » loqui, ac si alius esset ac « Christus fidei ». Ecclesia agnoscit et confitetur Iesum uti « Christum, Filium Dei vivi » (*Mt* 16, 16). Non alius est Christus, quam Iesus Nazarethanus, hicque Verbum Dei est homo factum pro salute omnium. In Christo « inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter » (*Col* 2, 9) et « de plenitudine eius nos omnes accepimus » (*Io* 1, 16). « Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris » (*Io* 1, 18), est Filius dilectionis, in quo habemus redemptionem (cf. *Col* 1, 13-14); « in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terris sive quae in caelis sunt » (*Col* 1, 19-20). Ipsa haec unica Christi singularitas ei significationem confert absolutam et universalem, unde, dum in historia est, centrum est et finis eiusdem historiae:[7] « Ego Alpha et Omega, primus et novissimus, principium et finis » (*Apc* 22, 12-13).

Si ergo licitum est et utile varios Christi mysterii aspectus considerare, oportet numquam eius unitas omittatur. Dum tendimus ad invenienda et aestimanda dona omne genus, praesertim divitias spiritales, quae Deus omni populo dedit, non possumus ea a Iesu Christo seiungere, qui in medio stat divini salutis consilii. Sicut « Filius Dei, incarnatione sua cum omni homine se univit », ita « tenere debemus Spiritum Sanctum cunctis possibilitatem offerre ut, modo Deo cognito, huic paschali mysterio consocientur ».[8] Consilium divinum est « recapitulare omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra » (*Eph* 1, 10).

Fides in Christum est propositio hominis libertati facta

7. Actionis missionalis necessitas patet ex penita novitate vitae quam Christus adduxit et ex qua eius discipuli vixerunt. Haec nova vita est donum Dei et ab homine postulatur ut

[7] **Cf. CONO. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 2.**

[8] ***Ibid.*, 22.**

illud accipiat et educat, si vult se ipsum efficere pro sua integra vocatione, congruenter Christo. Totum Novum Testamentum hymnus est, quo nova canitur vita, illi qui in Christum credit et in eius vivit Ecclesia. Salus in Christo, quam Ecclesia testatur et nuntiat, communicatio est, qua Deum se communicat : quippe « Amor est qui non sola efficit bona sed perficit etiam, ut participatio contingat ipsius Dei vitae Patris et Filii et Spiritus Sancti. Qui enim diligit, donare se ipsum concupiscit ».[9]

Deus homini hanc vitae novitatem offert. « Possuntne Christus et omnia, quae in historiam hominis intulit ipse, reici? Certe, reici possunt. Homo liber est. Homo dicere potest Deo : Non. Homo Christo potest dicere: Non. Sed interrogatio fundamentalis manet: Num id facere licet? Et cuius rei causa id licet? ».[10]

8. Mundus huius temporis inclinat ad reducendum hominem ad solam rationem horizontalem. Sed quid fit homo sine apertione ad Absolutum? Responsio inest in experientia cuiusvis hominis, sed est etiam inscripta in historia humani generis sanguine effuso ob ideologías et a rebus publicis, quae instituere voluerunt « genus humanum novum » sine Deo.[11]

Ceterum, iis qui libertatem conscientiae curant servandam, respondet Concilium Vaticanum II : « Persona humana ius habet ad libertatem religiosam ... Omnes homines debent immunes esse a coercitione ex parte sive singulorum, sive coetuum socialium et cuiusvis potestatis humanae, et ita quidem ut in re religiosa neque aliquis cogatur ad agendum contra suam conscientiam neque impediatur, quominus iuxta suam conscientiam agat privatim et publice, vel solus vel aliis consociatus ».[12]

Christi nuntius et testimonium, cum fiunt modo conscientiarum observanti, libertatem non violant. Fides liberam po-

[9] Litt. Enc. *Dives in misericordia* (30 Novembris 1980), 7: *AAS* 72 (1980), 1202.

[10] *Homilia* in eucharistica celebratione Cracoviae habita, 10 Iunii 1979: *AAS* 71 (1979), 873.

[11] JOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra* (15 Maii 1961), 4: *AAS* 53 (1961), 451-453.

[12] Declaratio *Dignitatis humanae* de libertate religiosa, 2.

stulat hominis assensionem; ea tamen est proponenda, quoniam ((multitudines ius habent cognoscendi Christi mysterii divitias, in quibus, ut arbitramur, tota humana familia invenire potest pienissimo modo ac nulli exspectationi obnoxio, ea omnia, quae quasi temptabunda ipsa perquirat de Deo, de homine eiusque sorte futura, de vita et de morte, deque veritate ... Hac de causa, Ecclesia ardorem missionalem suum alit ac fovet, quin immo augere studet hac, qua nos vitam degimus, aetate».[13] At, semper cum Concilio, dicendum est etiam « secundum dignitatem suam homines cunctos, quia personae sunt, ratione scilicet et libera voluntate praeditos ideoque personali responsabilitate auctos, sua ipsorum natura impelli necnon morali teneri obligatione ad veritatem quaerendam, illa imprimis quae religionem spectat. Teneri quoque veritati cognitae adhaerere atque totam vitam suam iuxta exigentias veritatis ordinare».[14]

Ecclesia signum et via salutis

9. Salutis prima beneficiaria est Ecclesia: Christus eam acquisivit sanguine suo (cf. *Act* 20, 28), eamque suam fecit cooperatricem in opere salutis universalis. Christus enim in ea vivit; sponsus eius est; ei incrementum affert; suam missionem explet per eam.

Concilium ample commemoravit Ecclesiae munus pro humani generis salute. Dum agnoscit a Deo omnes homines amari iisdemque concedi ut possint salvi fieri (cf. *1 Tim* 2, 4),[15] Ecclesia profitetur Christum a Deo esse constitutum unicum mediatorem seseque positam esse tamquam sacramentum universale salutis.[16] « Ad hanc igitur catholicam Populi Dei unitatem omnes homines vocantur, ad eamque variis modis pertinent, vel

[13] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi* (8 Decembris 1975), 53: *AAS* 68 (1976), 42.

[14] Declaratio *Dignitatis humanae* de libertate religiosa, 2.

[15] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 14-17; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 3.

[16] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 48; Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 43; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 7. 21.

ordinantur sive fideles catholici, sive alii credentes in Christo, sive denique omnes universaliter homines gratia Dei ad salutem vocati ».[17] Necesse est duae hae veritates coniunctae teneantur, videlicet vera possibilitas salutis in Christo pro omnibus hominibus et Ecclesiae necessitas ad hanc salutem. Utraque comprehensionem expedit unius mysterii salvifici, ita ut cognosci possint Dei misericordia et nostra responsabilitas. Salus, quae semper est Spiritus donum, exigit hominis cooperationem, ut et ipse se salvet et alios. Sic Deus voluit, et idcirco institutam Ecclesiam consilio salutis implicavit: «Populus ille messianicus — ait Concilium — a Christo in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus, ab eo etiam ut instrumentum redemptionis communis adsumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae ad universum mundum emittitur ».[18]

Salus omnibus hominibus offertur

10. Salutis uni versalitas non significat illam iis solis oblatam esse, qui expresse in Christum credunt et Ecclesiam ingressi sunt. Si omnibus destinatur, salutis facultas vere est omnibus suppeditanda. Sed liquet hodie, sicut praeterito tempore, multos homines facultatem non habere cognoscendi vel accipiendi Evangelii revelationem, in Ecclesiam ingrediendi. Hi vivunt enim in socialibus culturalibusque condicionibus, quae hoc non sinunt, et saepe sunt ad diversas religiones educati. His Christi salus patens est per gratiam quae, quamquam arcanam habet necessitudinem cum Ecclesia, in hanc tamen formali ratione eos non introducit, sed modo illuminat congruenti eorum interiori condicioni rerumque temporumque adiunctis. Gratia haec a Christo venit, fructus est eius sacrificii et a Spiritu Sancto communicatur atque unumquemque patitur sua libera cooperatione ad salutem pervenire.

Hinc Concilium, post affirmatam centralem mysterii paschalis positionem, dicit : « Quod non tantum pro christifidelibus valet, sed et pro omnibus hominibus bonae voluntatis, in quorum corde gratia invisibili modo operatur. Cum enim pro

[17] Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 13.
[18] *IUd.,* 9.

omnibus mortuus sit Christus cumque vocatio hominis ultima revera una sit, scilicet divina, tenere debemus Spiritum Sanctum cunctis possibilitatem offerre ut, modo Deo cognito, huic paschali mysterio consocientur ».[19]

« Non possumus nos non loqui » *(Act* 4, 20)

11. Quid ergo de obiectis opinionibus dicendum, iam memoratis, quoad missionem *ad gentes?* Omnes religiones omnesque sensus observantibus est nobis imprimis cum simplicitate affirmanda nostra fides in Christum, unum hominis salvatorem: quam fidem, uti donum desursum accepimus sine nostro merito. Nos cum Paulo dicimus: « Non erubesco evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti » *(Rom* 1, 16). Martyres christiani omnium temporum — etiam nostri — vitam fuderunt et fundere pergunt ut hanc fidem hominibus testificentur, certi omni homini Christum opus esse, qui, peccato mor teque profligatis, homines cum Deo reconciliavit.

Christus declaravit se esse Filium Dei, arcte cum Patre coniunctum — et uti talem eum discipuli professi sunt — verba sua confirmans miraculis et resurrectione ex mortuis. Ecclesia hominibus offert Evangelium, documentum propheticum, necessitatibus et appetìtionibus humani cordis respondens: illud semper est «bonus nuntius». Fas non est Ecclesiam silentio praeterire Iesum venisse, ut Dei vultum revelaret et, per crucem ac resurrectionem, omnium hominum salutem mereretur.

Interrogationi : « quid missio? » nos respondemus nostra fide et Ecclesiae experientia se amori Christi patefacere veram esse liberationem. In eo, in eo solo, quavis alienatione et confusione liberamur, servitute potestatis peccati et mortis. Christus est vere « Pax nostra » *(Eph* 2, 14), et « caritas Christi urget nos » *(2 Cor* 5, 14), vitam nostram significatione donans et gaudio. Missio est quaestio fidei, fidei nostrae in Christum inque eius amorem erga nos iustum signum.

Hodierna sollicitatio id spectat, ut christianismum mutet in sapientiam modo humanam, in quandam scientiam iucundo

[19] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 22.

vivendi. In mundo moribus saecularibus penitus imbuto, facta est «gradatim salutis accommodatio ad saeculum », qua pro homine quidem certatur, sed pro homine dimidiato, ad solam rationem horizontalem redacto. Nos contra scimus Iesum venisse, ut integram afferret salutem, quae ad totum hominem et ad omnes homines pertinet, quibus divinae filiationis mirum ostendit aspectum.

Quid missio? Quia nobis, sicut sancto Paulo, « data est gratia haec : gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi » *(Eph* 3, **8).** Novitas vitae in eo « bonus nuntius » est ad hominem cuiusque aetatis : ad eam omnes homines sunt vocati et destinati. Omnes eam profecto quaerunt, etsi interdum confuse, iisque ius est eiusmodi doni momentum cognoscere illudque consequi. Ecclesia et, in ea, quilibet christianus non potest abscondere nec sibi reservare hanc novitatem hasque divitias, quas a divina bonitate accepit, ut cum omnibus hominibus communicentur.

Haec causa cur missio, praeterquam ex Domini expresso mandato, ex acri oriatur vitae Dei in nobis appetitione. Qui in Ecclesiam Catholicam inserti sunt, sentire se debent privilegio donatos hincque adstrictiores fidei et vitae christiane testificatione, tamquam ministerio pro fratribus et debita Deo responsione, memores « condicionem suam eximiam non propriis meritis, sed peculiari gratiae Christi esse adscribendam: cui si cogitatione, verbo et opere non respondent, nedum salventur, severius iudicabuntur *n.*[20]

Caput II

REGNUM DEI

12. « Dives in misericordia Deus ipse quidem est nobis quem Christus Iesus revelavit ut Patrem: immo quem ostendit nobis ac demonstravit ».[21] Haec scripsimus initio Litterarum Encyclicarum *Dives in misericordia,* monstrantes Christum esse

[20] CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 14.
[21] Litt. Enc. *Dives in misericordia,* 1: *I. mem.,* 1177.

Patris revelationem et misericordiae incarnationem. Salus consistit ex credendo et accipiendo Patris eiusque amoris mysterio, qui se ostendit et donat in Iesu per Spiritum. Ita Eegnum Dei efficitur, iam ab Antiquo Foedere praeparatum, a Christo et in Christo ad effectum adductum, ab Ecclesia, quae agit et precatur ut ad perfectum exitum adducatur nuntiatum.

Vetus Testamentum affirmat Deum sibi populum elegisse et formavisse, ut suum amoris consilium re velar et et exsequentur. Simul autem Deus creator est et pater omnium hominum; de omnibus curam adhibet; omnibus benedicit (cf. *Gn* 12, 3), cum omnibus pactum statuit (cf. *Gn* 9, 1-17). Israel Deum personalem et salvatorem experitur (cf. *Dt* 4, 37; 6. 8; *Is* 43, 1-7) cuius fit hoc modo testis et praeco inter nationes. Per suae cursum historiae Israel conscius fit suam electionem significationem habere universalem (cf. exempli gratia, *Is* 2, 2-5; 25, 6-8; 60, 1-6; *Ier* 3, 17; 16, 19-21).

Christus praesens reddit Regnum

13. Iesus Nazarethanus consilium Dei perficit. Spiritu Sancto accepto in baptismate, suam is patefacit vocationem messianicam : Galilaeam percurrit « praedicans Evangelium Dei et dicens: "Impletum est tempus, et appropinquavit Regnum Dei; paenitemini et credite Evangelio" *(Me* 1, 14-15; cf. *Mt* 4, 17; *Lc* 4, 43). Regni Dei renuntiatio et instauratio eius missionis materia sunt : « Ideo missus sum » *(Lc* 4, 43). Sed aliquid maius est considerandum : Iesus ipse est « bonus nuntius », sicut initio suae missionis affirmat in synagoga oppidi sui, revocans ad se Isaiae verba de Uncto, a Spiritu Domini misso (cf. *Lc* 4, 14-21). Cum sit « bonus nuntius », in Christo idem sunt missus, qui nuntiatur, et nuntius qui nuntiat, dicere, agere et esse. Eius vis, causa efficaciae actionis eius posita est in plena eius identitate cum eo quod nuntiat: « novum nuntium » is proclamat, non tantum per id quod dicit vel facit, sed etiam per id, quod is est.

Iesu ministerium describitur in ipsis itineribus, quae fecit ipse in terra sua. Prospectus missionis ante Pascha vertitur ad Israel; tamen Iesus novum ostendit argumentum summi

momenti. Eschatologicus eventus non differtur ad finem mundi remotum, sed appropinqua t et peragi incipit. Appropinquat regnum Dei (cf. *Me* 1, 15), rogatur ut veniat (cf. *Mt* 6, 10), fides iam illud videt operans in signis, qualia sunt miracula cf. *Mt* 11, 4-5), exorcismi (cf. *Mt* 12, 25-28), electio Duodecim (cf. *Me* 3, 3-19), boni nuntii praeconium ad pauperes *(Lc* 4, 18). In Iesu occursibus cum paganis patet ad Regnum accessum fide fieri et conversione (cf. *Me* 1, 15), non simplici natione.

Regnum quod Iesus auspicatur, Dei est Regnum. Ipse Iesus revelat quis sit Deus hic, quem familiari vocabulo « abba » vocat, Patrem *(Me* 14, 36). Deus, praesertim in parabolis revelatas *(Lc* 15, 3-32; *Mt* 20, 1-lß) necessitatibus, acerbitatibus cuiusque hominis movetur: Pater est amoris et misericordiae plenus, qui ignoscit et postulatas gratias concedit gratuito.

Sanctus Ioannes affirmat Deum « caritatem esse » (cf. *1 Io* 4, 8.16). Omnis ergo homo invitatur ad « se convertendum » et ad « credendum » amori misericordi, quo amatur a Deo : Regnum crescet prout quilibet homo discet ad Deum confugere intima in deprecatione sicut ad Patrem (cf. *Lc* 11, 2; *Mt* 23, 9) et eius voluntatem facere nitetur (cf. *Mt* 7, 21).

Regni proprietates et postulata

14. Iesus gradatim proprietates et postulata Regni revelat verbis, operibus et ipsa sua persona.

Regnum Dei omnibus hominibus destinatur, cum omnes vocentur ut eius participes sint. Ut hanc formam in lucem proferret, ad eos praesertim accessit, qui erant a societate derelicti, eos anteponens, cum bonum nuntium praedicabat. Initio ministerii sui obtestatur se missum esse evangelizare pauperibus (cf. *Lc* 4, 18). Omnibus qui repudiationi et contemptui sunt Iesus declarat: « Beati vos pauperes » *(Lc* 6, 20); insuper efficit ut hi derelicti iam liberationem experiantur, cum iis versando, cum iis manducando (cf. *Lc* 5, 30; 15, 2), eos tractando tamquam pares et amicos (cf. *Lc* 7, 34) ; faciendo ut se sentiant amatos a Deo et ita ostendendo immensam eius benignitatem erga egenos et peccatores (cf. *Lc* 15, 1-32).

Liberatio et salus, per Dei Regnum allatae, ad personam humanam pertinent quoad corpus et spiritum. Duae agendi rationes notant Iesu missionem: sanare et ignoscere. Multae sanationes magnam indicant eius misericordiam pro humanis miseriis; sed ostendunt etiam in Regno numquam futuros esse nec morbos nec dolores et ab initio eius missionem spectare, ut ex iisdem personas liberet. Secundum Iesu prospectum sanationes sunt etiam salutis spiritalis signum, liberationis a peccato. Sanando, Iesus ad fidem invitat, ad conversionem, ad veniae appetitionem (cf. *Lc* 5, 24). Accepta fide, sanatio ad longius progrediendum impellit : in salutem immittit (cf. *Lc* 18, 42-43). Liberationes a possessione diabolica, supremo malo et symbolo peccati atque defectionis a Deo, indicia sunt « pervenisse in vos regnum Dei » *(Mt* 12, 28).

15. Regnum quaerit hominum necessitudines mutare et sensim perficitur, prout homines inter se discunt amare, sibi vicissim ignoscere et servire. Iesus totam repetit legem, eam ponens in caritatis praecepto (cf. *Mt* 22, 34-40; *Lc* 10, 20-28). Priusquam a suis discedat, iis « mandatum novum » dat : « Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos » *(Io* 13, 34; cf. 15, 12). Amor, quo Iesus dilexit mundum, maxime significatur dono vitae eius pro hominibus (cf. *Io* 15, 13), quod indicat Patris amorem erga mundum *(Io* 3, 16). Idcirco alta Regni natura communio est omnium hominum inter se et cum Deo.

Regnum ad omnes pertinet: personam humanam, societatem, mundum universum. Pro Regno operari idem est ac divinum dynamismum agnoscere et fovere, qui in historia humana est eamque immutat. Regnum aedificare idem est ac moliri liberationem a malo, qualecumque hoc est. Breviter, Regnum Dei est plena eius consilii manifestatio et effectio.

In Resuscitato Regnum Dei perficitur et proclamatur

16. Iesum a mortuis suscitando, Deus mortem vicit, et in eo Regnum suum auspicatus est. Per vitam terrenam Iesus est Regni propheta et, post suam passionem, resurrectionem et ascensionem in caelum potentiam et dominium in mundum

cum Deo communicat (cf. *Mt* 28, 18; *Act* 2, 36; cf. 1, 18-21). Resurrectio momentum universale confert et vim decretoriam Christi nuntio, eius actioni totique eius missioni. Discipuli animadvertunt Regnum iam inesse in Iesu persona et paulatim exstrui in homine et in mundo per arcanum vinculum cum eo.

Namque, post resurrectionem, ii Regnum Dei praedicant, nuntiantes Iesum mortuum et resuscitatum. Philippus in Samaria « evangelizabat de Regno Dei et nomine Iesu Christi » *(Act* 8, 12). Paulus Romae « Regnum Dei » praedicabat et «quae sunt de Domino Iesu Christo» *(Act* 28, 31) docebat. Prisci quoque Christiani nuntiant « Regnum Christi et Dei » *(Eph* 5; cf. *Apc* 11, 15; 12, 10), vel simpliciter « Aeternum regnum Domini nostri et salvatoris Iesu Christi» *(2 P e* 1, 11). Nuntius Iesu Christi, qui unus idemque est ac Regnum, primas tenet in praedicatione pristinae Ecclesiae. Sicut tunc, oportet iungantur hodie nuntius Regni Dei (id, quod Iesu kerygma continet) et eventus Iesu Christi proclamatio (quae est Apostolorum kerygma). Ambo nuntii invicem explentur et illustrantur.

Regni nexus cum Christo et Ecclesia

17. Multa hodie de Regno dicuntur, sed non semper ecclesiali rationi sentiendi congruenter. Salutis et missionis notiones exsistunt, quae vocari possunt « anthropocentricae », pro huius vocis significatione deminutiva, quandoquidem ad terrenas hominis necessitates spectant. Secundum hanc visionem Regnum res evadit omnino humana et ad saeculum accommodata, in qua proposita et contentiones valent pro liberatione sociali et oeconomica, politica et etiam culturali, sed intra fines transcendentia excludentes. Quamvis non negandum sit etiam hoc in gradu valores esse provehendos, eiusmodi tamen notio terminis circumscripta manet regni hominis, veris magnisque suis imminuti mensuris, et facile ideologia fit de simplici terreno progressu. Regnum autem Dei « non est de mundo hoc non est hinc » *(Io* 18, 36).

Aliae notiones consulto Regnum amplificant et se profitentur ((regnicentricas », in lucem proferunt imaginem Ecclesiae non de se sollicitae, sed ex toto deditae Regno testificando eique

serviendo. « Ecclesia haec est pro aliis », dicitur, sicut Christus « homo est pro aliis ». Munus describitur Ecclesiae, ac si bifariam procedere debeat: hinc nempe fovere debeat « valores Eegni », qui dicuntur, quales sunt pax, iustitia, libertas, fraternitas; hinc dialogum populorum, culturas, religiones, ut, mutuis auctae bonis, mundum adiuvent ad se renovandum et ad magis Regnum petendum.

Hae notiones simul partes utiles, simul partes nocivas ostendunt. Imprimis, Christum silent: Regnum, de quo loquuntur, « theocentrismo » nititur, quod, dicunt, Christus intellegi non possit nisi ab iis, qui fidem sequantur christianam, cum populi, culturae et religiones diversae possint sibi occurrere in unico ente divino, qualecumque sit nomen eius. Eandem ob causam eae mysterium anteferunt creationis, quae in varietatibus culturarum et religionum apparet, sed mysterium silent redemptionis. Praeterea, Regnum, quale ipsi intellegunt regnum, ad excludendam inducit aut ad minus existimandam Ecclesiam, ob renisum contra quendam « ecclesiocentrismum » praeteriti temporis, et quia Ecclesiam tantummodo signum putant, et quidem ambiguitatis non expers.

18. Nunc vero non hoc est Regnum Dei, quod ex Revelatione cognoscimus: illud namque nec a Christo nec ab Ecclesia seiungi potest.

Uti iam dictum est, non solum Christus Regnum nuntiavit, sed in eo Regnum ipsum praesens factum est et perfectum; nec tantum verbis et operibus eius: « Ante omnia Regnum manifestatur in ipsa Persona Christi, Filii Dei et Filii hominis, qui venit "ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis" » (*Me* 10, 45).[22] Regnum Dei, videlicet, non est notio, doctrina, consilium quod possit libere capi, sed est ante omnia persona, quae vultum habet et nomen Iesu Nazarethani, imaginis Dei invisibilis.[23] Si Regnum a Iesu separatur, non iam exsistit Regnum Dei ab eo revelatum et fit ut in malam partem tum Regni significatio accipiatur, quod periculum est

[22] CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 5.

[23] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 22.

ne mutetur in institutum modo humanum et ideologicum, tum Christi natura, qui non iam Dominus apparet cui omnia subiecta esse debent (cf. *l Cor* 15, 27).

Item non potest Regnum ab Ecclesia separari. Certe, Ecclesia non est ipsa sibimet finis, cum sit ad Regnum Dei ordinata, cuius est germen, signum et instrumentum. Sed, etsi a Christo distinguitur et a Regno, Ecclesia est indissolubili modo utrique coniuncta. Christus Ecclesiam, corpus suum, plenitudine bonorum donavit et opibus salutis: Spiritus Sanctus in ea habitat, suis donis et charismatibus eam vivificat, sanctificat, ducit et perpetuo renovat.[24] Oritur inde necessitudo singularis et unica quae, quamvis opus Christi et Spiritus extra visibiles ... fines non excludat, munus ei singulare et necessarium confert. Hinc peculiare quoque Ecclesiae vinculum cum Regno Dei et Christi, quo ipsa obstringitur, cuius « annuntiandi et instaurandi in omnibus gentibus missionem accipit *n.*[35]

19. Hac visione universa id intellegitur, quod Regnum est. Haud dubie illud progressionem exigit bonorum humanorum et valorum, qui « evangelici » sane dici possunt, cum intime « bono nuntio » iuncti sint. Sed haec progressio, quae profecto cordi est Ecclesiae, nec ab eius ceteris praecipuis muneribus est secernenda, nec iisdem opponenda, qualia sunt nuntius Christi eiusque Evangelii, constitutio et auctus communitatum, quae in hominibus vivam ad exitum adducant Regni imaginem. Non est timendum ne sic in quandam « ecclesiocentrismi)> formam incidatur. Paulus VI, qui affirmavit « arctissimam necessitudinem intercedere inter Christum, Ecclesiam, evangelizationem i),[26] dixit etiam Ecclesiam « minime sibi ipsi finem esse, sed contra idcirco constanter sollicitam ut tota sit Christi, in Christo, pro Christo, ut tota sit hominum, inter homines, pro hominibus *n.*[27]

[24] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 4.
[25] *Ibid.,* 5.
[26] Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 15: *I. mem.,* 15.
[27] *Allocutio* Summi Pontificis tertia Ss. Concilii periodo ineunte, 14 Septembris 1964: *AAS* 56 (1964), 810.

Ecclesia in ministerio Regni

20. Reapse Ecclesia est in ministerio Regni: praecipue quidem per nuntium, quo ad conversionem vocat: hoc primum est et potissimum ministerium pro Regni adventu in singulas personas inque humanam societatem. Salus eschatologica iam nunc incipit in novitate vitae in Christo: « Quotquot autem acceperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius » (*Io* 1, 12).

Ecclesia insuper Regno servit communitates condendo et locorum Ecclesias easque ad fidei et caritatis maturitatem adducendo, et ad apertionem erga ceteros, ad servitium personae et societatis, ad intellectum et aestimationem humanorum institutorum.

Ecclesia servit Regno in mundo « valores evangélicos » diffundendo, quae Regnum significant et homines adiuvant ad Dei consilium accipiendum. Verum est ergo incipiens Regnum inveniri posse etiam extra fines Ecclesiae in universo humano genere, prout hoc vivat ex « valoribus evangelicis » et aperiatur ad actionem Spiritus, qui ubi et quo modo vult spirat (cf. *Io* 3, 8); sed addere oportet Hanc Regni rationem temporalem truncam esse, si cum Regno Christi non coniungitur, quod in Ecclesia inest et ad plenitudinem eschatologicam spectat.[28]

Multiplices Regni Dei aspectus[29] fundamenta et proposita actionis missionalis nedum infirment, corroborant et amplificant. Ecclesia est universo humano generi sacramentum salutis eiusque actio non eos solos curat, qui eius accipiunt nuntium. Ea vis trahens est in itinere humani generis ad Regnum eschatologicum; signum est et fautrix valorum evangelicorum inter homines.[30] Huic itineri conversionis ad Dei consilium Ecclesia operam dat testimonio suo suisque industriis, quales

[28] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 34: *I. mem.,* 28.

[29] Cf. COMMISSIO THEOLOGICA INTERNATIONALIS, *Themata selecta de ecclesiologia occasione XX anniversarii conclusionis Concilii Oecumenici Vaticani II* (7 Octobris 1984), 10: « Indoles eschatologica Ecclesiae: Regnum Dei et Ecclesia ».

[30] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 39.

sunt dialogus, humanus progressus, iustitiae et pacis studium, aegrorum educatio et cura, auxilium pauperibus et parvulis latum, semper pro certo habens res naturam transcendentes et spiritales, salutis eschatologicae antecedentia, praevalere.

Ecclesia demum Regno servit etiam sua impetratione, quoniam illud est natura sua Dei opera et donum, sicut commonefaciunt parabolae evangelicae et precatio, quam nos Iesus docuit (*Mt* 6, 10). Illud nos postulare debemus, accipere, augere in nobis, sed cooperari etiam debemus, ut inter homines accipiatur et crescat, donec Christus « tradiderit regnum Deo et Patri » et Deus « erit omnia in omnibus » (*1 Cor* 15, 24. 28).

Caput III

SPIRITUS SANCTUS PRIMAS AGENS IN MISSIONE

21. « Cum missio Iesu messianica culmen attingit, Spiritus Sanctus in mysterio paschali fit praesens in tota sua indole subiecti divini, utpote is qui continuaturus sit opus salvificum, in Crucis sacrificio innixum. Haud dubie hoc opus a Iesu hominibus concreditur: Apostolis, Ecclesiae; attamen in his hominibus et per eos Spiritus Sanctus transcendens auctor manet ad illud in spiritu hominis et in mundi historia perficiendum ».[31]

Spiritus enim Sanctus primas partes agens est totius missionis ecclesialis : eius opera eminenter effulget in missione *ad gentes,* sicut apparet in prisca Ecclesia, quod ad conversionem Cornelii attinet (cf. *Act* 10), quod ad consilia capienda de exorientibus quaestionibus (cf. *Act* 15), quod ad electionem locorum et populorum (cf. *Act* 16, 6 ss.). Spiritus per Apostolos operatur, sed simul etiam in auditoribus operatur; «eo operante laetus nuntius in conscientiis cordibusque hominum corporato ac per historiam diffunditur. In his omnibus Spiritus Sanctus dat vitam ».[32]

[31] Litt. Enc. *Dominum et vivificantem* (18 Maii 1986), 42: *AAS* 78 (1986), 857.
[32] *Ibid.,* 64: *I. mem.,* 892.

Missio « usque ad ultimum terrae » *(Act* 1, 8)

22. Omnes Evangelistae, in occursu narrando Resuscitati cum Apostolis, cum mandato missionali concludunt: « Data est mihi omnis potestas in caelo et in terrà. Euntes ergo docete omnes gentes ... Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » *(Mt* 28, 18-20; cf. *Me* 16, 15-18; *Lc* 24, 46-49; *Io* 20, 21-23).

Haec missio, est missio in Spiritu, sicut clare patet ex textu Sancti Ioannis: Christus suos mittit in mundum, ut Pater misit eum, et ideo iis Spiritum donat. Lucas autem arcte apostolorum testimonium de Christo dandum actioni Spiritus iungit, qui eos idoneos reddet ad acceptum mandatum explendum.

23. Variae « mandati missionalis » formae locos communes continent et modos proprios cuiusque at duae res in omnibus narrationibus inveniuntur. Ante omnia ratio universalis mandati Apostolis concrediti: « Omnes gentes » *(Mt* 28, 19); « in mundum universum, ad omnem creaturam » *(Me* 16, 15); « omnes gentes » *(Lc* 24, 47); « usque ad ultimum terrae » *(Act* 1, 8). Deinde, promissum pro certo a Domino confirmatum eos in hoc exsequendo munere solos non mansuros, sed vim accepturos et auxilia ad suam perficiendam missionem. Est hoc Spiritus praesentia et potentia ac Iesu adsiduitas: «Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante » *(Me* 16, 20).

Quod ad mandati varios modos spectat, Marcus indicat missionem tamquam kerygmatis proclamationem: « Praedicate Evangelium » *(Me* 16, 15). Evangelista id contendit, ut lectores ducat ad Petri confessionem repetendam: « Tu es Christus » *(Me* 8, 29), et ad dicendum, sicut centuno Romanus dixit, Iesu in cruce mortuo: « Vere homo hic Filius Dei erat » *(Me* 15, 30). In Matthaeo nota missionalis pertinet ad Ecclesiae institutionem et doctrinam (cf. *Mt* 28, 19-20; 16, 18): pro eo igitur mandatum commonefacit hanc Evangelii proclamationem esse sua catechesi complendam indole ecclesiali et sacramentali. In Luca missio praebetur tamquam testimonium (cf. *Lc* 24, 48; *Act* 1, 8), quod maxime in resurrectione versatur *(Act* 1, 22). Missionarius invitatur ad credendum in Evangelii vim transformantem et ad nuntiandum quod Lucas bene illustrat,

scilicet conversionem ad amorem et misericordiam Dei, ad experientiam plenae liberationis a radice cuiusque mali, quae est peccatum.

Ioannes solus expresse loquitur de « mandato » — quod verbum idem est ac « missio » — recta missionem iungens, quam Iesus credit discipulis suis, cum ea, quam ipse accepit a Patre: «Sicut misit me Pater, et ego mitto vos» (*Io* 20, 21). Iesus Patri dicit : « Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum » (*Io* 17, 18). Tota Evangelii Ioannis significatio missionalis «precatione sacerdotali...» exprimitur: haec est vita aeterna, « ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti, Iesum Christum » (*Io* 17, 3). Missionis finis ultimus est efficere ut communio participetur, quae est inter Patrem et Filium. Discipuli vivere debent ex unitate inter se, manentes in Patre et in Filio, ut cognoscat mundus et credat (cf. 17, 21-23). Significans hic textus missionalis ostendit imprimis nos esse missionarios ob id quod sumus qua Ecclesia, quae alte vivit ex unitate in amoore, potius quam ob id quod dicimus vel facimus.

Quattuor Evangelia, igitur, in unitate fundamentali eiusdem missionis, quendam testantur pluralismum, qui varias experientias et condiciones ostendit priscarum christianarum communitatum; et fructus est etiam impulsus ipsius Spiritus; hortatur ad attendenda multiplicia charismata missionalia diversasque locorum et hominum condiciones. At omnes Evangelistae in luce ponunt discipulorum missionem Christi missioni cooperari : « Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » (*Mt* 28, 20). Eam ob rem missio non facultatibus humanis nititur, sed potentia Resuscitati.

Spiritus missionem dirigit

24. Missio Ecclesiae, sicut Iesu missio, Dei est opera, vel uti saepe Lucas dicit, Spiritus opera. Post resurrectionem et ascensionem Iesu, Apostoli forte aliquid experiuntur, quod eos transformat: Pentecosten. Spiritus Sancti adventus facit eos testes et prophetas (cf. *Aet* 1, 8; 2, 17-18), tranquillam au-

daciam in eos infundendo, quae eos incitat ad ceteris tradendam suam de Iesu experientiam atque spem qua impelluntur. Spiritus dat eis facultatem « audenter » *(Act* 2, 29) Iesum testificandi.[33]

Cum evangelizatores Hierosolymis exeunt, Spiritus magis etiam munere « ducis » fungitur in electione tum personarum, tum missionis viarum. Eius actio praecipue patefit in impulsione missionis, quae reapse, secundum Christi verba ab urbe Hierosolymis dilatatur ad totam Iudaeam et Samariam et usque ad extremum terrae.

Actus referunt sex summaria « sermonum missionalium » ad Iudaeos habitorum primordiis Ecclesiae (cf. *Act* 2, 22-39; 3, 12-26; 4, 9-12; 5, 29-32; 10, 34-43; 13, 16-41). Hi sermones, qui exemplo sunt, a Petro et a Paulo pronuntiati, Iesum annuntiant, ad « conversionem » invitant, id est ad Christum per fidem accipiendum et ad sinendos se in eum transforman a Spiritu.

Paulus et Barnabas a Spiritu ad gentes aguntur (cf. *Act* 13, 46-48); quod fit non sine contentionibus et quaestionibus. Quo modo gentes conversae suam in Iesum fidem colere debent? Obstringunturne Iudaismi traditione et circumcisionis lege? In primo Concilio, quod Hierosolymis congregat apud Apostolos variarum Ecclesiarum localium presbyteros, consilium capitur, quod a Spiritu profectum agnoscitur: non esse necessarium gentilem Iudaicae legi obsequi, ut christianus fiat (cf. *Act* 15, 5.11. 28). Exinde Ecclesia portas suas pandit et domus evadit, quam omnes ingredi possunt in eaque sentire se suo commodo vivere, propriam servantes culturam propriasque traditiones, modo ab Evangelio ne sint alienae.

25. Missionarii hanc secuti sunt rationem, exspectata et sperata, angores et dolores, populorum culturam animadvertentes, ut his Christi nuntiarent salutem. Sermones Lystrae et Athenis habiti (cf. *Act* 14, 15-17; 17, 22-21), exemplaria putantur pro gentium evangelizatione : in illis Paulus « dialogum confert » cum valoribus culturalibus et religiosis diversorum

[33] **Vox 7tappr}aia in Lingua Graeca, quae etiam significat ardorem, vigorem. Cf. *Act* 2,29; 4,13.29.31; 9,27.28; 13,46; 14,3; 18,26; 19,8.26; 28,31.**

populorum. Incolas Lycaoniae, qui religionem cosmicam excolebant, monet de experientiis religiosis quae ad cosmum attinent; erga Graecos philosophia utitur et eorum memorat poetas (cf. *Act* 17, 18. 26-28). Deus, quem revelare vult, iam in eorum adest vita: is enim illos creavit et arcano populos dirigit et historiam; ut tamen verus Deus cognoscatur, oportet falsos deos respuant, quos sibi ipsi fabricati sunt eumque excipiant, quem Deus misit ut eorum ignorantiam expleret et eorum cordium exspectationi satisfaceret. Hi sermones exemplum praebent efficax insertionis Evangelii in culturam.

Spiritu movente fides christiana prompte patefit ad « gentes », et Christi testimonium se extendit a praecipuis Mediterranei maris orientalis urbibus Roma tenus et usque ad extremum Occidentem. Spiritus impellit ad longius semper pergendum, non solum geographico sensu, verum etiam ultra fines ethnicos et religiosos, missionis vere universalis causa.

Spiritus missionariam reddit totam Ecclesiam

26. Spiritus credentium coetum incitat ut « communitas fiat », ut Ecclesia sit. Post primum Petri nuntium die Pentecostes pronuntiatam ac inde secutas conversiones, prima constituitur communitas (cf. *Act* 2, 42-47; 4, 32-35).

Unum enim ex potissimis missionis propositis est populum congregare in Evangelii auditione, in fraterna communione, in deprecatione et in Eucharistia. Vivere « ex communione fraterna » (koinonía) significat « cor et animam unam » habere *(Act* 4, 32) sicque ex omni parte communionem instituere : humana, spiritali et materiali. Vera namque christiana communitas prospicit etiam bonis terrenis distribuendis, ne indigentes sint, utque omnes illa bona possint participare « prout cuique opus est » *(Act* 2, 45; 4, 35). Priscae communitates, in quibus « exsultatio et simplicitas cordis » *(A et* 2, 46) vigebant, erant alacriter apertae et missionariae : « Habebant gratiam ad omnem plebem » *(Act* 2, 47). Prius quam actio sit, missio testimonium est et radiatio.[34]

[34] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 41-42: i.m., 31-33.

27. *Actus* indicant missionem primum ad Israel intentam, deinde ad gentes, in multiplicibus gradibus procedere. Imprimis duodecim Apostolorum coetus est qui, uti unum corpus a Petro ductum, bonum nuntium proclamat. Deinde est credentium communitas quae, sua vivendi et agendi ratione, Dominum testatur et gentiles convertit (cf. *Act* 2, 46-47). Sunt denique missi peculiares, Evangelio nuntiando destinati. Ita communitas christiana Antiochena prima sua mittit membra : cum ieiunassent et oravissent ac Eucharistiam célébrassent, ea rettulit Spiritum Sanctum Paulum et Barnabam elegisse ut mitterentur (cf. *Act* 13, 1-4). In suis primordiis ergo missio existimatur communitatis cura et officium, onus Ecclesiae localis, cui quidem opus sunt « missionarii » ut se ad novos fines extendat. Cum iis, qui missi erant, alii sponte novitatem testificabantur, quae ipsorum mutaverat vitam, et dein nascentes communitates, cum Ecclesia apostolica coniungebant.

Actuum lectio ostendit in Ecclesiae initio missionem *ad gentes,* etsi missionarios « perpetuos » habebat, qui in eam propter singularem vocationem incumbebant, revera fructum consuetum haberi vitae christianae, curam cuiusque credentis, per morum testimonium et nuntium expressum, cum id fieri poterat.

Spiritus ubique est praesens et efficiens

28. Spiritus peculiari modo se indicat in Ecclesia inque eius membris; attamen eius praesentia et actio universales sunt, sine terminis nec spatii nec temporis.[35] Concilium Vaticanum II operam illustrat Spiritus in cuiusque hominis corde « per semina verbi », in inceptis etiam religiosis, in nisibus humanae industriae ad veritatem, ad bonum, ad Deum contendentibus.[36]

Spiritus homini praebet « lucem et vires ut ille summae suae vocationi respondere possit » ; « Spiritus dono, homo ad mysterium consilii divini contemplandum et sapiendum fide

[35] Cf. Litt. Enc. *Dominum et vivificantem,* 53 : *I. mem.,* 874 s.

[36] Cf. CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 3.11.15; Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 10-11.22.26. 38. 41. 92-93.

accedit »; quin, « tenere debemus Spiritum Sanctum cunctis possibilitatem offerre ut, modo Deo cognito huic paschali mysterio consocientur ».[37] Utique Ecclesia scit hominem « incessanter a Spiritu Dei motum, numquam circa problema religionis prorsus indifferentem fore ... Semper enim homo scire desiderant, saltem confuse, quae sit significatio suae vitae, suae navitatis, ac suae mortis ».[38] Spiritus ergo origo est ipsius exsistentialis et religiosae interrogationis hominis, quae oritur non solum ex fortuitis, sed etiam ex structura ipsa eius, quod is est.[39]

Praesentia et actio Spiritus non tantum singulos homines contingunt, sed et societatem et historiam, populos, culturas, religiones. Ex Spiritu enim, tamquam ex fonte, alta proposita proficiscuntur et incepta humani generis itinerantis: « Mirabili providentia temporum cursum dirigit et faciem terrae renovat » Christus a mortuis suscitatus « per virtutem Spiritus sui in cordibus hominum operatur, non solum venturi saeculi desiderium suscitans, sed eo ipso illa etiam generosa vota animans, purificans et roborans, quibus familia humana suam ipsius vitam humaniorem reddere et totam terram huic fini subiicere satagit ».[41] Idem Spiritus Sanctus spargit « semina Verbi », quae sunt in ritibus et in culturis, eaque recludit ad maturitatem in Christo.[42]

29. Ita Spiritus qui, «ubi vult, spirat» *(Io* 3, 8) et «iam in mundo operabatur antequam Christus glorificaretur »,[43] qui « replevit universum et continet omnia et scientiam habet vocis » *(Sap* 1, 7), nos impellit ad latius aspiciendum ut eius consideremus actionem semper et ubique praesentem.[44] Hoc revocamen Nos ipsi fecimus frequenter Nosque gubernavit in

37 CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 10.15.22.

38 *Ibid.,* 41.

39 Cf. Litt. Enc. *Dominum et vivificantem,* 54: *I. mem.,* 875 s.

40 CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 26.

41 *Ibid.,* 38; cf. 93.

42 Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 17; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 3.15.

43 CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 4.

44 Cf. Litt. Enc. *Dominum et vivificantem,* 53: *I. mem.,* 874.

occursibus cum diversis populis. Ratio Ecclesiae cum ceteris religionibus a duplici respectu nascitur: « Respectu hominis suis gravioribus de vita interrogationibus responsiones exquirentis, et respectu actionis Spiritus Sancti in homine ».[45] Congressio Assisiensis diversarum religionum, qualibet exclusa ambigua interpretatione, Nostram voluit confirmare persuasionem, « omnem scilicet veram precationem a Spiritu Sancto suscitari, qui arcano in cuiusvis hominis corde inest ».*

Spiritus hic idem est qui in incarnatione, in vita, in morte et resurrectione Iesu est operatus quique in Ecclesia operatur. Non alternat igitur cum Christo, nec explet inane quiddam quod interdum esse putatur inter Christum et Logon. Quod Spiritus in cordibus hominum operatur, in culturis et in religionibus, ad evangelium praeparat,[47] nec potest necessitudinem non habere cum Christo, Verbo carne facto Spiritus actione, « ut, perfectus homo, omnes salvaret et universa recapitularet ».[48]

Universalis Spiritus actio numquam seiungenda est ab actione peculiari, quam is explicat in corpore Christi, quod est Ecclesia. Nam semper Spiritus est, qui operatur, tum cum Ecclesiam vivificat et excitat ad Christum nuntiandum, tum cum seminat et dona sua excoli t in omnibus hominibus et populis, Ecclesiam dirigendo ad illa reperienda, provehenda et accipienda per dialogum. Quaelibet Spiritus praesentia cum aestimatione excipienda est et grato animo, sed eam discernere pertinet ad Ecclesiam, cui Christus suum dedit Spiritum, ut illam deduceret in omnem veritatem (cf. *Io* 16, 13).

[45] *Allocutio* ad Religionum non-Christianarum moderatores quosdam Madrasiae habita, 5 Februarii 1986: *AAS* 78 (1986), 767; cf. *Nuntius* ad universos Asiae incolas Manilae datus, 21 Februarii 1981, 2-4: *AAS* 73 (1981), 392s.; *Allocutio* ad legatos Religionum non-Christianarum Tokii habita, 24 Februarii 1981, 3-4: *Insegnamenti* IV/1 (1981), 507 s.

[46] *Allocutio* ad Patres Cardinales et Praelatos familiae ipsius Domini Papae necnon Romanae Curiae, 22 Decembris 1986, 11: *AAS* 79 (1987), 1089.

[47] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 16.

[48] CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 45; cf. Litt. Enc. *Dominum et vivificantem,* 54: *I. mem.,* 876.

Actio missionalis vix iniit

30. Nostra aetas, humano genere numquam in suo opere cessante et pervestigationis studioso, postulat actionis missionalis Ecclesiae novum impulsum. Missionis fines et facultates dilatantur, et nos christiani ad animum apostolicum sollicitamur, Spiritus Sancti fiducia nisum. Is est missionis primarum partium actor.

In humani generis historia multae sunt temporum mutationes, quae dynamismum missionalem stimulant, ac semper Ecclesia, a Spiritu mota et ducta, illi cum alacritate et providentia respondit. Nec fructus defuerunt. Recenter celebratum est evangelizationis Rus' atque Slavorum populorum millennium, dum in eo est, ut quingenti celebrentur anni, ex quo Americae sunt evangelizatae : item, sollemniter dudum commemorata sunt primarum missionum saecularia in quibusdam Asiae, Africae et Oceaniae nationibus. Hodie multae sunt Ecclesiae provocationes subeundae, cum debeat ad novos fines procedere, tum prima missione *ad gentes,* tum nova populorum evangelizatione, qui iam Christi nuntium acceperunt. Hodie ab omnibus christianis, ab Ecclesiis particularibus et ab Ecclesia universali idem poscitur animus, qui praeteriti temporis missionarios movit, eadem Spiritus vocem audiendi facilitas.

Caput IV

CAMPI MISSIONIS *AD GENTES* IMMENSI

31. Dominus Iesus suos misit Apostolos ad omnes personas, ad omnes populos et ad omnia terrarum loca. In Apostolis Ecclesia missionem universalem accepit, quae sine finibus est et totam contingit salutis integritatem, secundum illam vitae plenitudinem, quam Christus venit allatum (cf. *Io* 10, 10) : ea « missa est ad caritatem omnibus hominibus et gentibus manifestandam et communicandam ».[49]

[49] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 10.

Unica est haec missio, cum eandem habeat originem idemque propositum; sed in ea diversa sunt officia et actionis genera. Ante omnia est actio missionalis, quam vocamus « missionem ad gentes », ratione habita cum Decreto conciliari: de primaria Ecclesiae actione agitur, essentiali nec umquam conclusa. Namque Ecclesia « nequit renuntiare perenni muneri Evangelium ferendi omnibus — hodie pluries decies centena virorum mulierumque millia sunt — qui nondum Christum hominum Redemptorem agnoscunt. Hoc autem est munus proprie missionarium quod Iesus Ecclesiae suae contulit ac cotidie confert ».[50]

Conspectus religiosus varius et frequens

32. Hodie sumus exadversum condicionem religiosam variam et mutantem: populi se movent; res sociales et religiosae, quae olim clarae erant et definitae, in status implicatos se vertunt. Quaedam, quae fiunt, satis sit meditari: urbanae vitae nimiam cupiditatem, migrationes glomeratas, profugorum motus, christianae fidei amissionem in Nationibus antiquae christianitatis, efficacitatem insurgentem Evangelii eiusque valorum in Nationibus, quarum incolae maximam partem christiani non sunt; crebritatem religionum messianicarum et religiosarum sectarum. Est haec condicionum religiosarum et socialium commutatio quae efficit ut difficile re distinctiones et ecclesiales categoriae adhibeantur, quibus eramus assueti. Iam ante Concilium quaedam magnae urbes, vel terrae christianae, dicebantur « loca missionis », factae esse, nec insequentibus annis est condicio rerum mutata.

Alioquin, actio missionalis fructus edidit copiosos in omnibus mundi partibus; quam ob causam exsistunt Ecclesiae constitutae, nonnumquam tam solidae et maturae, ut bene prospiciant suarum communitatum necessitatibus et simul personas mittant ad evangelizandum in alias Ecclesias et regiones. Hinc discrepantia cum plagis antiquae christianitatis, quas necessarium est iterum evangelizan. Quocirca nonnulli

[50] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici* (30 Decembris 1988), 35: *AAS* 81 (1989), 457.

secum quaerunt utrum loquendum sit de actione missionali specifica vel certis et definitis eius provinciis, an agnoscendum sit unam esse condicionem missionalem, indeque nonnisi unam esse missionem, ubique aequalem.

Difficultas interpretandi rem hanc implicatam et mutabilem respectu mandati evangelizationis iam patet ex « verborum indice missionali » ; exempli gratia, dubitatio est in usurpandis vocibus « missionibus » et « missionariis », quae iam veteres habentur et resonantiis historicis improbandis gravatae ; satius existimatur nomine uti substantivo « missione » in singulari et adiectivo « missionario » ad indicandam omnem Ecclesiae navitatem.

Haec difficultas veram indicat mutationem, quasdam habentem utilitates. Reditus, qui dicitur, vel reversio missionum ad missionem Ecclesiae, confluens missiologiae in ecclesiologiam et utriusque interpositio in consilium trinitarium salutis, actionem missionalem refoverunt, non acceptam uti officium in Ecclesiae margine positum, sed intimae vitae eius insertam, uti fundamentalem curam totius populi Dei. Sed cavendum est ne coaequentur condiciones valde inter se diversae nec, si non aboleantur, missio et missionarii *ad gentes* minuantur. Totam Ecclesiam esse missionariam non impedit quominus exsistat specifica *ad gentes* missio, sicut omnes catholicos esse debere missionarios, nedum impediat, exigit ut sint ((missionarii *ad gentes* et perpetui » ex vocatione specifica.

Missio ad gentes suam servat vim

33. Actionis differentia in unica Ecclesiae missione non ex causis oritur ipsius missionis propriis, sed ex condicionibus in quibus illa explicatur.[51] Si mundus huius aetatis respectu evangelizationis consideratur, très possunt condiciones distingui.

Ea, imprimis, ad quam intendit actio missionalis Ecclesiae: populorum, scilicet, humanorum coetuum, con textuum

[51] Cf. CONC. OEC. VAT. Il, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 6.

socialium et culturalium, in quibus aut Christus et eius Evangelium noti non sunt, aut in quibus desunt communitates christianae maturae, quae possint, in rerum locorumque adiunctis, ubi sunt, fidem exprimere aliisque humanis coetibus eandem nuntiare. Haec est proprie missio *ad gentes.*[52]

Sunt deinde communitates christianae, quae aptis solidisque structuris ecclesiasticis instructae sunt, fide sunt et vita ferventes, Evangelii testimonium disséminant in suis locis et officium animadvertunt missionis universalis. In illis actio, vel cura pastoralis, explicatur Ecclesiae.

Est denique condicio interposita, praesertim in Nationibus antiquae christianitatis, sed etiam aliquando in Ecclesiis iunioribus, ubi integri baptizatorum coetus vivum sensum fidei amiserunt, aut prorsus se non iam membra agnoscunt Ecclesiae, vitam viventes a Christo remotam et ab eius Evangelio. In hoc casu « nova evangelizatio » vel « iterata evangelizatio » est necessaria.

34. Actio missionalis specifica, aut missio *ad gentes,* ad « populos vel coetus non in Christum credentes » se vertit, « qui longe sunt a Christo », in quibus Ecclesia « nondum radicata est »,[53] quorumque culturae non sunt evangelio perfusae.[54]

Ea distinguitur a ceteris ecclesialibus navitatibus, quia se confert ad coetus et ambitus non christianos ob absentiam aut inopiam nuntii evangelici et praesentiae ecclesialis. Indolem igitur habet operis nuntii Christi eiusque Evangelii, aedificationis Ecclesiae localis, progressionis bonorum Regni. Huius missionis *ad gentes* proprietas ex eo oritur, quod se ad « non christianos » dirigit. Oportet ergo caveatur ne hoc « munus specifice missionarium, quod Iesus Ecclesiae suae contulit ac quotidie confert »[55] res levis fiat in universa totius populi Dei missione et, idcirco, neglegatur aut de memoria excidat.

[52] Cf. *ibid.*

[53] *Ibid.,* 6. 23; cf. 27.

[54] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 18-20: *l. mem.,* 17-19.

[55] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 35: *l. mem.,* 457.

Ceterum, termini inter curam pastoralem fidelium, novam evangelizationem et actionem missionalem specificam non manifesto statui possunt, et vix credi potest inter eas discidia excitari aut seiunctas partes. Non est tamen amittendum studium nuntii et constitutionis novarum apud populos vel coetus humanos Ecclesiarum, in quibus nondum sunt, quandoquidem hoc est munus Ecclesiae, quae ad omnes populos mittitur extremorum terrae finium tenus. Sine missione *ad gentes* ipsa Ecclesiae ratio missionalis esset suae fundamentalis significationis expers suaeque exemplaris effectionis.

Est etiam notandus verus crescensque multiplicium salvificarum actionum Ecclesiae mutuus conexus: alia enim ad aliam vim habet, eam postulat, adiuvat. Missionalis dynamismus permutationem efficit inter Ecclesias et ad mundum externum dirigit, cum effectibus omni ex parte fructuosis. Ecclesiae antiquae christianitatis, exempli causa, haerentes in gravissimo novae evangelizationis officio, melius intellegunt se missionarias esse non posse erga non christianos aliarum Nationum et Continentium, si omnes curas in non christianos domus suae non intendant: actio missionalis *ad* intra signum est credibile et incitatio ad actionem missionalem *ad extra,* et vicissim.

Ad omnes populos, etsi difficultates exsistunt

35. Missio *ad gentes* immani praepeditur onere, quod minime desinit; immo, sive respectu numeri, ad gentium incrementum pertinentis, sive respectu sociali-culturali propter novarum necessitudinum, coniunctionum ortum et condicionum mutationes, ad ampliores etiam fines se extensura esse videtur. Munus nuntiandi Christum omnibus populis immensum apparet et non congruens cum Ecclesiae viribus humanis.

Difficultates insuperabiles videntur et infringere animos possent, si de opere solum humano ageretur. Quaedam Nationes missionariorum ingressum prohibent; aliae non solam evangelizationem vetant, sed etiam conversionem et vel cultum christianum. Alibi impedimenta sunt naturae culturalis : nun-

tii evangelici traditio nullius momenti ducitur et incomprehensibilis, et conversio proprii populi propriaeque culturae relictio putatur.

36. Nec desunt difficultates intus in populo Dei inclusae, quae etiam acerbissimae sunt. Iam antecessor Noster Paulus VI imprimis indicavit fervoris inopiam, quae gravissima est, cum sit domestica quaeque e lassitudine patet, e frustratione, ex accommodatione, e neglegentia et praecipue e gaudii et spei defectione.[56] Muneri missionali Ecclesiae magno impedimento sunt etiam praeterita et praesentia christianorum discidia,[57] Nationum iam christianarum amissio fidei christianae, vocationum ad apostolatum deminutio, fidelium et christianarum communitatum testimonia contraria, qui in vita sua Christi exemplum non sequuntur. Sed una ex causis maioris momenti, ob quam cura missionalis friget, est sensus remissus, large quidem diffusus in christianis quoque, saepe opinionibus theologicis vitiosis nisus et relativismi religiosi vestigiis impressus, qui ad putandum inducit « aliam religionem tantadem esse ac aliam ». Addere possumus — sicut idem Pontifex affirmavit — aliquos esse « titulos evangelizationi contrarios. Omnium insidiosissimi ii sunt, quibus quis contendit se hac vel alia doctrina, a Concilio proposita, fulciri et sustineri».[58]

Quod ad hoc pertinet, vehementer theologos adhortamur et qui artem exercent libros typis edendi et vulgandi ad magis magisque missioni inserviendum, ut altam inveniant gravis ministerii sui significationem, in via recta sentiendi cum Ecclesia. Non debemus, ob internas et externas difficultates, deteriora semper praemetuere vel desides esse.

Quod magnum momentum habet — hic et in omni parte vitae christianae — fiducia est, quae ex fide oritur, id est ex persuasione non nos primas agere partes missionis, sed Iesum Christum et Spiritum eius. Nos adiutores sumus et, cum omnia fecerimus, quae possumus, dicere debemus: « Servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus » (*Lc* 17, 10).

[56] **Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 80 : *I. mem.,* 73.**

[57] **Cf. CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 6.**

[58] **Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 80: *I. mem.,* 73.**

Missionis ad gentes fines

37. Missio ad gentes fines non habet ex Christi universali mandato. Varii tamen fines adumbrari possunt, in quibus ea ad effectum adducitur, ita ut eius status vera habeatur descriptio.

a) Fines territoriales. Actio missionalis ex more definita est pro certis territoriis. Concilium Vaticanum II hanc rationem territorialem agnovit missionis *ad gentes,*[59] quae nunc quoque magni ponderis est ad stabilienda officia, diciones et actionis terminos geographicos. Verum quidem est missioni universali respondere debere prospectum universalem: Ecclesia namque probare non potest fines geographicos et obstacula civilia, quae officiant vel impedimento sint eius praesentiae missionali. Sed verum quoque est actionem missionalem *ad gentes,* cum differat a cura pastorali fidelium et a nova evangelizatione religionis non colentium, exerceri in territoriis et apud coetus humanos bene terminis circumscriptus.

Iuvenum Ecclesiarum multiplicatio recentibus temporibus ne decipiat. In territoriis his Ecclesiis concreditis, praesertim in Asia, sed etiam in Africa et partim in America quoque Latina et in Oceania, multae sunt plagae non evangelizatae : integri populi et areae culturales magni momenti, in non paucis Nationibus praevalentes, nondum nuntium evangelicum acceperunt nec Ecclesiae localis praesentiam.[60] Etiam in Nationibus more tradito christianis regiones sunt regimini peculiari missionis *ad gentes* creditae, cum coetibus et locis non evangelizatis. Necesse est idcirco non solum in his Nationibus nova fiat evangelizatio, sed aliquibus in casibus prior evangelizatio.[61]

Condiciones tamen non sunt eiusdem naturae. Etsi conceditur affirmationes de munere missionali Ecclesiae non esse credibiles, nisi sincera cura novae evangelizationis in Nationibus antiquae christianitatis confirmentur, iustum tamen non videtur condicionem populi, qui numquam Christum novit exaequare condicioni alius populi qui eum cognitum et ac-

[59] Cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 6.

[60] Cf. *ibid.,* 20.

[61] Cf. *Allocutio* habita ad eos qui Conventui Consilii Episcoporum Europae interfuerunt, 11 Octobris 1985: *AAS* 78 (1986), 178-189.

ceptum reiecit, vivere pergens nihilo minus in cultura magnam partem principiis et valoribus evangelicis imbuta. Sunt hae duae condiciones, quoad fidem, substantialiter diversae.

Ratio igitur geographica, etsi non satis definita et semper temporaria, index adhuc manet finium ad quos se dirigere debet actio missionalis. Exstant Nationes et regiones geographicae et culturales in quibus desunt communitates christianae autochthones; in aliis terris hae tam parvae sunt, ut praesentiae christianae signum notabile non sint; vel hae communitates dynamismo ad suas societates évangelizandas carent vel ad multitudines pertinent numero minores, culturae praeponderant! Nationis non insertas. Praesertim in Continenti Asiatica, ad quam praecipue missio *ad gentes* verti deberet, christiani exiguus numerus sunt, quamvis interdum significantes motus conversionis fiunt ibidem et eximii praesentiae christianae modi conspiciuntur.

b) Humanae consortiones et phaenomena socialia nova. Rapidae et graves mutationes quae mundi huius temporis propriae sunt, praecipue mundi Meridianae partis, fortem habent vim ad missionalem imaginem: ubi olim erant condiciones humanae et sociales stabiles, nunc omnia moventur.

Considerentur, exempli causa, in urbes nimium commigrandi studium, frequens urbium incrementum, potissimum ubi fortius est pondus demographicum. Iam nunc in non paucis Nationibus sesqui maior populus vivit in aliquibus magnis urbibus, ubi hominis difficultates saepe in peiorem partem vertantur etiam propter anonymiam, in qua crescentes hominum multitudines submersas se sentiunt.

Recentibus temporibus actio missionalis explicata est praesertim in regionibus remotis, distantibus a sedibus ad humanum cultum deductis et propter communicationis, sermonis, aëris difficultatem imperviis. Nunc missionis *ad gentes* imago fortasse in via mutationis est: loca potiora magnae urbes esse debent, in quibus mores nascuntur novi, et vitae, culturae atque communicationis exempla, quae dein in populos valent. Verum est « ultimorum electionem » inducere debere ad coetus humanos non neglegendos magis segreges et solitarios, sed verum est etiam evangelizar! non posse personas aut parvos

coetus simulque sedes neglegi, ubi — dici potest — humanitas nova oritur et nova progressionis exemplaria formantur.

Quod ad futurum respicit, iuvenes relinqui non possunt, qui iam multis in Nationibus sunt populi sesqui maior pars. Quod modo effici potest, ut Christi nuntius ad iuvenes non christianos perveniat, qui integrarum Continentium posteritas sunt? Evidenter opes ordinariae actionis pastoralis non iam satis sunt: opus sunt consociationes, Instituta, coetus et circuli iuvenum, incepta culturalia et socialia pro iuvenibus. En provincia, in qua novi Motus ecclesiales magnam habent facultatem totos se operi tradendi.

Inter magnas mundi huius aetatis mutationes, migrationes rem novam attulerunt: non christiani frequentissimi in Nationes veniunt antiquae christianitatis, novas creantes opportunitates congressuum, commercia culturalia, Ecclesiam sollicitantes ad curam adhibendam de receptione, de dialogo, de auxilio et, paucis, de sodalitate. Inter migrantes peculiarem omnino obtinent locum perfugae maximaque sunt digni consideratione. Hi in mundo iam multa decies centena milia sunt nec augeri desinunt: condiciones effugerunt oppressionis civilis et inhumanae miseriae, annonae caritatum et siccitatis quam maxime calamitosas. Ecclesia eos debet excipere in campum suae apostolicae curae.

Demum, memorari possunt paupertatis condiciones, saepe intolerabilis, quae gignuntur in non paucis Nationibus et initium afferunt migrationum multitudinum. Credentium in Christum communitas eiusmodi inhumanis condicionibus provocatur; nuntius Christi et Regni Dei fieri debet instrumentum horum populorum redemptionis humanae.

c) Plagae culturales, vel areopagi praesentes. Paulus, cum, post nuntiatum pluribus in locis Evangelium, Athenas pervenisset, Areopagum adiit, ubi Evangelium nuntiavit, sermone usus apto et intellectu facili in illo loco (cf. *Act* 17, 22-31). Erat tunc Areopagus populi docti Atheniensis domicilium culturae, et potest nunc symboms haberi novorum locorum, in quibus est Evangelium proclamandum.

Primus huius aetatis areopagus est scaena communicationis, quae ad redigendum in unum genus humanum idemque reddendum — uti dici solet — « vicum universum », procedit. Instrumenta communicationis socialis tantum adepta sunt momentum, ut multis sint nuntii monitorii et institutorii praecipuum instrumentum, regulae et consilii ad suas ipsorum, familiares, sociales se gerendi rationes. Novae proles, imprimis, in mundo vivunt instrumentorum communicationis condicionibus astricto. Eiusmodi areopagus fortasse est neglectus aliquantulum. Praeferuntur plerumque alia instrumenta nuntii evangelici et formationis, cum instrumenta communicationis singulorum consiliis relinquantur aut parvorum coetuum et solummodo ratione secundaria in pastorale propositum ingrediantur. Instrumentorum communicationis tamen non solum est nuntium amplificare. Res gravior agitur, quandoquidem ipsa recentis culturae evangelizatio magnam partem e vi eorum pendet. Non satis est ergo illis uti ad diffundendum nuntium christianum et Ecclesiae Magisterium, sed oportet compleatur ipse nuntius huius « novae culturae » communicatione huius aetatis partae. Implicata est quaestio, quoniam haec « nova cultura » oritur magis quam e rebus ipsis, ex eo quod novi sunt modi communicandi per novos sermones, novas technicas, novos habitus psychologicus. Decessor Noster Paulus VI dixit : « Discidium inter Evangelium et culturam sine dubio detrimentosus nostri temporis casus est » :[62] et Nos putamus hodiernae communicationis campo plene hoc iudicium confirmari.

Multi alii areopagi sunt hac aetate, quos Ecclesiae actio missionalis petere debet. Exempli gratia: pacis, progressionis et liberationis populorum cura; hominis et populorum iura, eorum praesertim, qui numero inferiores sunt ; mulieris et pueri processus; rerum naturae tutela, campi sunt Evangelii lumine illustrandi.

Mentio est etiam facienda amplissimi areopagi culturae, scientiae pervestigationis, necessitudinum inter omnes gentes, quae dialogo favent et ad novas ducunt rationes vitae. Opor-

[62] **Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 20: *I. mem.,* 19.**

tet ad has nostrae aetatis postulationes attendere iisque distineri. Homines sentiunt se veluti nautas esse in vitae mari ad maiorem usque unitatem et necessitudinem vocatos. Quaestionum exsistentialium exquisitiones scrutandae sunt, tractandae, experiendae communi omnium opera. Hinc corpora et conventus ex omnibus nationibus ostendunt se maius in dies momentum habere in multis vitae humanae partibus, tum cultura et disciplina politica, tum oeconomia et investigatione. Christiani, qui in hac vivunt internationali ratione, meminisse suum debent officium Evangelium testificandi.

38. Aetas nostra dramática simul est et fascinosa. Cum enim hinc homines prosperitatem bonorum externorum insequi videantur et se plus plusque in dies mergere in materialismum, qui dicitur, consumptorem, illinc anxia significationis quaesitio, vitae interioris cupiditas, aviditas discendi formas modosque se colligendi et precationis apparent. Non solum in culturis religiositate imbutis, sed etiam in societatibus saecularibus moribus infectis vita spiritalis conquiritur uti remedium humanitatis amissionis. Hoc, quod « recursus religiosus » dicitur, quamvis non sine ambiguitate sit, accitum tamen continet. Ecclesia immensum habet patrimonium generi humano suppeditandum in Christo, qui se profitetur « viam, veritatem et vitam ». Via christiana est ad occursum cum Deo, ad deprecationem, ad ascesim, ad sensus vitae inventionem. Etiam hic est areopagus evangelizan dus.

Fidelitas erga Christum et libertatis hominis provectio

39. Omnia actionis missionalis genera conscientia notantur provehendi hominis libertatem ei Iesum Christum nuntiando. Ecclesia fidelis esse debet erga Christum, cuius corpus est et missionem continuat. «Ecclesia procedere debet ac ipse Christus processit, via nempe paupertatis, oboedientiae, servitii et sui ipsius immolationis usque ad mortem, ex qua per resurrectionem suam victor processit».[63] Ecclesia igitur debet prorsus eniti et contendere ut suam exsequatur missionem in mundo

[63] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 5; cf. Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 8.

et omnes populos possit attingere; idque facere ei etiam ius est, quod Deus eidem dedit ut suum ad effectum consilium duceret. Libertas religiosa, interdum etiamnum minuta et coacta, initium est et pignus omnium libertatum, quae personarum et populorum bonum commune tutum reddunt. Optandum est ut omnibus ubique terrarum vera concedatur religiosa libertas; et quidem Ecclesia curat ut hoc in omnibus fiat Nationibus, praesertim in illis ubi catholici maior pars sunt, ubi ea maiorem habet efficacitatem. Non agitur tamen quaestio de religione numero pleraque aut inferiore, sed de iure, quod abalienari non potest, omnium et cuiusque personae humanae.

Ceteroqui Ecclesia ad hominem se vertit, plene eius libertatem observans r[64] missio libertatem non cogit, sed ei potius favet. Ecclesia proponit, nihil imponit: reveretur personas et culturas, et cessat ante conscientiae sacrarium. Iis, qui varias causas contingentes, Ecclesiae missionali obstant actioni, repetimus: «Aperite portas Christo».

Appellamus omnes Ecclesias particulares, novellas et antiquas. Mundus magis magisque procedit ad se in unum redigendum usque ; oportet spiritus evangelicus omnia inf ringat repagula quae ex cultura, nimio suae gentis studio oriuntur, omnem interclusionem vitando. Benedictus XV missionarios sui temporis monuit, ((si suae dignitatis immemores, potius de terrena patria quam de caelesti cogitarent » .[65] Idem admonitum valet nunc in Ecclesias particulares : Pan dite vos missionariis, cum, ((quaelibet particularis Ecclesia, quae sua voluntate ab universali Ecclesia seiungatur, necessitudinem suam cum Dei consilio amittat et sua ecclesiali indole pauperior fiat».[66]

In Meridiem inque Orientem mentem intendere

40. Etiam his temporibus actio missionalis est maxima Ecclesiae provocatio. Exeunte Redemptionis altero millennio, clarius apparet populos, qui nondum primum Christi nuntium

[64] Cf. CONO. OEC. VAT. II, Declaratio *Dignitatis humanae* de libertate religiosa 3-4; PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 79-80: *I. mem.,* 71-75; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 12: *I. mem.,* 278-281.

[65] Ep. Apost. *Maximum illud: I. mem.,* 446.

[66] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 62 : *I. mem.,* 52.

acceperunt, maiorem esse humani generis partem. Actionis missionalis ratio recentiorum temporum est profecto secunda : Ecclesia condita est in omnibus Continentibus, immo maior pars fidelium et Ecclesiarum localium non iam in vetere Europa est, sed in Continentibus, quas missionarii his saeculis fidei reserarunt.

Verumtamen, « extremi terrarum fines », ad quos est Evangelium ferendum, plus plusque recedunt, et Tertulliani sententia, secundum quam « Evangelium est in universa terra et omnibus gentibus nuntiatum »,[67] longe abest ut ad effectum adducta sit: missio *ad gentes* adhuc est in primordiis. Novi populi in mundi scaenam irrumpunt, qui et ipsi ius habent nuntium salutis accipiendi. Gentium incrementum in Meridie et in Oriente, in Nationibus non christianis, efficit ut personarum numerus, quae Christi redemptionem ignorant, augeatur.

Oportet igitur mentem missionalem in eas plagas intendere inque eas culturae sedes, quae sunt extra evangelicum effectum. Omnes in Christum credentes tamquam partem necessariam fidei suae sentire debent apostolicum studium gaudium et lucem eius aliis transmittendi. Hoc studium fieri debet — ut ita dicamus — cupiditas, fames et sitis Dominum patefaciendi, cum aspectus dilatatur ad immensos mundi non christiani fines.

Caput V

MISSIONIS VIAE

41. «Activitas missionalis nihil aliud est et nihil minus, quam propositi Dei manifestatio seu Epiphania et adimplementum in mundo et in eius historia, in qua Deus, per missionem, historiam salutis manifeste perficit».[68] Quibus Ecclesia utitur viis ut hunc consequatur exitum?

[67] Cf. *De praescriptione haereticorum,* 20: *CCL* 1,201 s.

[68] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 9; cf. cap. 2, 10-18.

Missio aliquid est unicum, sed compositum et multis modis explicatur, quorum aliqui peculiaris sunt momenti in praesenti Ecclesiae et mundi condicione.

Prima missionis forma est testimonium

42. Homo nostrae aetatis in testes magis credit quam in magistros,[69] in experientiam, quam in doctrinam, in vitam factaque, quam in theorias. Prima et pernecessaria missionis forma est vitae christianae testimonium. Christus, cuius nos missionem continuamus, «testis» est praecipuus *(Apc* 1, 5; 3, 14) et christianae testificationis exemplar. Spiritus Sanctus Ecclesiam in itinere comitatur et participem facit testimonii, quod ipse de Christo dicit (cf. *Io* 15, 26-27).

Prima testimonii forma vita est ipsa missionarii, familiae christianae et communitatis ecclesialis, quae ostendit novam se gerendi rationem. Missionarius qui cum simplicitate, etsi limitibus humanisque vitiis obnoxius, secundum exemplum Christi vivit, est Dei index et rerum naturam transcendentium. Sed omnes in Ecclesia, divinum Magistrum imitari nitentes, testificari possunt et debent,[70] quod multis in casibus unicus est modus, quo possibile est missionarios esse.

Testimonium evangelicum, quod mundus acrius sentit, est personis attendere et caritati erga pauperes et parvulos et patientes. Gratuito se gerere hac in agendi ratione hisque in actibus, qui multum discrepant a nimio amore sui, qui in homine inest, elicit subtiles interrogationes, quae ad Deum et ad Evangelium animum convertunt. Etiam paci inservire, iustitiae, hominis iuribus, humanae progressioni, est Evangelii testimonium, si signum est curae de personis et ad hominis integram progressionem spectat.[71]

[69] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 41: *I. mem.,* 31 s.

[70] Cf. CONO. OEO. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 28.35.38; Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 43; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 11.12.

[71] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio* (26 Martii 1967), 21.42: *AAS* 59 (1967), 267 s. 278.

43. Christianus et communitates christianae vivunt penitus vitae suorum populorum inserti signumque sunt Evangelii etiam in fidelitate erga patriam suam, populum suum, nationis culturam, semper tamen pro libertate quam attulit Christus. Christianismus patet ad sodalitatem universalem, quandoquidem omnes homines filii sunt eiusdem Patris et in Christo fratres.

Ecclesia vocatur ad suum dandum Christo testimonium animose se gerendo et prophetice adversus corruptelam politici et oeconomici dominatus; gloriam non quaerendo nec bona externa; bonis suis utendo pro pauperioribus et Christi vitae simplicitatem imitando. Ecclesia et missionarii debent etiam humilitatem testificari imprimis erga se ipsos, quae facultas evadit se iudicandi, quod ad personalem et communitatis condicionem attinet, ut in suis moribus id corrigant, quod est contra Evangelium et Christi vultum deturpat.

Primus Christi Salvatoris nuntius

44. Nuntius principatum in missione tenet perennem. Non potest Ecclesia ab aperto Christi mandato se subtrahere, non potest homines « bonum nuntium » celare se a Deo diligi et salvari. « Evangelizatio semper continebit — velut fundamentum et centrum et culmen totius suae dynamicae virtutis — etiam claram hanc asseverationem : in Iesu Christo, salutem offerri unicuique homini, tamquam donum gratiae et misericordiae ipsius Dei)).[72] Omnia actionis missionalis genera ad hanc tendunt asseverationem, quae revelat, inque illud introducit, mysterium absconditum a saeculis et in Christo detectum (cf. *Eph* 3, 3-9; *Col* 1, 26-29), quod est in medio missionis et vitae Ecclesiae, tamquam totius evangelizationis fundamentum.

In multiplici missionis natura, primus nuntius principem obtinet locum, et pernecessarium, quoniam introducit « in mysterium amoris Dei, qui vocat ad personale commercium cum Seipso in Christo ineundum »[73] et ad conversionem aperit viam.

[72] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 27: *l.m.,* 23.
[73] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 13.

Fides ex nuntio oritur, et omnis ecclesialis communitas originem accipit et vitam a responsione personali cuiusque fidelis ad eiusmodi nuntium.[74] Sicut consilium salvificum in Christo positum est, ita missionalis actio spectat ad eius mysterii declarationem.

Nuntii argumentum est Christus crucifixus, mortuus et a mortuis suscitatus: plena et vera per eum a malo, a peccato et a morte liberatio efficitur; per eum Deus « novam vitam » donat, divinam et aeternam. Hic est « bonus nuntius, qui hominem mutat et humanam historiam quemque omnibus populis cognoscere ius est. Qui nuntius fieri debet in vitae hominis et populorum contextu, qui eum accipiunt. Salus et liberatio, quas Christus attulit, ad totam pertinent hominis vitam, in tempore et in aeternitate, hinc et iam nunc incipientes, personarum et communitatum vitam evangelico spiritu mutantes. Nuntius faciendus est cum amoris et aestimationis habitu in eum qui audit, certo definitaque atque ad adiuncta accommodato sermone. In eo Spiritus operatur et communionem instituit inter missionarium et auditores, quae quidem fieri potest, cum ille et hi per Christum cum Patre ineant communionem.[75]

45. Nuntius, quoniam cum tota fit ecclesiali communitate, numquam quidquam est ad singulas pertinens personas. Missionarius est praesens et operatur ex accepto mandato et, tametsi solus est, vinculis invisibilibus, sed arctis, universae Ecclesiae navitati evangelizatrici coniungitur.[76] Auditores, ante post, communitatem vident pone eum, quae illum misit et sustentat.

Nuntius fide incitatur, quae in missionario alacritatem excitat et fervorem. Sicut iam dictam est, *Actus* hunc habitum verbo « parresia » definiunt, quae loqui cum libertate et fiducia significat : quo verbo sanctus Paulus utitur : « Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine » *(i Thess* 2, 2). «Orantes... et pro me, ut detur

[74] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 15: *I. mem.,* 13-15; CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 13-14.

[75] Cf. Litt. Enc. *Dominum et vivificantem,* 42.64: *I. mem.,* 857-859. 892-894.

[76] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 60: *I. mem.,* 50 s.

mihi sermo in aperitione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Evangelii, pro quo legatione fungor in catena, ut in ipso audeam, prout oportet me loqui » *(Eph* 6, 18-20).

In Christo non christianis nuntiando missionarius persuasum habet in singulis et in populis esse, Spiritus virtute, exspectationem, etsi insciam, cognoscendi de Deo, de homine veritatem, de via quae ad liberationem ducit a peccato et a morte. Ardor in Christo nuntiando ex opinione proficiscitur huiusmodi exspectationi respondendi; quam ob rem missionarius nec animo deficit nec a sua fide testificanda desistit in locis aversis et indifferentibus. Scit enim in se loqui Spiritum Patris (cf. *Mt* 10, 17-20; *Lc* 12, 11-12) et licere sibi cum Apostolis repetere: « Nos sumus testes horum, et Spiritus Sanctus » *(Act* 5, 32). Scit se non humanam nuntiare veritatem, sed « Verbum Dei », quod arcanam et intimam habet virtutem (cf. *Rom* 1, 16).

Signum supremum est vitae devotio, qua mors accipitur ad fidem in Iesum Christum testificandam. Sicut semper in historia christiana, « martyres », id est testes, multi sunt et Evangelii itineri necessarii. Frequentes etiam hac nostra aetate sunt: episcopi, sacerdotes, religiosi et religiosae, laici, interdum héroes ignoti, qui pro fide testificanda vitam profundunt. Nuntii et testes hi potissimum sunt.

Conversio et Baptismus

46. Verbi Dei nuntiatio ad christianam conversionem spectat, plenum nempe sincerumque obsequium erga Christum et eius Evangelium per fidem. Donum Dei est conversio, Trinitatis ipsius opus : Spiritus enim est qui cordium reserat portas ut credere possint homines Domino eumque « profiteri » (cf. *1 Cor* 12, 3). De illo autem qui per fidem ad ipsum accedit dicit Iesus : « Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum » *(Io* 6, 44).

Iam vero exprimitur a principio conversio fide quadam universali ac radicali, quae nec fines Dei dono statuit nec retarda tiones. Eodem tamen tempore motum aliquem concitatum parit et continuatum, qui per totam vitam resistit cum transitum sane poscat diuturnum a « vita secundum carnem » ad

« vitam secundum Spiritum » (cf. *Rom* 8, 3-13). Significat proinde salvificum Christi principatum ultro amplecti eiusque fieri discipulum.

Hanc ad conversionem vocat Ecclesia omnes ex Ioannis Baptistae exemplo, qui ad Christum aperiebat viam « praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum » *(Me* 1, 4) necnon ipsius etiam Christi, qui « postquam ... traditus est Ioannes, venit... in Galilaeam praedicans evangelium Dei et dicens : "Impletum est tempus, et appropinquavit regnum Dei; paenitemini et credite evangelio" » *(Me* 1, 14-15).

Hodie autem cohortatio illa ad conversionem, quae a missionariis in non-christianos dirigitur, in controversiam adducitur vel silentio praeterito. In eo enim actus percipitur « proselytismi » ; sufficere nempe dicitur homines adiuvare quo magis sint homines aut propriae religioni fideliores, satis porro esse exstruere communitates quae pro iustitia et libertate, pro pace et mutua coniunctione operari valeant. At obliviscuntur cuique personae ius esse Dei « bonum nuntium » accipiendi, qui se detegit scilicet atque concedit in Christo, ut suam quisque exsequatur plene vocationem'. Huius quidem eventus magnitudo in vocibus Iesu resonat mulieri Samaritanae prolatis : « Si scires donum Dei » itemque in optato illo inconscio sed fervido mulieris: «Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam » *(Io* 4, 10.15).

47. Apostoli dein a Spiritu Sancto permoti cunctos hortabantur ut vitae viam mutarent seque converterent et baptismum reciperent. Continuo namque post Pentecosten vehementer adloquitur Petrus turbam : « His auditis, compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos: "Quid faciemus, viri fratres?" Petrus vero ad illos: "Paenitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Sancti Spiritus" » *(Act* 2, 37-38). Quo ipse die tria circiter hominum milia baptizavit. Pariter Petrus, claudo sanato, multitudinem appellat iteratque : « Paenitemini igitur et convertimini, ut deleantur vestra peccata» *(Act* 3, 19).

Conversio sic ad Christum cum baptismo ipso iungitur: quod quidem fit non ex usu Ecclesiae solo, verum Christi e

voluntate qui suos misit ut docerent omnes gentes et baptizarent (cf. *Mt* 28, 19); hoc evenit etiam ex intrinseca illa necessitate suscipiendae in illo vitae plenitudinis : « Amen, amen dico tibi » — ait Iesus ad Nicodemum — « nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei » *(Io* 3, 5). Etenim nos ad vitam Dei filiorum denuo baptismus generat, cum Christo coniungit nos in Sanctaque Spiritu ungit: ille igitur haud simplex conversionis est sigillum, veluti exterius quoddam signum unde ea monstretur confirme tur que, verum sacramentalis actus qui indicat consummatque novam hanc ex Spiritu nativitatem, vera et incorruptibilia cum Trinitate vincula contrahit, homines Christi corporis reddit membra, quod est Ecclesia.

Haec sunt profecto omnia in oculis ponenda, quoniam complures ibi omnino, ubi missio *ad gentes* agitatur, proclives sunt ad hanc in Christum conversionem a baptismo ipso segregandam, utpote quem minime necessarium esse arbitrentur. Verum quidem est locis quibusdam subesse aspectus sociológicos, ad baptismum nempe pertinentes, qui eius veram obscurent fidei significationem. Id variis tribuitur elementis historiae culturaeque, quae sunt prorsus amovenda ubicumque persistant, ut regenerationis spiritalis sacramentum toto suo effulgeat in momento : et hoc opus absolvere debent locales communitates ecclesiales. Item porro constat plures homines affirmare intus se cum Christo vinciri eiusque cum doctrina, at sacramentali ratione nolle ligari, quoniam praeiudicatas suas ob opiniones vel ipsorum Christianorum culpas comprehendere veram Ecclesiae indolem nequeant, fidei videlicet amorisque mysterii.[77] Hos autem cupimus Nos cohortari sese ut Christo totas aperiant, simul autem commonentes, si attrahentem Christi vim experiantur, ipsum prius Ecclesiam statuisse veluti « locum » ubi quis eum reapse convenire possit. Eodem pariter tempore fideles admonemus et christianas communitates ut vita sua nova Christum veraciter testificentur.

Omnis nimirum homo conversus donum est Ecclesiae datum secumque grave infert officium pro ea, non modo quia ad baptismum per catechumenatum est parandus ac deinde re-

[77] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* dë Ecclesia, 6-9.

ligiosa institutione sustentandas, sed quod, praesertim si est adultus, novum quendam impetum importat, fidei ardorem, cupiditatem in Ecclesia reperiendi Evangelium ad vitam traductum. Decipiatur conversus si, ecclesialem ingressus communitatem, inibi vitam deprehendat fervore carentem signisque renovationis. Conversionem ideo praedicare nobis haud licet nisi cotidie nos ipsi convertimus.

Ecclesiarum localium constitutio

48. Ubi iam subsistit, in Ecclesiam conversio et baptismus inserant hominem vel poscunt ut novae excitentur communitates Iesum Servatorem ac Dominum profitentes. Haec quidem pars consilii Dei est cui « placuit... homines non tantum singulatim, quavis mutua connexione seclusa, ad vitae Suae participationem vocare, sed eos in populum constituere, in quo filii sui, qui erant dispersi, in unum congregaren tur ».[78]

Hoc propositum sibi habet missio *ad gentes* : ut christianae condantur communitates, ut Ecclesiae ad perfectam sui matura tionem prosperentur. Unus hic finis praecipuus propriaque est missionalis navitatis, ut dici ea non possit revera explicata donec particularem novam Ecclesiam, rite ad munus fungendum aptam, in loco aedificaverit. Quo de argumento abunde loquitur Decretum *ad gentes;*[79] et post Concilium sententia aliqua theologica est enucleata ad ponendum in luce totum Ecclesiae mysterium in unaquaque particulari contineri Ecclesia, modo ne ab aliis sese haec segreget sed in communione cum universali Ecclesia perstet vicissimque se missionariam praebeat. Agitur hic magnum quoddam ac diuturnum opus cuius difficulter tempora certa definiuntur, quibus actio proprie missionalis concluditur atque ad pastoralem transitur industriam. Verumtamen quaedam clara manere debent principia.

[78] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 2; cf. Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 9.

[79] Cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, cap. 3, 19-22.

49. Est in primis opera danda ut omni in loco communitates christianae constituantur quae sint « signum ... praesentiae Dei in mundo »[80] atque ita efflorescant ut Ecclesiae ipsae vicissim evadant. Quantumvis magnus exstet dioecesium numerus, amplissimae etiamnum supersunt regiones, ubi aut plane desiderantur locales Ecclesiae aut impares inveniuntur magnitudini finium et incolarum multitudini: perficiendum igitur restat ingens opus Ecclesiae condendae et augendae. Necdum haec historiae ecclesialis aetas, quae plantatio Ecclesiae nuncupatur, est transacta; quin immo inter plures hominum coetus ne incepit quidem.

Onus autem talis laboris in universalem recidit Ecclesiam ac singulares simul Ecclesias, in copias omnes missionarias, in totum denique Dei populum. Quaeque enim Ecclesia, etiam ea quae ex nuper conversis consistit, suapte natura est missionaria, est evangelizata et evangelizans; ac fides semper exhibeatur oportet ut gratuitum Dei donum, quod perfici necesse est in communitate vivendo, in familiis, paroeciis, consociationibus, ac foras deinceps diffundatur tum vitae testimonio tum verbo. Evangelizans sic communitatis christianae industria, primum proprio suo in loco ac deinde alibi tamquam missionis universalis communicatio, clarissimum documentum fidei maturitatis est. Plena mentis conversio postulatur ut quis missionarius fiat, idque in personis tantum valet quantum in communitatibus. Semper nos incitat Dominus ut de nobis ipsi egrediamur cum aliisque bona quae habemus partiamur, initio videlicet facto a maximo quod est fidei donum. Ad normam huius missionalis necessitatis metiri oportebit pondus ac praestantiam institutorum et motuum, paroeciarum et inceptorum apostolatus in Ecclesia. Tunc tantum, cum missionaria fiet, poterit communitas christiana divisiones contentionesque interiores suas devincere suamque simul cohaerentiam denuo reperire ac fidei florem.

Missionales vero vires, aliis ortae de Ecclesiis et nationibus, coniuncte operentur oportet cum copiis localibus ad communitatis christianae progressionem. Illarum praesertim est

[80] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 15.

— semper quidem secundum Episcoporum monita et conspirationem cum iis, quorum est officium in loco — curare disseminandam fidem Ecclesiamque propagandam in provinciis ac coetibus non christianis, missionali consilio locales animare Ecclesias, ut pastoralis sollicitudo semper cum curatione missionum *ad gentes* copuletur. Ita profecto suam faciet omnis Ecclesia reapse curam Christi boni Pastoris, qui pro grege sese suo impendit at eodem etiam tempore cogitat « alias oves ... quae non sunt ex hoc ovili » *(Io* 10, 16).

50. Adferet sane talis cura causam incitationemque renovati studii oecumenici. Necessitudinis autem rationes inter oecumenicam actuositatem ac navitatem missionariam intercedentes reputanda esse suadent duo quidem elementa concomitantia. Ex altera scilicet parte illud fateri oportet : « divisio christianorum sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae detrimentum affert et aditum ad fidem multis praecludit ».[81] Quod namque bonus reconciliationis nuntius a christianis inter se seiunctis diffunditur, iam hoc eorum débilitât testificationem. Quapropter incumbere opus est in christianorum unitatem, quo efficacius missionalis opera animos afficiat. Eodem vero tempore oblivisci haud licet ipsa illa conamina et coepta pro unitate ex se iam signum documentumque gignere ipsius operis conciliationis quod inter nos persequitur.

Aliunde autem constat omnes, qui baptismum in Christo susceperint, certa quadam sociari communione, quantumvis imperfecta, inter se. His profecto fundamentis sententia innititur Concilii : « Seclusa omni tam indifferentismi et confusionismi quam insanae aemulationis specie, communi, pro quanto datur, professione fidei in Deum et in Iesum Christum coram Gentibus, atque cooperatione in re tam sociali et technica quam culturali et religiosa, catholici fraterne collaborent cum fratribus a se seiunctis ad normas Decreti de Oecumenisimo ».[82]

Oecumenica navitas et concors Christi Iesu testificatio christianorum ad diversas pertinentium Ecclesias communitatesque ecclesiales, uberes iam intulerunt fructus. At magis ta-

[81] *Ibid.,* 6.
[82] *Ibid.,* 15; cf. Decretum *Unitatis redintegratio* de Oecumenismo, 3.

men oportet communiter eos operari simulque testari hoc tempore, quo christianae sectae vel parachristianae conturbationem sua actuositate disseminent. Earundem quidem sectarum propagatio catholicae Ecclesiae minatur iisque ecclesialibus cunctis communitatibus, quibuscum dialogum ipsa frequentat. Ubicumque fieri potuerit siverintque locorum consuetudines, christianorum responsio etiam oecumenica esse poterit.

« Ecclesiales communitates de basi » - Evangelizationis impetus

51. Res celeriter apud iuniores Ecclesias percrebrescens, quam Pastores sane et eorum Conferentiae interdum uti primariam electionem ipsius operae pastoralis promoverunt, sunt communitates ecclesiales de basi (aliis pariter sub nominibus agnitae), quae sese probabiles omnino praestant sedes christianae institutionis missionalisque diffusionis. De parvis agitur manipulis christianorum in ordine familiae vel angustorum locorum, qui ad orationem conveniunt et Sacrae Scripturae lectionem, ad catechesim et tractationem quaestionum tum humanarum tum ecclesialium unde officium nasci possit totius communitatis. Sunt profecto vigoris Ecclesiae indicium atque instrumentum educationis et evangelizationis, validum nempe principium unde nova proficiscatur societas in « civili cultu amoris » condita.

Tales nimirum communitates communitatem paroecialem in partes dispertiunt et contingunt, ad quam tamen semper adhaerent; radices in locis popularibus ac rusticis immittunt, ubi fermentum vitae fiunt christianae et curae intimorum tum etiam obligationis in societatis commutationem. In iis singuli christiani commune aliquid experiuntur, unde se actuosos esse sodales sentiunt, incitatos ad proprium auxilium operi omnium iungendum. Hoc itaque pacto instrumentum illae sunt evangelizationis primaeque nuntiationis necnon origo ministeriorum novorum, dum Christi animatae caritate rationes indicant quibus disiunctiones vinci possunt et tribuum studia et diversarum stirpium discrimina.

Ut quaeque communitas sit vere christiana, oportet ea nitatur ac vivat in Christo, in Verbi Dei auditione et oratione circum ipsam Eucharistiam, in communione quam animorum cordiumque coniunctio declarat, in bonorum communicatione secundum membrorum necessitates (cf. *Act* 2, 42-47). Meminerat porro Pontifex Paulus VI omnem debere communitatem versari in consociatione cum Ecclesia particulari et universali, sincera in communione cum Pastoribus et magisterio, incumbentem in missionalem disseminationem ac declinantem genus omne clausi animi vel usurpationis ideologicae.[83] Praeterea Episcoporum adfirmavit Synodus: « Quandoquidem communio est ipsa Ecclesia, novae communitates de basi, si reliqua cum Ecclesia coniunctae vivunt, veram prae se ferunt communionis probationem atque rationem qua altior efficiatur communio. Idcirco permagnam adierunt Ecclesiae vitae spem ».[84]

EVANGELIUM CONCORPORARE CUM POPULORUM CULTURIS

52. Suum persequens missionale opus inter gentes incidit Ecclesia in diversas culturas et ipsa vicissim includitur in talis inculturationis motum. Est ideo haec necessitas quaedam, quae totum eius historiae iter signavit, at hodie praesertim gravis est et urgens. .

Ratio et processus inserendae Ecclesiae in populorum culturas longa exigit temporum intervalla. Non enim de exteriore sola agitur aptatione, quoniam inculturatio « intimam significat transfigurationem verorum cultus humani bonorum per ipsam eorum receptionem in rem christianam itemque nominis christiani insertionem varias in culturas ».[85] Motus proinde hic altus est et universus, qui simul nuntium christianum complectitur, simul Ecclesiae ipsius ponderationem et consuetudinem. Sed difficilis etiam processus est, cum nullo prorsus pacto in periculum adducere fidei christianae debeat proprietatem nec integritatem.

[83] Cf. Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 58: *I. mem.,* 46-49.
[84] Coetus Generalis extraordinarius habitus 1985, *Relatio finalis,* II, C, 6.
[85] *Ibid.,* II, D, 4.

Hanc per inculturationem corporat Ecclesia Evangelium diversis in culturis ac simul gentes cum propriis etiam culturis in eandem suam communitatem inducit;[86] iis tribuit sua bona, dum omne suscipit bonum quod est in illis, easque interius renovat.[87] Sua vicissim ex parte fit per inculturationem Ecclesia facilius intellectu signum illius, quod ea est, aptiusque missionis instrumentum.

Universalis autem Ecclesia ipsa, per hanc localium Ecclesiarum actionem, sese exprimendi rationibus locupletatur ac bonis in multiplici vitae christianae regione, qualis est evangelizatio, cultus, theologia, caritas; multo melius Christi mysterium percipit et exponit congruentius, dum ad continentem sui renovationem impellitur. Argumenta haec, quae reperiuntur in Concilii documentis ac subsequente Magisterio iterum iterumque Nostris in itineribus pastoralibus ad Ecclesias iuniores agitavimus.[88]

Progressio lenta est inculturatio quae totam comitatur missionariam vitam appellatque varios actores illius missionis *ad gentes,* christianas communitates paulatim procedentes, Pastores obligatos officio discernendi atque hortandi ad eam explendam.[89]

53. Missionarii vero alienis ex Ecclesiis et nationibus accedentes inserant sese necesse est in condiciones sociales et culturales eorum ad quos mittuntur, posthabitis nempe condicionibus rationibusque natalium locorum. Linguam hinc discere debent regionis ubi operantur, praecipua etiam cognoscere eiusdem culturae instituta eiusque bona ipsi experiendo detegere. Hac dumtaxat instructi cognitione poterunt ii via quadam credibili et fructuosa populis adferre scientiam mysterii taciti (cf. *Rom W,* 25; *Eph* 3, 5). Eorum sane non est propriam suam

[86] Cf. Adhort. Apost. *Catechesi tradendae* (16 Octobris 1979), 53: *AAS* 71 (1979), 1320; Ep. Enc. *Slavorum Apostoli* (2 Iunii 1985), 21: *AAS* 77 (1985), 802 s.

[87] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 20: *I. mem.,* 18 s.

[88] Cf. *Allocutio* ad episcopos Zairis Kinsasae habita, 3 Maii 1980, 4-6: *AAS* 72 (1980), 432-435; *Allocutio* ad episcopos Keniae Nairobiae habita, 7 Maii 1980, 6: *AAS* 72 (1980), 497; *Allocutio* ad episcopos Indiae Delii habita, 1 Februarii 1986, 5: *AAS* 78 (1986), 748 s.; *Homilia* Carthagine Columbiae habita, 6 Iulii 1986, 7-8: *AAS* 79 (1987), 105 s.; cf. quoque Ep. Enc. *Slavorum Apostoli,* 21-22: *I. mem.,* 802-804.

[89] Cf. CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 22.

repudiare indolem culturalem, verum cognoscere et aestimare, provehere et evangelizare humanum loci illius cultum in quo opus faciunt proindeque efficere ut reapse valeant cum eo communicare, suscepta videlicet vitae via quae testificationis evangelicae sit signum necnon necessitudinis cum populo.

Ecclesiales autem communitates ad propriam formationem nitentes poterunt ipsae Evangelio permotae declarare, progrediente tempore, christianam suam experientiam nativis formis modisque congruentibus scilicet cum tradita sua consuetudine culturali, dummodo simul semper cum obiectivis ipsius fidei necessitatibus concinat. Huius itaque rei gratia, praesertim in elementis inculturationis quae maiorem postulant prudentiam, particulares Ecclesiae eiusdem provinciae operabuntur inter se concordantes[90] et universa cum Ecclesia, sibi nempe persuasum habentes considerationem tantum et universalis et particularis Ecclesiae aptas eas esse reddituram ad thesaurum fidei in legitimas eius significationis varietates transferendum.[91] Quam ob rem coetus iam evangelizad argumenta ad nuntii evangelici « conversionem »[92] subministrabunt neque praetermittent utilitates per aetates partas ex ipsa consortione christianae religionis cum variis culturis, non tamen periculorum obliviscentes mutationum quae interdum evenerunt.[93]

54. Hac in re potissima manent quaedam monita. Duplici enim principio moderanda haec inculturatio suo in recto progressu est: <(convenientiae cum Evangelio et communionis cum Ecclesia universa ».[94] « Depositi fidei » custodes Episcopi fidelitatem curabunt maximeque prudentiam[95] in qua opus

[90] Cf. *ibid.*

[91] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 64: *I. mem.,* 55.

[92] Ecclesiae particulares «debent substantiam evangelici nuntii intellectam excipere eamque, sine ulla vel minima eius fundamentalis veritatis immutatione, in sermonem transferre, qui ab iisdem hominibus comprehendatur, eamque postea tali sermone nuntiare... Cum vero *sermonem* dicimus, verbum tali sensu accipiendum est, ut potius quam ad verborum explicandorum disciplinam vel ad litterarum rationem, ad anthropologicam et doctrinalem rem referatur» *(ibid.,* 63: *I. mem.,* 53).

[93] Cf. *Allocutio* in Audientia Generali die 13 Aprilis 1988: *Insegnamenti* XI/1 (1988), 877-881.

[94] Adhort. Apost, post-synodalis *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 10, in qua tractatur peculiariter de humani cultus inductione *«.in ipsam matrimonii familiaeque provinciam»: AAS* 74 (1982), 91.

[95] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 63-65: *I. mem.,* 53-56.

permagna est aequabilitate: periculum enim exstat ne ab aliqua alienationis culturalis forma sine ullo solido iudicio ad nimiam transeatur culturae aestimationem, quae hominis nempe institutum proindeque peccato signata est. Haec ideo etiam necesse est « sanetur, elevetur et consummetur ».[96]

Huius modi autem processus ita gradatim est perficiendus, ut christianam communitatis experientiam revera ^nuntiet: <(Poscetur mysterii christiani incubatio in populi vestri animo » — inquit Kampalae Pontifex Paulus VI — « nativa illius vox, iam clarior et apertior, ut intra concentum attollatur universalis Ecclesiae linguarum n.[97] Inculturatio denique totum Dei populum implicare debet, non peritos dumtaxat quosdam, quoniam populum constat illum referre fidei germanum sensum, quem dedecet umquam ex conspectu amittere. Inculturatio profecto regenda erit, immo excitanda, at minime imponenda, ne contraria in christianis pariatur adiectio: significatio enim esse debet vitae communitatis, id est, intra communitatem ipsam maturescere, non fructus modo eruditarum investigationum. Bona quidem tradita tueri est ipsum effectus fidei maturae.

DIALOGUS CUM ALIARUM RELIGIONUM FRATRIBUS

55. Ad evangelizandi Ecclesiae munus pertinet dialogus quoque cum religionum ceterarum sodalibus. Si ille quidem accipitur tamquam via instrumentumque ad mutuam cognitionem et locupletationem, non adversatur ipsi missioni *ad gentes,* quin immo praecipuis cum ea vinculis ligatur eiusque quidam est modus. Etenim missio illa ad homines dirigitur, qui Christum nempe ignorant eiusque Evangelium, quorum maior pars ad alias pertinet religiones. Omnes in Christo gentes ad se Deus advocat, cum plenitudinem suae revelationis amorisque iis cupiat communicare neque omittit sese multimodis praesentem reddere non singulis solum hominibus, verum populis etiam per spiritales eorum divitias, quas in primis necessario-

[96] CONC. OEC. VAT. Il, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 17.

[97] *Allocutio* habita ad eos, qui interfuerunt « Episcoporum Symposio » ex universa Africa in urbe Kampala, 31 Iulii 1969, 2: *AAS* 61 (1969), 577.

que religiones testantur, licet « lacunas, defectus et errores » contineant.[98] Haec vero omnia iam abunde efferuntur in Concilio ac subsequente Magisterio, quae tamen pro certo semper habuerunt salutem a Christo proficisci neque dialogum illum liberare ab evangelizationis officio.[99]

Sub lumine ipso totius salutis consilii non deprehendit Ecclesia discrepantiam inter Christi nuntium ac dialogum religionum inter se; necesse tamen esse percipit ea intra suam *ad gentes* missionem conciliare. Par enim est duo haec elementa intimum suum conservare vinculum eodemque tempore discrimen; quapropter nec sunt commiscenda nec immodice instrumentorum instar adhibenda neque aequalia censenda quasi promiscue ea permutari liceat.

Ad Asiae nuper Episcopos scripsimus : « Quantumvis libenter agnoscat Ecclesia quidquid veri sacrique in religiosis Buddismi et Induismi et Islamismi traditionibus invenitur — redditas nempe imagines illius veritatis omnes quae homines illustrat —, non hinc tamen officium ipsius minuitur nec firmum propositum praedicandi sine dubitatione Iesum Christum quae "via veritas et vita" est... Quod autem aliarum religionum sectatores gratiam Dei percipere possunt et a Christo servari extra communia quae instituit instrumenta, id minime cohortationem aufert ad fidem baptismumque quae pro populis omnibus vult Deus ».[100] Christus namque ipse « necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculcando, necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tanquam per ianuam

[98] PAULUS PP. VI, *Allocutio* secunda Ss. Concilii periodo ineunte, 29 Septembris 1963: *AAS* 55 (1963), 858; cf. CONC. OEC. VAT. II, Declaratio *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-Christianas, 2; Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 16; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 9; PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 53: *l. mem.,* 41 s.

[99] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam suam* (6 Augusti 1964): *AAS* 56 (1964), 609-659; CONC. OEC. VAT. II, Declaratio *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-Christianas; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 11.41; SECRETARIATUS PRO NON-CHRISTIANIS, *L'atteggiamento della Chiesa di fronte ai seguaci di altre religioni: Riflessioni e orientamenti su dialogo e missione* (4 Septembris 1984): *AAS* 76 (1984), 816-828.

[100] *Epistula* ad episcopos Asiae oblata occasione V Plenarii Coetus Foederationis eorum Conferentiarum Episcoporum (23 Iunii 1990), 4: diurnarium *L'Osservatore Romano,* 18 Iulii 1990.

intrant, simul confirmavit».[101] Ita propterea expleri dialogus debet ac perfici ut persuadeatur simul Ecclesiam ordinariam salutis esse viam et ei soli plenitudinem esse salutis instrumentorum.[102]

56. Non nascitur sane dialogus ex astuto quodam consilio aut studio proprio, sed inceptum est quod suas habet causas, postulata, dignitatem: postulatur quidem alta ex observantia erga id omne, quod in homine operatus est Spiritus, qui ubi vult spirat.[103] Inde namque detegere vult Ecclesia « semina Verbi »[104] ac « radium illius Veritatis, quae illuminat omnes homines »;[105] haec enim semina et radii ipsis in hominibus reperiuntur necnon traditionibus religiosis hominum generis. Spe dialogus nititur caritateque et fructus adferet in Spiritu. Ceterae religiones bonam Ecclesiae provocationem quandam obiciunt: illam videlicet excitant tum ut deprehendat tum ut signa ipsa agnoscat Christi praesentiae actionisque Spiritus simulque altius pervestiget suam naturam atque testificetur revelationis integritatem, quam in deposito habet ad omnium hominum commoditatem.

Hinc animus oritur ipse qui dialogum istius modi pervadere debet intra terminos ac modos missionis. Qui cum altero colloquitur concordet necesse est suis cum traditionibus persuasionibusque religiosis pateatque autem ad alterius intellegendas et traditiones et persuasiones, sine dissimulatione aut mentis obstructione, at cum veritate humilitate probitate, conscius sibi dialogum singulos posse ditare. Nulla subesse debet abdicatio, nullus item irenismus, verum mutua testificatio ad communem progressionem in inquisitionis experientiaeque religiosae via ac simul ad intolerantiarum praeiudiciorum falsarumque interpretationum amotionem. Adducit dialogus ad

[101] Conc. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia 14; cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 7.

[102] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Unitatis redintegratio* de Oecumenismo, 3; Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 7.

[103] Cf. Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 12: *I. mem.,* 279.

[104] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 11.15.

[105] CONC. OEC. VAT. II, Declaratio *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad Religiones non-Christianas, 2.

purgationem et conversionem interiorem quae, si docilítate erga Spiritum exquiritur, spiritaliter proderit.

57. Ad dialogum vero latus aperitur campus, quoniam multiplices induere sibi potest formas et significationes: a commercio sermonum inter peritos traditionum religiosarum aut publicos earum delegatos usque ad cooperationem in integro processu et custodia bonorum religiosorum; a communicatione spiritalium cuiusque experientiarum usque ad « dialogum vitae », qui dicitur, unde credentes diversarum religionum inter se mutuo cotidiana in vita testantur bona sua humana ac spiritalia et adiuvant se pariter ut ex eis vivendo iustiorem et coniunctiorem aedificent societatem.

Cuncti fideles et communitates invitantur christianae ut dialogum exerceant, licet non eadem forma eodemve gradu. Illi laicorum opus pernecessarium est qui « vitae exemplo atque actuositate favere possunt melioribus relationibus inter diversarum religionum asseclas »,[106] dum eorum alii adiumenta conferre valent investigationis ac studii.[107]

Prode cum noverimus complures missionarios atque christianas communitates hac in difficili atque saepe non recte intellecta dialogi via unicum invenire instrumentum Christo testimonii reddendi necnon hominibus magno animo serviendi, confirmare eos cupimus et corroborare ut cum fide caritateque perseverent, etiam ubi conatibus eorum non attenditur nec respondetur. Dialogus enim quaedam est ad Regnum semita suosque certe pariet fructus, tametsi tempora nosse vel momenta solius in Patris est potestate (cf. *Act* 1, 7).

PROGRESSIO ADIUVATUR CONSCIENTIIS EDUCANDIS

58. Maximam partem etiam hodie peragitur missio *ad gentes* inter illas orbis australis provincias ubi magis est navitate opus ad plenam progressionem et liberationem omni ab oppressione. Scivit semper Ecclesia apud populos quos evangeliza-

[106] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 35: *I. mem.,* 458.
[107] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 41.

vit impetum ad faciendos progressus suscitare atque hodie missionarii plus quam antehac agnoscuntur progressionis fautores a publicis auctoritatibus peritisque omnium nationum, qui illud plerumque mirantur, quod exiguis instrumentis praeclara sunt consecuti effecta.

Litteris in encyclicis *Sollicitudo rei socialis* inscriptis adfirmavimus : « Ecclesiae praesto non sunt solutiones technicae quaestionis incrementi deficientis ut talis » quandoquidem ab ea praebetur « primum adiumentum ad progressionis quaestionem, ad praesentia maxime pertinentem, ... pronuntiatio veritatis de Christo, de Ecclesia, de homine, ad certam ac definitam aliquam condicionem traductae ».[108] Pueblae vero Episcoporum Latino-Americanorum Conferentia hoc inter alia adseveravit : « Optimum quidem erga fratrem ministerium ipsa est evangelizatio quae eum praeparat ut sese veluti Dei filium perficiat simulque ab iniustitiis illum expedit totumque promovet ».[109] Ecclesiae tamen munus non sane est ut recta in regione oeconomica vel technica vel politica operetur aut ut opibus in progressionem conferat; sed suapte natura illuc spectat, ut populis ea ministret non unde « habeant plus » sed unde « sint ipsi plus », conscientiis videlicet per Evangelium concitandis. « Vera hominum progressio inniti debet altiori usque evangelizationi ».[110]

Progressus auctores sunt Ecclesia eiusque missionarii etiam auxilio scholarum suarum et valetudinariorum, officinarum librariarum et universitatum, fundorum agriculturae ad experimentum. Verum progressio populi cuiusque non in primis deducitur ex pecuniis nec ex subsidiis materiarum neque e structuris technicis, sed e conscientiarum mentiumque ac morum maturatione. Homo est actor progressionis ipse, non pecunia aut technica ars. Conscientias educat Ecclesia illum Deum gentibus commonstrando quem quaerentes nesciunt, tum etiam aperiendo excellentiam hominis ad Dei imaginem conditi ab Eoque dilecti necnon universorum hominum ut Dei

[108] Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis* (30 Decembris 1987), 41: *AAS* 80 (1988), 570 s.

[109] *Documenta* III Coetus Generalis Episcopatus Latini Americani habiti Pueblae (1979), 3760 (1145).

[110] *Allocutio* ad episcopos, sacerdotes et religiosos Iacartae habita (10 Octobris 1989), 5: diurnarium *L'Osservatore Romano,* Il Octobris 1989.

filiorum aequalitatem et dominationem in res creatas in hominumque utilitatem collocatas, ac tandem oificium sese dedendi progressui totius hominis hominumque omnium.

59. Evangelico ideo nuntio virtutem praebet Ecclesia liberantem quidem ac faventem idcirco etiam progressioni, quod animi mentisque importat mutationem, singulorum hominum dignitatem ostendit, disponit ad mutuam necessitudinem, ad officium, ac fratrum servitium, hominem denique inserit in Dei consilium quod revera effectio est Regni pacis et iustitiae iam inde hac a vita. Hic biblicus est prospectus « novorum caelorum et terrae novae » (cf. *Is* 65, 17; *2 P e* 3, 13; *Apc* 21, 5) qui in hominum historiam incitamentum iniecit metamque simul ad progressum hominum generis. A Deo exoritur hominis progressio eque Iesu hominis et Dei exemplari; quae ad Deum rursus reducere debet.[111] Haec igitur causa omnino est cur inter nuntium evangelicum ac promotionem hominis adeo arcta interveniat coniunctio.

Atqui Ecclesiae et evangelizantis eius industriae auxilium in populorum progressum subministratum non australem modo respicit orbis partem, ut miseria vitae inibi vincatur nimisque exigua progressio, verum septentrionales quoque plagas quae obnoxiae sunt morali miseriae ac spiritali ob « nimiam progressionem » generatae.[112] Quidam regens animi habitus a religione omni a versus, qui in quibusdam dominatur regionibus, illam persequitur cogitationem.- ut homo magis homo evadat, sufficere technicum et oeconomicum augmentum locupletare et cumulare. At progressus sine anima homini satis esse nequit atque nimia prosperitas tam ei nocet quam nimia egestas. Orbis Septentrionalis tale commentus est « progressionis exemplar » idque in australem orbem exportât ubi periculum est ne religionis sensus bonaque humana quae ibi exsistunt consumismi velut fluctibus obruantur.

« Adversus famem vitam converte»: adagium est quibusdam in locis ecclesialibus exortum, quod ditioribus populis

[111] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 14-21. 40-42: *I. mem.,* 264-268. 277s.; IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 27-41: *I. mem.,* 547-572.

[112] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 28: *I. mem.,* 548-550.

viam demonstrat qua fratres illi pauperum fiant: austeriorem ad vitam redire oportet quae novo cuidam progressionis exemplari adstipuletur quod ethica ac religiosa principia propius sectetur. Pauperibus autem missionalis navitas adfert tum lumen tum invitamentum verae progressioni necessarium, dum altera ex parte gignere debet nova evangelizatio inter divites notionem illam et conscientiam: advenisse iam tempus ut omnes reapse pauperum se fratres praestent communi in conversione ad « progressum universum » qui Absoluto pateat.[113]

ORIGO ET REGULA MISSIONIS - CARITAS

60. Brasiliam invisentes ediximus Nos : « Totius orbis Ecclesia esse pauperum. Omnem enim veritatem educere studet quae Beatitudinibus inest ac praesertim earum primae : "Beati pauperes spiritu" ... Hanc docere vult veritatem ad effectumque deducere perinde ac Iesus ipse qui venit ut et faceret et duceret ».[114]

Iuniores Ecclesiae, quae plerumque in populis versantur egestate disseminata valde conflictatis, saepius hanc declarant sollicitudinem velut partem muneris sui necessariam. Episcoporum Latino-Americanorum congressio Pueblae habita, cum Iesu repetivisset exemplum, illud etiam scripsit : « Curam praecipuam merentur sibi pauperes, qualicumque in condicione morali aut personali reperiuntur. Etsi ad imaginem et similitudinem Dei sunt conditi ut ipsius filii sint, tamen obscuratur illa imago, quin et violatur. Quapropter eorum suscipit Deus defensionem eosque diligit. Unde sequitur ut primis pauperibus ipsis missio sit destinanda atque illorum evangelizatio potissimum significatio sit et comprobatio missionis Iesu ».[115]

Beatitudinum spiritui fidelis Ecclesia rogatur ut cum egenis communicet atque adflictis cuiusvis generis. Cohortamur propterea singulos Christi discipulos et christianas communi-

[113] Cf. *ibid.*, cap. 4, 27-34: *I. mem.*, 547-560; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 19-21.41-42; *I. mem.*, 266-268, 277 s.

[114] *Allocutio* apud casas «Vidigal» extra urbem Flumenianuariensem ad homines ibi commorantes, 2 Iulii 1980, 4: *AAS* 72 (1980), 854.

[115] *Documenta* III Coetus Generalis Episcopatus Latini Americani habiti Pueblae, 3757 (1142).

tates, a familiis ipsis ad dioeceses, a paroeciis ad religiosa instituta, ut mente sincera suam recognoscant vitam, quod attinet ad mutuam necessitudinem cum pauperibus. Eodem pariter tempore missionariis habemus gratias quod praesenti suo amore humilique ministerio operam tribuunt universali progressioni personae ac societatis, videlicet administrantes scholas et valetudinaria, leprosaria et domos senibus ac mutuis recipiendis, coepta mulieri provehendae, et similia. Nominatim vero gratias presbyteris, religiosis viris ac mulieribus, laicis ipsis ob navatam ab iis operam referimus, dum voluntarios Consociationum non publicarum hodie usque plures confirmamus, qui his sese caritatis inceptis devovent humanaeque promotionis.

Animam enim missionalem totius missionalis actionis haec ipsa testificantur coepta: amorem nempe, qui est manetque motoria missionis vis ac proinde ipsa « est charitas, propter quam fieri vel non fieri, mutari vel non mutari omnia debent. Ipsa enim et principium quare, et finis ad quem dirigi omnia decet. Nihil enim fit culpabiliter, quod pro ea et secundum eam fit veraciter ».[116]

CAPUT VI

AUCTORES ET EFFECTORES PASTORALIS OPERAE MISSIONALIS

61. Sine testibus testificatio est nulla, perinde ac sine missionariis missio pariter nulla est. Ut ergo suae missioni cooperentur suumque continuent salutare opus, Iesus ipse eligit ac mittit homines quosdam uti testes suos et apostolos : « Eritis mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae» *(Act* 1, **8).**

Primi sunt missionis universalis actores Duodecim, qui « collegiale subiectum » missionis efficiunt, utpote qui a Iesu sint electi ut apud illum deversentur ac mittantur « ad oves, quae perierunt domus Israel » *(Mt* 10, 6). Non haec tamen col-

[116] ISAAC DE STELLA, *Serm.* 31: PL 194, 1793.

legialis natura prohibet quin eorum in manipulo quidam certi emineant, velut Iacobus, Ioannes et prae primis Petrus, cuius tantum valet persona, ut locutio illa comprobetur: « Petrus et reliqui apostoli » (cf. *Act* 2, 14. 37). Eo namque agente fit ut missionis universalis aperiantur fines, in qua deinde Paulus elucebit, qui divina voluntate arcessitur et ad missionem mittitur inter gentes (cf. *Gal* 1, 15-16).

In missionali autem propagatione post primordia deprehenduntur iuxta apostolos alii actores humiles, qui minime sunt silentio praetereundi: singulae sunt personae coetus, communitates. Singulare localis Ecclesiae exemplar est Antiochena communitas quae ex ecclesia evangelizata fit evangelizatrix suosque in gentes mittit missionarios (cf. *Act* 13, 2-3). Prisca quidem Ecclesia missionem exsequitur sicut officium quoddam communitatis, quamvis intra se « missos extraordinarios » agnoscat aut « gentibus deditos missionarios », quales Paulum et Barnabam.

62. Id vero quod in principio christianismi pro universali missione est factum, suum etiamnum pondus servat ac momentum. Sua quippe natura Ecclesia missionaria est, quoniam Christi mandatum haud quiddam est fortuitum aut externum, sed animum Ecclesiae ipsum attingit. Unde consequitur totam Ecclesiam et Ecclesiam unamquamque ad gentes mitti. Novellae necesse est Ecclesiae, omnino « ut hic zelus missionarius apud domesticos patriae florescat, ... quam primum Missioni universali Ecclesiae opere participent, mittendo et ipsae missionarios qui Evangelium ubique terrarum annuntient, etsi penuria cleri laborent».[117] Plures ita iam sese gerunt quas rursus Nos cohortamur ut pergant in posterum.

Hoc in pernecessario communionis vinculo inter universalem Ecclesiam et Ecclesias particulares vera exercetur plenaque indoles missionalis: « In hoc orbe terrarum, ubi distantiae minuunt et mundum faciunt angustiorem, ecclesiales communitates mutuis vicibus inter se colligari debent, vires opesque commutare, simul consociari in communi et unico munere Evangelium nuntiandi et vivendi... Iuniores sic dictae Ec-

[117] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 20.

clesiae opus habent robore antiquarum, sicut et hae testimonio et impulsu iuniorum, ita ut singulae Ecclesiae accipiant de divitiis aliarum Ecclesiarum ».[118]

PRIMI NAVITATIS MISSIONALIS AUCTORES

63. Quem ad modum apostolorum collegio, capite quidem Petro, resuscitatus contulit Dominus universalis missionis mandatum, ita profecto tenet idem hoc officium collegium in primis Episcoporum, capite similiter Petri successore.[119] Conscii plane Nobis huius ipsius obligationis, quotiescumque Episcopos convenimus, debere Nos eam cum iis vicissim communicare existimamus, quod spectat tum ad novam evangelizationem tum ad missionem universalem. Vias itaque arripuimus et itinera per orbem « ut Evangelium nuntiemus, ut in fide "fratres confirmemus", ut Ecclesiam consolentur, ut homines consalutemus. Itinera haec fidei sunt totidemque etiam opportunitates pervagantis catechesis, nuntiationis evangelicae in ipsa propagatione quoquoversus terrarum Evangelii et Magisterii apostolici producta videlicet ad extrema totius terrae loca ».[120]

Officio autem evangelizationis orbis obstringuntur Nobiscum directo Episcopi fratres, tam uti collegii episcopalis membra quam uti Ecclesiarum particularium pastores. Hac de re edicit Concilium : « Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi ad corpus Pastorum pertinet, quibus omnibus in commune Christus mandatum dedit ».[121] Idem praeterea adfirmat: « Episcopi... non solum pro aliqua dioecesi, sed pro totius mundi salute consecrati sunt ».[122] Quod quidem collegiale onus cotidianos infert etiam effectus. Aequaliter « Synodus Episcoporum ... inter generalis momenti negotia, activitatis missionalis, maximi sanctissimique Ecclesiae muneris, specialem ha-

1.8 **Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 35: *I. mem.,* 458.**

1.9 **Cf. CONC. OEC. VAT. II, Declaratio *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 38,**

120 ***Allocutio* ad Patres Cardinales omnesque cooperatores Curiae Romanae, Civitatis Vaticanae et Vicariatus Urbis, 28 Iunii 1980, 10: *Insegnamenti* III/l (1980), 1887.**

121 **Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 23.**

122 **Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 38.**

beat rationem ».[123] Modulo dein suo officium illud repetitur in episcopalibus Conferentiis earumque in institutis per singulas continentes, quae igitur proprias partes conferre debent ad missionale opus.[124]

Uniuscuiusque autem Episcopi obligatio missionalis permagna est tamquam Ecclesiae particularis ipsius pastoris. Etenim « episcopi est, uti rectoris et centri unitatis in apostolatu dioecesano, activitatem missionalem promovere, moderari et coordinare ... Curet insuper ne activitas apostolica ad solos iam conversos limitetur sed aequa pars et operariorum et subsidiorum evangelizationi non-christianorum destinetur ».[125]

64. Liberaliter proinde se oportet singulae particulares Ecclesiae aperiant ceterarum Ecclesiarum necessitatibus. Inter Ecclesias consociata opera, in reciprocanti vicissitudine quae paratas reddat eas ad tribuendum accipiendumque, fons quoque est omnibus certae locupletationis ac tangit quidem diversas ecclesialis vitae provincias. Qua in causa exemplo est Episcoporum declaratio Pueblensis : « Tempus denique advenit, cum America Latina se ultra iam fines suos protendere *ad gentes* debet. Constat adhuc egere nos missionariorum, verum ex paupertate etiam nostra elargiri nos oportet ».[126]

Hoc nimirum animo ac sensu Episcopos exhortamur atque Conferentias ipsas episcopales ut ea singula impleant alacri voluntate, quae Directoriae Normae complectuntur, quas edidit Congregatio pro Clericis de adiutrici inter particulares Ecclesias opera praecipueque de partitione cleri aptiore per orbem.[127]

Latius sane Ecclesiae patet missio quam sola « communio inter Ecclesias » : haec enim praeterquam ad adiumenta novae evangelizationi ferenda, etiam dirigenda est et quidem praecipue ad peculiarem rerum missionalem indolem. Cunctas

[123] *Ibid.,* 29.

[124] Cf. *ibid.,* 38.

[125] *Ibid.,* 30.

[126] *Documenta* III Coetus Generalis Episcopatus Latini Americani habiti Pueblae, 2941 (368).

[127] Cf. Notae directivae *Postquam Apostoli* de mutua Ecclesiarum particularium cooperatione promovenda ac praesertim de aptiore cleri distributione (25 Martii 1980): *AAS* 72 (1980), 343-364.

appellamus Ecclesias, simul novellas simul antiquas, ut huius Nobiscum curae sint participes operamque dent duplicandis vocationibus missionariis ac variis devincendis difficultatibus.

MISSIONARII ET INSTITUTA *Ad gentes*

65. Primi momenti locum inter industriae pastoralis missionalis auctores obtinent etiam nunc personae instituta illa, quibus Decretum *Ad gentes* caput seorsum dicat cui titulus: « De Missionariis ».[128] Quo in negotio missionariis ipsis altior quaedam est in primis meditatio peragenda qui scilicet mutatis missionis ipsius rationibus induci quidem possunt ut significationem vocationis suae iam non amplius percipiant nec intellegant quid omnino hodie a se Ecclesia exspectet.

Principale autem rerum caput, ad quod reliqua revocentur, haec Concilii dicta constituunt: « Quamvis cuilibet discípulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbat, Christus Dominus semper e numero discipulorum vocat quos vult ipse, ut sint cum illo et ut mittat eos gentibus praedicare. Quare per Spiritum Sanctum, qui charismata prout vult ad utilitatem dividit, vocationem missionariam in cordibus singulorum inspirat simulque in Ecclesia suscitat Instituta, quae munus evangelizationis ad totam Ecclesiam pertinens tamquam proprium officium suscipiant ».[129]

De « vocatione speciali » igitur agitur ad Apostolorum morem. Demonstratur illa in toto studio de evangelizationis ministerio-, est enim studium quod integram complectitur personam universamque missionarii ipsius vitam, cum ab eo donationem flagitet virium temporisque sine limite. Tali ergo vocatione instructi « a legitima auctoritate missi, fide et oboedientia ad eos, qui longe sunt a Christo, exeunt, segregati in opus ad quod assumpti sunt tamquam ministri Evangelii ».[130] Semper ideo ponderare missionarii debent quid a se vicissim donum illud acceptum reposcat ac suam usque institutionem doctrinalem et apostolicam ad recentiora accommodare.

[128] Cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, cap. 4, 23-27.
[129] *Ibid.*, 23.
[130] *Ibid.*

66. Porro cunctas opes necessarias Instituta missionalia impendere oportet suamque rerum experientiam ac virtutem creatricem, fideliter quidem dum pristinum observant charisma, ut candidati convenienter praeparentur utque vires spiritus et animi et corporis propriorum sodalium certa via reficiantur.[131] Membra se viva esse sentiant ecclesialis communitatis unaque cum ea operentur. Etenim « unumquodque Institutum propter Ecclesiam exortum est eamque suis propriis notis locupletare tenetur secundum peculiarem quemdam spiritum specialemque missionem »; illius autem fidelitatis erga primigenium charisma custodes ipsi sunt Episcopi.[132]

Plerumque ex christianae antiquitatis Ecclesiis enata sunt missionalia Instituta fueruntque saeculorum decursu instrumenta Congregationis *de Propaganda Fide* ad fidem dilatandam novasque excitandas Ecclesias. His vero diebus maiore usque modo suscipiunt candidatos ex novensilibus illis advenientes Ecclesiis quas ipsa condiderant, dum nova simul sunt exorta Instituta iis in nationibus quae antea accipiebant solum missionarios nunc autem foras etiam mittunt. Laudibus profecto digna videtur duplex haec rerum proclivitas quae comprobat quam sit etiamnum valida et praestans propria horum Institutorum missionalis vocatio, quae praesenti quoque tempore « aprime necessaria manent »,[133] non tantum missionali actioni *ad gentes,* perinde ac traditio fert eorum, verum missionali etiam incitationi tum apud antiquitatis christianae Ecclesias, tum inter iuniores aequabiliter.

Omnem suam in praesentia vim peculiaris missionariorum vocatio ad vitam conservat: specimen prae se fert missionalis muneris Ecclesiae, cui opus est donationibus radicitus penitusque factis necnon novis audacibusque impulsionibus. Missionarii ac missionariae, qui cunctam consecraverunt vitam in testificationem apud gentes ipsius Resuscitati Domini, ne sinant idcirco exterreri se dubitationibus falsisve interpreta-

[131] Cf. *ibid.,* 23. 27.

[132] Cf. SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS et SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, Notae directivae *Mutuae relationes* pro mutuis relationibus inter episcopos et religiosos in Ecclesia (14 Maii 1978), 14b: *AAS* 70 (1978), 482; cf. n. 28: *I. mem.,* 490.

[133] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 27.

tionibus, repudiationibus et insectationibus. Excitent potius proprii charismatis sui gratiam animoque addito iter suum repetant et sibi prius eligant mansiones humiles arduasque cum adfectione fidei oboeditionis et coniunctionis suis cum Pastoribus.

DIOECESANI SACERDOTES PRO MISSIONE UNIVERSALI

67. Episcoporum adiutores, presbyteri, ex Sacramenti Ordinis virtute admonentur ut curationem missionis universalis cum iis participent: « Donum spirituale, quod Presbyteri in ordinatione acceperunt, illos non ad limitatam quandam et coarctatam missionem praeparat, sed ad amplissimam et universalem missionem salutis "usque ad ultimum terrae", nam quodlibet sacerdotale ministerium participat ipsam universalem amplitudinem missionis a Christo Apostolis concreditae ».[134] Hac de causa ipsa candidatorum ad sacerdotium educatio illuc tendere debet ut « eo spiritu vere catholico imbuantur, quo propriae dioecesis, nationis vel ritus fines transcendere et totius Ecclesiae necessitates iuvare assuescant, animo parati ad Evangelium ubique praedicandum ».[135] Necesse proinde est universi presbyteri animum mentemque habeant missionalem ac pateant pariter Ecclesiae et mundi necessitatibus simul respicientes homines longinquos et, ante omnes, coetus non christianos suorum locorum. Debent plane experiri in precatione sua, at praesertim in eucharistico sacrificio, sollicitudinem Ecclesiae omnis de universo hominum genere.

Praesertim vero sacerdotes in regionibus minoris christianorum partis unico quodam studio ac fervore commoveantur missionali: etenim illis credit Dominus non curam solam communitatis christianae pastoralem sed etiam et potissimum civium propriorum Evangelizationem suum necdum ad gregem

[134] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Presbyterorum ordinis* de Presbyterorum ministerio et vita, 10; cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 39.

[135] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Optatam totius* de institutione sacerdotali, 20. Videatur quoque documentum: « Guide de vie pastorale pour les prêtres diocésains des Eglises qui dépendent de la Congrégation pour l'Evangélisation des Peuples», Romae 1989.

pertinentium. « Haud ii omittent paratos se opere praebere Spiritui Sancto et Episcopo ut Evangelii praedicandi causa extra suae nationis demandentur fines. Quod ab iis non maturitatem dumtaxat vocationis poscet, verum singularem quandam facultatem sede a patria, stirpe, familia sua seiungendi atque aptam simul promptitudinem ad inserendos se sapienter osservanterque nati vis cultus humani formis ».[136]

68. In litteris Encyclicis *Fidei Donum* Pontifex Pius XII prophetica cum perspicientia Episcopos est adhortatus ut nonnullos sacerdotes proprios ministerio ad tempus apud Africae Ecclesias committerent comprobavitque simul incepta huius generis iam vigentia. Exactis autem viginti quinque inde annis maximam efferre voluimus documenti illius novitatem « quae fecit ut locorum circumscriptio ministerii presbyteralis excederetur idque universali iam Ecclesiae destinaretur ».[137] Videntur ideo hodie prorsus confirmatae tum utilitas tum ubertas huius experimenti : etenim sacerdotes ipsi « Fidei Donum » nominati testificantur singulariter communionis vinculum inter Ecclesias, incremento ecclesialium communitatum egentium addunt magni pretii adiumentum, dum altera ex parte recentem vitalemque fidei virtutem ab iis hauriunt. Certo quidem constat missionale presbyteri dioecesani ministerium aliquibus respondere regulis et condicionibus. Mittendi videlicet sacerdotes sunt ex optimis delecti, idonei congruenterque praeparati ad particulare illud opus, quod eos manet.[138] Se inserere debebunt in novum statum Ecclesiae, quae ipsos suscipit animo sane aperto ac fraterno et unicum constituent cum ministris localibus presbyterium uno praeside Episcopo.[139] Exoptamus proinde Nos ut missionale sacerdotum dioecesanorum ministerium inter Ecclesiarum antiquarum presbyteros augeatur interque recentiores Ecclesias similiter foveatur.

[136] *Allocutio* ad eos qui plenario coetui Congregationis pro Gentium Evangelizatione interfuerunt, 14 Aprilis 1989, 4: *AAS* 81 (1989), 1140.

[137] *Nuntius* pro Mundiali Die Missionali 1982: *Insegnamenti* V/2 (1982), 1879.

[138] Cf. CONC. OEO. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 38; S. CONGREGATIO PRO CLERICIS, Notae directivae *Postquam Apostoli,* 24-25: *I. mem.,* 361.

[139] Cf. SACRA CONGREGATIO PRO CLERICIS, Notae directivae *Postquam Apostoli,* 29: *I. mem.,* 362 s.; CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 20.

MISSIONARIA CONSECRATIONIS FECUNDITAS

69. In Spiritus inexhaustis multiplicibusque divitiis vocationes reponuntur Institutorum consecratae vitae, quorum quidem sodales, « cum vi ipsius consecrationis sese servitio Ecclesiae dedicent, obligatione tenentur ad operam, ratione suo instituto propria, speciali modo in actione missionali navandam ».[140] Illustrat historia merita egregia religiosarum Familiarum in fide propaganda necnon in novis conformandis Ecclesiis: nec solum antiquorum Institutorum monasticorum et Ordinum Mediae Aetatis, verum nostrae etiam aetatis Congregationum.

a) Concilium sectantes ipsum, vitae contemplativae Instituta rogamus ut inter novellas Ecclesias constituant communitates, unde « praeclarum testimonium maiestatis et caritatis Dei, necnon et unionis in Christo, inter non-christianos reddant ».[141] Quae porro praesentia in orbe maxime non christiano beneficia gignit, illis praesertim in regionibus ubi plurimi aestimant religiones ipsae vitam contemplativam ob ascesim eius inquisitionemque Absoluti.

b) Caritatis vero immensa spatia et nuntiationis evangelicae, educationis christianae, culturae et mutuae coniunctionis erga pauperes, segregatus, oppressos aperiuntur vitae activae Institutis. Ea quidem Instituta, sive finem stricte missionalem prosequuntur sive minus, debent se ipsa interrogare sintne parata ac prompta ut actuositatem suam in expansionem Regni Dei inter Gentes extendere valeant. Huic quidem necessitati temporibus hisce recentioribus satis est factum a compluribus Institutis; at velimus melius necessitas illa ponderatur et consummetur per verum quoddam ministerium. Perficere Ecclesia debet ut magna illa Evangelii bona percipiantur quae secum gerat; nec quisquam ea efficacius testificatur, quam qui vitam profitetur consecratam in castitate paupertate et oboedientia atque in caritatis perfectione, tum etiam in ab-

[140] *C.I.C.*, can. 783.

[141] Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 40.

soluta sui donatione Deo ipsi et in plena promptitudine ad homini socie ta tique secundum Christi exemplum inserviendum.[142]

70. Particulatim vero aestimationem magnam significamus erga missionarias religiosas in quibus virginitas propter Regnum in multiplicatus maternitatis transit fructus secundum Spiritum : omnino missio *ad gentes* latissimam iis praebet provinciam ubi possunt « sese videlicet donare ratione universali et indivisa ».[143] Exemplum enim et actuositas mulieris virginis, caritati nempe tum in Deum tum in proximum praesertim pauperrimum consecratae, pernecessaria sunt veluti evangelicum specimen eos apud populos et culturas, ubi plurimum itineris superest mulieri faciendum ad suam promotionem humanam ac liberationem. Vehementer proin optamus ut iuvenes mulieres christianae plures hoc invitamentum percipiant sese Christo devovendi cum alacritate, ex sua consecratione vires derivando et laetitiam ad ipsum inter populos testandum, qui eum haud noverunt.

LAICI CUNCTI BAPTISMI VI MISSIONARII

71. Recentioris huiusce aetatis Pontifices magnopere momentum ipsarum partium fidelium laicorum extulerunt in missionali navitate.[144] In nostra autem Apostolica Adhortatione *Christifideles laici* consulto operam dedimus « perenni muneri Evangelium ferendi omnibus, qui hodie plura decies centena virorum mulierumque millia sunt, qui nondum Christum hominum Redemptorem agnoscunt » [145] eidemque respondenti fidelium laicorum officio. Ad universum Dei Populum pertinet missio: tametsi novae cuiusdam Ecclesiae institutio Eucharistiam poscit ideoque sacerdotale ministerium, nihilosetius missio, quae diversis quidem formis impletur, omnium opus quoque est fidelium.

[142] Cf. PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 69: *I. mem.,* 58 s.

[143] Ep. Apost. *Mulieris dignitatem* (15 Augusti 1988), 20: *AAS* 80 (1988), 1703.

[144] Cf. Pius PP. XII, Litt. Enc. *Evangelii praecones: I. mem.,* 510 ss.; Litt. Enc. *Fidei donum: l.m.,* 228ss.; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Princeps Pastorum: I.mem.,* 855 ss.; PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 70-73: *I. mem.,* 59-63.

[145] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 35: *I. mem.,* 457.

Laicorum participata industria in fidei disseminatione luculenter iam inde a primis Christianismi temporibus comprobatur, opere videlicet cum singulorum fidelium familiarumque tum communitatis totius. Hoc commemoravit Pontifex Pius XII cum in primis suis Litteris Encyclicis de missionali re historiam contexuit missionum laicalium.[146] Nec his recentissimis quidem temporibus actuosa defuit participatio missionariorum laicorum ac laicarum. Quis praeterire silentio harum missionariarum pondus maximum possit? earumve opus in domibus et scholis, in vita sociali politica et culturali ac, potissimum, ipsarum christianae doctrinae tradendae munus? Quin oportet agnoscere — id quod veri est titulus honoris — quasdam Ecclesias ex laicorum laicarumque actione esse missionali enatas.

Quam profecto traditionem Concilium Vaticanum II sanxit cum indolem totius Populi Dei missionalem collustravit, at maxime laicorum apostolatum,[147] simul peculiares explanans partes, quas laici rogantur ut missionali operi conferant.[148] Quod autem necesse est universi fideles tale communicent onus et officium, non sane agitur de sola efficientia quadam apostolica, verum de iure atque officio in baptismatis dignitate posito, quo « laici fideles triplex Iesu Christi munus : sacerdotis prophetae regis participant ipsi vicissim».[149] Quapropter ii «generali obligatione tenentur et iure gaudent, sive singuli sive in consociationibus coniuncti, allaborandi ut divinum salutis nuntium ab universis hominibus ubique terrarum cognoscatur et accipiatur; quae obligatio eo vel magis urget in adiunctis, in quibus nonnisi per ipsos Evangelium audire et Christum cognoscere homines possunt».[150] Praeterea ipsam ob naturam saecularem eorum propriam, est praecipue laicorum « res temporales gerendo et secundum Deum ordinando regnum Dei quaerere ».[151]

[146] Cf. Litt. Enc. *Evangelii praecones: I. mem.,* 510-514.

[147] Cf. Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 17.33 ss.

[148] Cf. Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 35-36.41.

[149] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 14: *I. mem.,* 410.

[150] *C.I.C.,* can. 225, 1; cf. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Apostolicam actuositatem* de apostolatu Laicorum, 6.13.

[151] CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 31; cf. *C.I.C.,* can. 225, 2.

72. Regiones vero huius praesentiae actionisque missionalis laicorum longissime patent. « Campus ... proprius est latissima eaque implicata provincia rei politicae, socialis atque oeconomicae»,[152] tam singulis in locis quam in nationibus et inter nationes. Intra Ecclesiam autem genera diversa sunt ministeriorum, munerum, functionum necnon formarum animationis ad christianam vitam. Memoramus, velut rem novam apud complures ortam Ecclesias recentiore hac aetate, permagnos sane progressus «Motuum ecclesialium», quibus vehemens est missionarius impulsus. Cum autem demisso modo hi motus in Ecclesiarum localium vitam se inserant humaniterque ab Episcopis et presbyteris in ipsas dioecesis et paroeciarum structuras suscipiuntur, verum Dei donum sunt ad evangelizationem proprieque dictam navitatem missionalem. Quocirca valide hortamur ut propagentur hi motus et adhibeantur, unde, apud iuvenes praesertim, alacris reddatur vitae christianae vis atque ipsi evangelizationi, intra multiformem complexum rationum consociandi se cum aliis et propriam proferendi mentem.

In opere igitur missionali variae sunt laicatus ipsius viae observandae earumque indoles et finis pariter serventur oportet: tales nominatim sunt laicatus missionalis consociationes, christiana voluntariorum instituta per terras, ecclesiales motus, coetus atque varii generis sodalitates obstringantur ideo ipsa hac missione *ad gentes* necnon opera cum localibus Ecclesiis consociata. Sic enim incremento laicatus maturi suorumque officiorum consocii favebitur, cuius « ad Ecclesiae plantationem ... formatio in iunioribus Ecclesiis veluti essentiale ac primarium elementum habenda est ».[153]

CATECHISTARUM OPUS MINISTERIORUMQUE VARIETAS

73. Eos inter laicos, qui ipsi evangelizatores fiunt, primum obtinent catechistae locum. Missionarium enim Decretum hos ita depingit uti « laude dignum ... agmen illud, de opere missionum ad Gentes tam optime meritum, catechistarum scili-

[152] **PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 70: *I. mem.,* 60.**

[153] **Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 35: *I. mem.,* 458.**

cet, tam virorum quam mulierum, qui spiritu apostolico imbuti, magnis laboribus singulare et omnino necessarium adiumentum conferunt ad dilatationem fidei et Ecclesiae ».[154] Non sine causa igitur Ecclesiae traditionis antiquae, operam novae evangelizationi dantes, duplicaverunt catechistas atque catechesim ipsam auxerunt. « Catecheseos vero institutores, qui in regionibus missionali opere excolendis degunt, peculiari prorsus nomine "catechistarum" appellantur ... Sine iis profecto Ecclesiae nunc floren tes aedificatae non essent».[155]

Ministeria ecclesialia et extraecclesialia quamquam ipsa geminantur, catechistarum tamen munus suam servat necessitatem propriasque qualitates: sunt catechistae opifices singulariter exercitati, testes directi, evangelizatur es quibus nihil substitui potest, qui christianarum communitatum praecipuam efficiunt potentiam maxime apud Ecclesias iuniores, perinde ac saepius Nos in missionariis itineribus Nostris adfirmavimus ipsique rursus comprobavimus. Eorum praeterea officia et dotes et necessarias virtutes novus agnoscit Iuris Canonici Codex.[156]

Verum oblivisci nemo potest catechistarum opus usque difficilius evadere ac plura simul poscere propter ecclesiales et culturales rerum mutationes quae hodie contingunt. Hoc etiam tempore valet illud plane quod Concilium iam suasit: nempe accuratior educatio doctrinalis et paedagogica, continuata spiritalis apostolicaque renovatio, « status vitae decens et securitas socialis » catechistis procurandus.[157] Interest pariter provehere scholarum pro catechistis constitutionem et confirmationem quae, ab Episcoporum Conferentiis adprobatae, titulos studiorum concedant iisdem a Conferentiis publica auctoritate agnitos.[158]

[154] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 17.

[155] Adhort. Apost. *Catechesi tradendae,* 66: *I. mem.,* 1331.

[156] Cf. can. 785, 1.

[157] Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 17.

[158] Cf. Coetus plenarius Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione anno 1969 habitus de catechistis et eiusdem «Istruzione» mense Aprili 1970 data: *Bibliografia missionaria* 34 (1970), 197-212, ei *B.C. de Propaganda Fide Memoria Rerum,* III/2 (1976), 821-831.

74. Meminisse vero cum catechistis oportet reliquas item ministerii formas pro Ecclesiae vita ac missione ceterosque ministros qui nominatim sunt: precationis animatores et cantus et liturgiae, communitatum ecclesialium "de basi" duces ac biblicorum circulorum, operum caritatis moderatores, administratores Ecclesiae bonorum, diversorum ductores sodaliciorum apostolicorum, religionis in scholis praeceptores. Sui insiuper aliquam temporis partem Ecclesiae universi christifideles laici devovebunt congruenter videlicet suae fidei viventes.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE ET ALIAE MISSIONALIS NAVITATIS STRUCTURAE

75. Auctores se ipsi effectoresque pastoralis missionalis actuositatis coniunctos sentiant ea quidem communione quae corporis est propria mystici. Hoc enim ipsum Christus intra Cenam novissimam est precatus: «Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat quia tu me misisti» (*Io* 17, 21). Qua porro in communione est fundamentum situm missionis ipsius fecunditatis.

At adspectabilis quoque et ordinata communio est Ecclesia; quam ob rem postulat sibi missio exteriorem etiam beneque constitutam iunctionem variorum inter se munerum atque officiorum ut omnes « unanimiter ad aedificationem Ecclesiae vires impendant ».[159]

Congregationis missionariae est « dirigere et coordinare ubique terrarum ipsum opus gentium evangelizationis et cooperationem missionariam, salva Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus competentia ».[160] Ab ea itaque « susci ten tur et secundum urgentiores necessitates regionum distribuantur missionarii disponatur ordinata operandi ratio, profluant normae directivae et principia pro evangelizatione adaptata, den-

[159] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 28.

[160] Const. Apost. *Pastor bonus* de Romana Curia (28 Iunii 1988), 85: *AAS* 80 (1988), 881; cf. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 29.

tur impulsus ».[161] Facere ideo ipsi non possumus quin hasce singulas corroboremus prudentes sane provisiones: ut enim denuo *ad gentes* missio concitetur, opus aliquo instituto est, unde res incitentur dirigantur ordinentur, quod sane est Congregatio pro Gentium Evangelizatione. Hinc episcoporum Conferentias earumque simul corpora cohortamur, tum etiam Superiores maiores Ordinum et Congregationes atque Instituta, necnon laicorum compages in missionali navitate versantia, fideliter ut cum memorata Congregatione missionaria communiter operentur cui scilicet satis est auctoritatis ut per terrarum orbem disponat actionem missionalem adiutricemque operam et regat.

Eadem vero Congregatio, quippe quae rerum longam sibi comparaverit ac praeclaram experientiam, illuc quidem destinatur ut maximi momenti partes expleat in ipsa consiliorum ponderatione efficacique exsecutione, quorum indiget Ecclesia ut firmius sese ad missionem diversis sub formis conferat. Huius ergo rei gratia arcta vincula excolere debet Congregatio cum ceteris Sedis Apostolicae Dicasteriis, cum Ecclesiis particularibus necnon cum ipsis missionalibus copiis. In ecclesiologia communionis, ubi omnis est missionaria Ecclesia at simul etiam necessariae manent vocationes institutionesque propriae operis ipsius *ad gentes,* suum pondus momentumque tenet in ducendo disponendoque Congregatio missionaria, ut occurratur communiter magnis quidem quaestionibus communis causae, servatis sane iuribus cuiusque auctoritatis et structurae.

76. Ut vero dirigantur atque componantur varia opera missionalia tum nationum tum regionum multum valent episcoporum Conferentiae earumque consociationes. Ab iis petit Concilium ut « communi consilio graviores quaestiones et problemata urgentia tractent, quin tamen differentias locales neglegant »,[162] nec minus totam inculturationis difficultatem. Re enim vera viget ampla iam ordinataque actio in hoc rerum campo

[161] CONO. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 29; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Const. Apost. *Pastor bonus,* 86: *I. mem.,* 882.

[162] Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 31.

cuius comparent fructuosi effectus. Actio haec multiplicanda est meliusque copulanda cum opere aliorum institutorum earundem Conferentiarum, ne missionalis cura uni soli tradatur parti aut instituto, sed ut ab omnibus aequabiliter participetur.

Eadem autem debent instituta et corpora, quae missionalem procurant actionem, coniungere opportune vires suas inceptaque. Conferentiae autem Superiorum Maiorum idem suscipiant officium suos intra fines et cum episcoporum Conferentiis conspirantes secundum praescriptiones normasque iam statutas,[163] in auxilium advocatis etiam commissionibus mixtis.[164] Conventus praeterea suadentur modique sociatae operae inter diversa instituta missionaria, quantum nempe ad educationem spectat ac studium[165] et ad apostolicam quoque navitatem explicandam.

CAPUT VII

OPERAE MISSIONARIAE COMMUNICATIO

77. Baptismi ipsius virtute membra Ecclesiae, universi christiani communes simul sunt missionalis operae auctores. Participatio namque, quam habent communitates singulique fideles, huius iuris officiique, nominatur « cooperatio missionaria ».

Inde quidem vivit ibique radices agit talis cooperatio potissimum quod quisque ipse singillatim cum Christo iungitur: fructus enim bonos adferre tum tantum valent si cum illo cohaerent tamquam cum vite palmites (cf. *Io* 15, 5). Vitae sanctimonia unumquemque sinit christianum in Ecclesiae opere esse frugiferum : « Sacra Synodus omnes ad profundam renovationem interiorem invitat, ut vivam conscientiam propriae responsabilitatis in Evangelii diffusione habentes partes suas assumant in opere missionali apud Gentes ».[166]

[163] Cf. *ibid.,* 33.

[164] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae* (6 Augusti 1966), 2, 43: *AAS* 58 (1986), 782.

[165] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 34; PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* 3, 22: *I. mem.,* 787.

[166] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 35; cf. *C.I.C.,* cann. 211.781.

Missionis ergo universalis communicatio non ad sola quaedam singularia redigitur incepta sed signum fidei maturitatis est vitaeque ipsius christianae quae parit fructus. Credens itaque homo suae caritatis fines dilatat curamque sollicitam demonstrat erga eos qui procul sunt, haud secus ac qui sunt prope: precatur pro missionibus necnon missionalibus vocationibus; missionarios adiuvat, quorum studiose operam prosequitur eosque redeuntes illo cum gaudio complectitur, quo pristinae christianorum communitates ex Apostolis mirabilia accipiebant quae eorum per praedicationem effecerat Dominus (cf. *Act* 14, 27).

PRECATIO ET SACRIFICIA PRO MISSIONARIIS

78. Inter participationis modos primum sibi vindicat locum spiritale auxilium: precatio, sacrificium, testificatio christianae vitae. Iter enim missionariorum comitetur oportet precatio ut Verbi nuntius divina gratia efficiens reddatur. Suis in Epistulis obsecrat crebro Sanctus Paulus fideles ut pro se fundant preces unde sibi permittatur Evangelium cum fiducia et libertate adnuntiare.

Cum precatione autem necesse est sacrificium iungatur: salvifica quidem virtus omnis doloris, qui accipitur Deoque offertur amanter, ex Christi profluit sacrificio qui sui corporis mystici membra hortatur ut se cum ipsius passione consocient eamque in carne propria adimpleant (cf. *Col* 1, 24). Missionariorum sacrificia communicari debent cum sacrificiis fidelium iisque suffulciri. Quapropter iis qui pastorale suum persequuntur ministerium inter aegrotantes suademus ut eos rite instituant de doloris praestantia, hortenturque ut illum Deo pro missionariis offerant. Hac profecto oblatione fiunt aegri vicissim ipsi missionarii, quem ad modum inculcant quidam pietatis motus inter eos ac pro iis coorti. Apud nonnullas communitates Pentecostes quoque sollemnitas — principium nempe Ecclesiae missionis — celebratur velut « doloribus offerendis dies pro missionibus ».

«ECCE EGO, DOMINE, MITTE ME» (cf. *Is* **6, 8)**

79. Adiutrix vero opera praecipue significatur missionariis vocationibus provehendis quae illius sunt necessaria pars. Hac in re agnoscenda omnino est valida vis diversarum navitatis missionalis rationum; eodem tamen tempore iterum est adfirmandus ipse principatus donationis plenae ac perpetuae in missionum opus, praesertim in missionariis Institutis et Congregationibus tam virorum quam mulierum. Talium sustentatio vocationum animus ipse est illius participationis: nuntiatores postulat Evangelii nuntius; messis requirit messores; perficitur missio in primis per viros mulieresque Evangelii operi totam in vitam deditos ac paratos ut in omnem exeant orbem salutem portaturi.

Commemorare rursus ideo cupimus et commendare hanc sedulam curationem vocationum missionariarum. Conscii nempe nobis universi illius christianorum officii, quo suas ad partes missionali operi progressuique populorum pauperum conferendas obstringuntur, interrogare ipsi nos debemus cuncti cur pluribus in Nationibus, crescentibus quidem candidatorum numeris, periculum tamen subsit ne missionariae vocationes evanescant quae veram regulam sive mensuram praebent donationis pro fratribus. Documentum namque vigoris alicuius Ecclesiae certum sunt ad sacerdotium vitamque consecratam vocationes.

80. Gravem hanc ponderantes Nos difficultatem convertimus monitum nostrum peculiari cum fiducia amoreque ad familias singulas et iuvenes. Noverint domus potissimumque parentes debere videlicet se conferre « ad missionalem causam Ecclesiae, cum inter filios filiasque suas missionalem fovent vocationem ».[167]

Intentae precationis vita acerque sensus ministerii erga proximos et magnanima operum ecclesialium participatio familiis opportunitates ministrant idoneas iuvenum vocationi. Quotiens enim sinere voluerint parentes ut filiorum suorum quis ad missiones proficiscatur, quotiens a Domino talem poposce-

[167] Adhort. Apost, post-synodalis *Familiaris consortio,* 54: *l. mem.,* 147.

rint gratiam, compensabit ipse hoc illis ex magna laetitia, nempe quo die eorum filius aut filia vocantem eum audiverit.

Ab adulescentibus ipsis petimus ut Christi exaudiant vocem qui iis dicit, haud secus ac Simoni Petro quondam et Andreae in lacus ripa : « Venite post me, et faciam vos piscatores hominum » *(Mt* 4, 19). Utinam et iis fortitudo sit ut Isaiae similes respondeant: «Ecce ego, mitte me» *(Is ê,* 8). Coram sese vitam conspicient admirabilem cognoscentque porro verum gaudium « bonum nuntium » patefaciendi fratribus ac sororibus, quos in viam perdticent salutis.

« BEATIUS EST MAGIS DARE QUAM ACCIPERE ! » *(A et* 20, 35)

81. Plura exsistunt rerum pecuniarumque necessitates quas missiones habent : non modo ut condatur Ecclesia minimis cum structuris (quales sunt sacrae aedes, scholae catechistarum ac seminaristarum, domus), sed ut opera etiam sustententur caritatis, educationis humanaeque promotionis — vastissimus quidem actuositatis campus maxime in pauperibus Nationibus. Quod recepit reddit missionaria Ecclesia; tribuit indigentibus quod filii bonis ditiores concesserunt liberaliter ei. Hoc propterea loco et tempore gratias Nos referre singulis illis volumus, qui propria cum iactura res largiuntur missionali operi : eorum quippe sacrificia et adiumenta pernecessaria sunt ut Ecclesia exstruatur ac testimonium caritatis reddatur.

De talibus vero rerum auxiliis magni interest animum ipsum considerari quo donentur. Recognoscenda est ipsa vivendi ratio: expetunt enim missiones non opes solas, verum nuntiationis et caritatis in proximos communicationem. Quaecumque a Deo quidem percepimus — tam vitam quam terrestria bona — haud nostra sunt at in usum nobis commodata. Necesse ideo est liberalitas dandi illuminetur semper fide inciteturque; tum vere beatius dare erit quam recipere.

Missionalis Dies Universalis, cuius videlicet non solum est acuere animos ad missionalem causam sed subsidia etiam colligere, eventus magni ponderis in vita est Ecclesiae, quoniam docet quo pacto sit donandum: *in* eucharistica celebratione, instar doni Deo dati, ac *pro* cunctis mundi missionibus.

NOVAE MISSIONALIS COOPERATIONIS RATIONES

82. Hodie sane ampliatur cooperatio formis novis, non tantum nummario incluso quidem adiutorio, sed proxima quoque actuositate. Nova adiuncta, cum veritate vitae maxime mobilis cohaerentia, a christianis verum deposcunt missionalem adfectum.

Peregrinationes voluptatis causa omnem iam per orbem nunc ab hominum suscipiuntur multitudinibus suntque bonae, si animo quidem erga ceteros observan ti peraguntur ad mutuam locupletationem culturalem, omni declinata rerum ostentatione ac profusione hominumque conquisita consortione. Verum rogantur christiani sibi semper ut conscii sint fidei et caritatis Christi se esse debere testes. Fidem pariter potest cognitio directa missionalis vitae novarumque communitatum christianarum locupletare ac redintegrare. Laudantur proinde itinera ad missiones, inita potissimum a iuvenibus, qui illuc se serviendi gratia recipiunt et christianam vitam valide simul experiendi.

Operis hodie necessitates inducunt multos communitatum iuniorum christianos in regiones ubi ignoratur christianum nomen, quin immo interdum vetatur vel vexatur. Hoc etiam christifidelibus evenit Civitatum antiquae traditionis christianae, qui in Nationibus non christianis opus ad tempus faciunt. Condiciones nimirum hae totidem opportunitates sunt ut ex fide vivatur eaque affirmetur. Primis namque saeculis christiana religio idcirco praesertim propagabatur, quod itinera facientes christiani considentesque in provinciis, in quibus nondum erat Christus praedicatus, suam fortiter profitebantur fidem ibidemque primas moliebantur communitates.

Multo tamen plures sunt cives Nationum missionis ad religionesque non christianas pertinentes, qui studiorum et operis gratia in aliis resident Civitatibus, aut qui politicis vel oeconomicis comprimuntur condicionibus locorum natalium. Horum quidem fratrum commoratio in antiquae christianitatis Nationibus provocat ipsas ecclesiales communitates quas nempe ad dialogum et ministerium, ad hospitalitatem et participationem, ad testificationem et directam nuntiationem in-

citat. Re vera in christianis quoque Civitatibus sodalicia humanitatis atque culturae instituuntur quae missionem proponunt *ad gentes;* et locales Ecclesias, adiuvantibus etiam personis; quae ex immigrantium Nationibus venerunt, aut reducibus missionariis, magno animo tractare oportet haec rerum adiuncta.

Item potest cooperatio missionalis obligare qui rem publicam et oeconomicam tractant, culturam et diurnarium opus, praeter peritos apud varia omnium gentium Instituta. In huius temporis mundo difficilius usque definiuntur limites inter geographicas culturalesque regiones: maior nempe increscit coniunctio mutua inter populos quae ad christianam permovet testificationem et evangelizationem ipsam.

MISSIONALIS ANIMATIO AC FORMATIO POPULI DEI

83. Opus localis Ecclesiae est institutio missionalis cum auxilio quidem missionariorum ipsorum eorumque Institutorum necnon ministrorum iunioribus ex Ecclesiis. Haud vero est haec industria existimanda velut in vitae christianae margine versari, sed medio in eius puncto. Ad ipsam item novam evangelizationem gentium christianarum hoc missionale argumentum potest plurimum adferre quidem adiumenti : etenim missionariorum testimonium adtrahentem vim suam inter longinquus et non credentes similiter servat bonaque transvehit Christiana. Ecclesiae ideo locales missionalem hanc animationem, tamquam praecipuum quoddam elementum ordinariae suae actionis pastoralis, inserant in paroecias, consociationes et coetus iuvenum praesertim.

In hoc autem propositum proficit ante omnia informatio per scripta et opuscula missionalia ac varia simul audiovisiva subsidia. Permagnum momentum prae se ferunt haec instrumenta, quandoquidem efficiunt ut et Ecclesiae universalis vita cognoscatur et voces atque experientiae missionariorum localiumque Ecclesiarum ubi illi operantur. Necesse itaque est inter iuniores Ecclesias, quae nondum se instruere valent talibus scriptis periodicis aliisque subsidiis, dedant missionalia Instituta homines et opes hisce coeptis.

Ad hanc porro institutionem arcessuntur sacerdotes eorumque adiutores, educatores et magistri, theologi maximeque doctores in seminariis atque sedibus laicalis formationis. Nec potest neque quidem debet theologica eruditio universale Ecclesiae munus praeterire nec oecumenismum, non investigationem religionum diffusarum nec missiologiam. Admonemus hinc ut praesertim apud seminaria domusque praeparationis religiosorum ac religiosarum tale peragatur studium operaque detur ut aliqui sacerdotes vel discipuli et discipulae peculiariter variis in scientiarum missiologicarum provinciis educentur.

Animationis autem opera sua semper ad proposita erunt dirigenda: ut doceant formentque Populum Dei universalem ad Ecclesiae missionem, ut vocationes *ad gentes* gignant, ut adiutricem evangelizationis curam pariant. Non enim licet imminutam praebere operis missionalis speciem, quasi ante omnia opitulatio sit pauperum, sustentatio oppressorum liberationis, progressus incitatio, iurium vindicatio humanorum. Sese quidem missionaria Ecclesia dedit hisce pariter causis, verum tamen princeps eius aliud est munus : pauperes Deum esuriunt non panem dumtaxat ac libertatem; et missionalis actuositas in primis testari debet ac praedicare in Christo salutem, locales condendo Ecclesias, quae deinceps evadant instrumenta liberationis quomodocumque acceptae.

PONTIFICALIUM OPERUM MISSIONALIUM PRINCIPALE OFFICIUM

84. Eodem in hoc animationis negotio primae sane partes ad Pontificalia Opera Missionalia pertinent, perinde ac saepius in Nuntiis adfirmavimus pro Missionali Die mundiali. Quae nominatim quattuor opera — a Propagatione Fidei, a Sancto Petro Apostolo, a Sancta Infantia, et Unio Missionalis — communem persequuntur finem ut missionalem animum universalem intra Dei Populum disseminent. Proximum autem propriumque propositum sectatur Unio Missionalis ut missionali sensu imbuantur riteque ad missionem instruantur sacerdotes, religiosi ac religiosae, qui ipsi vicissim idem efficere inter christianas communitates debent; illa insuper ad reliqua spec-

tat opera provehenda, quorum est veluti anima.[168] « Summum hoc sit praeceptum oportet: Ecclesiae universae universi ad mundi conversionem ».[169]

Quoniam Opera haec Romani Pontificis sunt et Collegii episcopalis, etiam intra fines Ecclesiarum localium istis « iure primus locus tribui debet quippe quae media sunt tum ad catholicos inde ab infantia sensu vere universali et missionario imbuendos, tum ad excitandam efficacem collectionem subsidiorum in bonum omnium Missionum pro cuiuscumque necessitate ».[170] Alius dein Operum Missionalium finis est vocationes *ad gentes* in vitaeque perpetuitatem suscitare tam apud antiquas quam inter iuniores Ecclesias. Vehementer ideo cohortamur suum ut ministerium animationis magis magisque hanc in partem intendant.

Pendent autem, in opere suo explendo, haec Opera in universo terrarum orbe a Congregatione pro Gentium Evangelizatione; at singulis in locis a Conferentiis episcopalibus dependent Episcopisque cuiusque Ecclesiae, dum industriam suam consociant cum vigentibus iam institutis animationis: spiritum namque illum universalis missionis necnon ministerii pro missione, sine quo nulla datur vera cooperatio, inferunt totum in catholicum mundum.

MISSIONI NON SOLUM TRIBUERE, VERUM ACCIPERE ETIAM

85. Adlaborare missioni non dare dumtaxat significat, sed scire aequabiliter recipere: etenim cunctae particulares vocantur Ecclesiae, et iuniores et antiquiores, ut res concedant atque suscipiant pro universali missione nec earum quaevis in se circumcludi debet. « Vi huius catholicitatis » — inquit Concilium — « singulae partes propria dona ceteris partibus et toti Ecclesiae afferunt, ita ut totum et singulae partes augeantur ex omnibus invicem communicantibus et ad plenitudinem

[168] Cf. PAULUS PP. VI, Ep. Apost. *Graves et increscentes* (5 Septembris 1966): *AAS* 58 (1966), 750-756.

[169] P. MANNA, *Le nostre «Chiese» e la propagazione del Vangelo,* Trentola Ducenta 1952², 35.

[170] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Ad Gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 38.

in unitate conspirantibus ... Inde denique inter diversas Ecclesiae partes vincula intimae communionis quoad divitias spirituales, operarios apostolicos et temporalia subsidia ».[171]

Omnes ideo Ecclesias exhortamur ac Pastores, sacerdotes et religiosae vitae sodales, fideles, ut Ecclesiae universalitati se recludant omnemque simul rationem studii sui particularis et reliquorum exclusionis fugiant sicut et illam cogitationem — sibi sese sufficere. Etiamsi locales Ecclesiae suo in populo agunt radices genereque in proprio culturae, nihil tamen minus fovere re ipsa hunc debent universalem fidei sensum, ceteris Ecclesiis spiritalia largiendo dona ab iisque percipiendo una cum pastoralibus experientiis primi nuntii atque evangelizationis et cum apostolicis operariis opibusque.

Proclivitas enim ad se reliquis abalienandum potest vehementer quidem premere: vetustae Ecclesiae, operam novae evangelizationi navantes, arbitrantur iam missionem se domi suae procurare debere, ubi simul exstat periculum ne operis impetus in mundum non christianum impediatur et aegre vocationes committantur missionariis Institutis, religiosis Congregationibus, aliis Ecclesiis. Verum liberaliter quod nostrum est dilargiendo, recipiemus vicissim, iamque hodie Ecclesiae iuniores, quarum non paucae mirandum experiuntur vocationum florem, ad communitates vetustiores mittere valent sacerdotes et religiosos religiös asque.

Aliunde vero ipsae difficultatem patiuntur identitatis suae et inculturationis et libertatis sine impulsionibus extrariis crescendi; unde fieri sane potest ut ostia missionariis occludant. Hisce dicimus Ecclesiis: Nolite vos circumcludere! sed libentes missionarios aliarum Ecclesiarum auxiliaque suscipite I et ipsae eos in mundum mitti te ! Propter difficultates illas, quibus coartamini, necesse est consortionem teneatis cum fratribus ac sororibus fidei perpetuam. Omni efficite ope ut libertas praevaleat cuius ius vobis est atque illud mementote : Christi discipulos « oboedire oportere Deo magis quam hominibus » (*Act* 5, 29).

Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 13.

VERE EVANGELII NOVUM PRAEPARAT DEUS

86. Si primo quodam^intuitu hodiernus inspicitur mundus, complura infelicia oculos percellunt quae inducere possint animum omnia in pessimam partem interpretan tem. At sine causa est hic sensus: fidem enim nostram in Deo Patre ac Domino eiusque reponimus in bonitate ac misericordia. Impenden te iamiam ter millesimo Redemptionis anno, magnificum ver novum christianae rei comparat Deus cuius nunc dispicitur aurora. Simul enim in regionibus non christianis simul in antiquitus iam christianis appropinquant paulatim populi ad proposita ac bona Evangelii quibus enititur Ecclesia suffragari. Conspiratio enim et consensio gentium de iis bonis deprehenditur : violentiae et belli repudiamone ; personae humanae eiusque iurium observantia; libertatis iustitiae fraternitatis appetitione; proclivitate ad stirpium ac nationum discriminis superationem; dignitatis et aestimationis mulieris confessione.

Christiana nos spes sustentat penitus nos dedentes evangelizationi novae ac missioni universali facitque ut, quem ad modum docuit nos Iesus, precemur : « adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra » *(Mt* 6, 10).

Christo adhuc innumerabiles praestolantur homines: spatia quippe illa hominum et culturae, quae evangelicus nuntius nondum attigit, vel in quibus Ecclesia raro operatur, adeo lata longaque sunt, ut cunctae ipsius opes et copiae colligi debeant. Se ideo dum Ecclesia ad anni bis millesimi iubilaeum parat, magis etiam operam suam novo eventui missionali navat. In nobis sollicitam diligentiam excolere par est communicandi videlicet cum aliis et lucem et fidei laetitiam; ad quod praeclarum propositum omnis est nobis Dei Populus educandus.

Dedecet placidos requiescere nos, si quidem plura illa centena milia cogitemus fratrum ac sororum, similiter Christi sanguine redemptorum, qui vitam degant Dei ignorantes amorem. Singulis ergo credentibus, haud secus atque Ecclesiae universae, missionalis causa omnium prima esse debet, cum aeternam respiciat hominum sortem consilioque arcano ac misericordi Dei respondeat.

CAPUT VIII
SPIRITUALITAS MISSIONALIS

87. Peculiarem propriamque omnino spiritualitatem postulat missionale opus quae nominatim omnes tangit quotquot vocavit Deus ut missionarii sint.

SINERE A SPIRITU SE DUCI

Huius autem modi spiritualitas inde maxime exprimitur, si erga Spiritum prorsus dociliter vivitur: docilitas enim obligat ut quis interius se ab eo formari patiatur, quo magis ac magis Christo conformis reddatur. Nemo enim Christum testificari valet, quin eius simul referat imaginem, quae in nobis gratia operaque Spiritus vivificatur. Animus praeterea erga Spiritum docilis obstringit ad dona percipienda fortitudinis et sapientiae, quae partes sunt eiusdem spiritualitatis plane necessariae.

In exemplum praefulget Apostolorum casus qui, volvente publica Magistri vita, tametsi eum diligebant magnoque studio respondebant ei vocanti, non potuisse clare videntur ipsius intellegere dicta invitique illum in doloris et contumeliae via sectabantur. Postmodum tamen ipsos transfiguraturus erat Spiritus in fortes Christi testes necnon illuminatos eius Verbi nuntiatores: Spiritus nempe erat eos per ásperas novasque missionis vias perducturus.

Hodie haud minus difficilis exsistit et implexa missio, quam prioribus aetatibus, eandemque poscit fortitudinem lucemque Spiritus: crebro enim subimus primae communitatis christianae sollicitudinem coram qua increduli et hostiles homines ((convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius » *(Act* 4, 26). Sicut illo tempore, hodie item precandum est ut audaciam nobis Deus concedat qua Evangelium proclamemus; opus est arcanas Spiritus perscrutari vias ac permittere ut in omnem nos deducat veritatem (cf. *Io* 16, 13).

[172] CONO. OEO. VAT. Il, Decretum *Ad gentes* de activitate missionali Ecclesiae, 24.

MYSTERIUM VIVERE « CHRISTI MISSI »

88. Necessaria proprietas missionalis spiritualitatis est intima cum Christo communio: comprehendi non potest nec vivendo impleri missio, si non ad Christum refertur uti missum evangelizandi ergo. Eius sic Paulus adfectus explanat : « Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus; et habitu inventus ut homo, humilia vi t semetipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis » *(Philp* 2, 5-8).

Incarnationis his redemptionisque depingitur mysterium, tamquam plena sui ipsius exinanitio, quae Christum adducit ut pro humana condicione plane vivat ad extremumque usque Patris adhaereat consilio. De exinanitione agitur, quae tamen amore pervaditur et aperit amorem. Eandem ideo hanc viam missio percurrit metamque suam sub Cruce attingit.

A missionario petitur ut velit « renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et omnibus omnia sese facere » :[172] in paupertate, quae liberum eum reddit pro Evangelio, in abalienatione ab hominibus bonisque sui loci ut fratrem se praebeat iis ipsis, ad quos est missus, quibus scilicet Christum portet salvatorem. Huc denique dirigitur spiritualitas missionarii: «factus sum infirmis infirmus...; omnibus omnia factus sum, ut aliquos utique facerem salvos. Omnia autem facio propter evangelium » *(1 Cor* 9, 22-23).

Idcirco plane quod est « missus », consolantem experitur missionarius Christi praesentiam qui omni vitae ipsius momento ei comitatur: «Noli timere..., quia ego sum tecum» *(Act* 18, 9-10) eique in hominis cuiusque corde praestolatur.

ECCLESIAM HOMINESQUE DILIGERE SICUT EOS DILEXIT CHRISTUS

89. Missionaria spiritualitas similiter apostolica caritate distinguitur, Christi nempe illa propria, qui venit « ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum » *(Io* 11, 52), Boni Pastoris suas qui oves cognoscit easque conquirit et pro iis

vitam tradit suam (cf. *Io* 10). Cuicumque missionalis est adiectio, Christi percipit ardens animarum studium et Christi more amat Ecclesiam.

« Zelo animarum » impellitur missionarius, qui ex ipsa Christi caritate oritur quae consistit ex attenta consideratione et teneritate, ex misericordia et benignitate, ex alacritate et curatione difficultatum hominum. Altissimus est Christi amor : is enim qui « sciebat quid esset in homine » *(Io* 2, 25), omnes diligebat, quibus redemptionem offerebat, atque dolebat cum ea reiciebatur.

Homo caritatis est missionarius : singulis ut fratribus nuntiare possit — eos a Deo amari posseque Deum eos vicissim amare —, erga omnes testari caritatem débet vita pro proximis profundenda. Est missionarius **u** frater universalis»; Ecclesiae in se gerit animum eiusque mentem apertam ac studium universis de populis cunctisque de hominibus, praesertim parvis et egenis. Qua talis fines excedit divisionesque stirpium et ordinum socialium et opinionum: signum Dei est amoris in mundo, qui amor ipse est sine ulla exclusione aut studio.

Postremo, quem ad modum Christus, Ecclesiam oportet ille diligat : « Christus dilexit ecclesiam et seipsum tradidit pro ea » *(Eph* 5, 25). Amor ille, qui etiam ad animam propellitur fundendam, missionario est caput ad quod reliqua referantur. Solus in Ecclesiam amor magnus fervorem missionarii valet fulcire ; instantia eius cotidiana — uti ait Sanctus Paulus — est « sollicitudo omnium ecclesiarum » *(2 Cor* 11, 28). A quovis missionario ((fidelitas... erga Christum a fidelitate erga Ecclesiam suam seiungi nequit ».[173]

SANCTUS VERUS EST MISSIONARIUS

90. Vocatio ad missionem suapte natura ex ipsa ad sanctitatem vocatione promanat. Quisque missionarius revera talis est modo si viae sese commendat sanctimoniae : « Sanctitas

[173] CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Presbyterorum ordinis* de Presbyterorum ministerio et vita, 14.

essentiale praesuppositum dici debet et insubstituibilis condicio ad missionem salutis in Ecclesia complendam ».[174]

Nexu igitur stricto adligatur universalis ad sanctitatem vocatio cum vocatione ad missionem universali: destinatur quippe christifidelis omnis ad sanctimoniam missionemque. Hoc ferviduiri est Concilii desiderium, cum vehementer exoptat « omnes homines claritate Eius, super faciem Ecclesiae resplendente, illüminari, omni creaturae Evangelium annuntiando (cf. *Me* 16, 15) ».[175] Iter quoddam ad sanctitatem missionalis est Ecclesiae spiritualitas.

Novus hic impulsus in missionem *ad gentes* sanctos requirit missionarios. Haud enim rationes pastorales renovare sufficit nec ordinare et componere melius ecclesiales copias neque accuratius fundamenta fidei biblica et theologica scrutari : opus potius est novum excitare « sanctitatis ardorem » inter missionarios totaque in christiana communitate, maxime vero inter eos qui propiores sunt missionariorum adiutores.[176]

Fratres ac Sorores carissimi, missionale studium primar um communitatum christianarum nobiscum animo revolvamus! Quamquam paucissima illo tempore reperiebatur vecturae commerciique véhicula et instrumenta, brevi tamen evangelicus nuntius ad extremos pertigit orbis fines. Et erat religionis nuntius de Homine in cruce emortuo, quem praedicabant, « Iudaeis quidem scandalo, gentibus autem stultitia » *(l Cor* 1, 23) ! Suberat quidem huic concitatae virtuti missionali primorum christianorum sanctitas et primarum communitatum.

91. Hanc ob rem compellamus baptizatos et baptizatas iuniorum communitatum et Ecclesiarum. Vos his diebus spem prae vobis fertis nostrae huius Ecclesiae, quae duo milia iam vivit annorum: cum fide iuvenes sitis, primos imitari debetis christianos et circum vos fervorem diffundere et magnanimitatem in alacri quadam donatione Deo facta atque proximo; brevi,

[174] Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici,* 17: *I. mem.,* 419.

[175] Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 1.

[176] Cf. *Allocutio* ad episcopos Consilii Episcopalis Latini Americani in urbe Portu Principis habita, 9 Martii 1983: *AAS* 75 (1983), 771-779; *Homilia* ineunte novenario promoto a Consilio Episcopali Latino Americano Dominicopoli, 12 Octobris 1984: *Insegnamenti* VII/2 (1984), 885-897.

in viam dare vos oportet sanctitatis. Hoc uno dumtaxat modo signum Dei in mundo esse poteritis ac vestris in Nationibus missionalem renovare splendorem priscae Ecclesiae. Simul vero studii missionalis fermentum senioribus Ecclesiis adferetis.

Ipsi dein missionarii officium sanctimoniae perpendant, quam vocationis donum ab iis deposcit, singulos in dies redintegrantes se animo suamque etiam institutionem doctrinalem ac pastoralem ad tempora recentissima accommodantes. Sit quidem missionarius necesse est « contemplativus in actione ». Quaestionibus variis responsionem detegit sub Verbi Dei lumine atque in sua ipsius communitatisque precatione. Congressio illa, quam habuimus Nos cum legatis et interpretibus spiritualium traditionum non christianarum, potissimum Asiae, confirmavit Nobis futurum missionis plurimum ex ipsa contemplatione pendere. Si enim missionarius non est contemplativus, Christum credibili modo nuntiare nequit. Dei namque experientiae ipse testis est, qui etiam cum Apostolis dicere posse vicissim debet: « Quod perspeximus ... de verbo vitae ... annuntiamus et vobis » (*1 Io* 1, 1-3).

Missionarius homo beatitudinum est. Prius enim quam ad evangelizandum mittat eos Iesus, Duodecim instituit, quibus missionis explicat rationes: paupertatem et mansuetudinem, dolorum vexationumque patientiam, pacis cupidinem et iustitiae, caritatem, id est ipsas Beatitudines in apostolicam deductas vitam (cf. *Mt* 5, 1-12). Etenim exsequens ipse Beatitudines experitur missionarius reque vera comprobat Regnum Dei iam advenisse illudque sese iam recepisse. Cuiuslibet verae missionalis vitae proprietas interior laetitia est ex fide proficiscens. In mundo enim sollicitato totque difficultatibus gravato, qui ad pessimam rerum interpretationem propendet, nuntiatorem « boni nuntii » hominem esse decet, qui in Christo spem invenerit solidam.

CONCLUSIO

92. Numquam ita, ut hodie contingit, tanta fuit Ecclesiae opportunitas et occasio per testimonium ac verbum universos deferendi ad homines populosque Evangelium. Illucescentem iam novam conspicamur missionalem aetatem, quae splendida fiet dies fructibusque referta, si christiani cuncti, ac missionarii ipsi potissimum iuvenesque Ecclesiae, cum magnanimitate et sanctitate appellationibus responderint et provocationibus nostri temporis huius.

Perinde ac post Christi ascensionem Apostoli, debet se in Cenáculo Ecclesia colligere cum « Maria matre Iesu » *(Act* 1, 14), ut Spiritum obsecret impetretque fortitudinem et constantiam missionale ad munus complendum necessariam. Nos quoque, multo magis quam Apostoli, transfigurandi Spiritui ac ducendi sumus.

In hoc veluti pervigilio tertii mille annorum spatii rogatur Ecclesia ut altius iam vivendo impleat Christi mysterium adlaborans grato animo ipsi salutis operi. Illud facit ea cum Maria et sicut Maria, mater atque exemplar: amoris namque materni Maria exemplum est, quo moveri eos oportet omnes, qui intra apostolicam Ecclesiae missionem hominibus regenerandis adiutricem praestent operam. Quapropter, « Ecclesia, praesentia Christi confirmata (cf. *Mt* 28, 20), ambulat in tempore, consummationem saeculorum versus, et obviam Domino procedit, qui est venturus; sed in hac via... progreditur *iter* persequens a Virgine Maria confectum ».[177]

Efficacitati proinde « Mariae intercessionis, quae vertitur tota in Christum tenditque ad illius aperiendam salutiferam virtutem »[178] Ecclesiam concredimus nominatimque omnes qui hodierno in mundo mandato se dedunt missionali perficiendo. Quem ad modum Christus suos misit apostolos in nomine Pa-

[177] **Litt. Enc. *Redemptoris Mater* (25 Martii 1987), 2: *AAS* 79 (1987), 362 s.**

[178] ***Ibid.,* 22: *I. mem.,* 390.**

tris et Filii et Spiritus Sancti, ita profecto idem nos renovantes mandatum singulis impertimur vobis in eiusdem Trinitatis Sanctissimae nomine Apostolicam Benedictionem. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die **VII** mensis Decembris — vicesimo quinto die anniversario editi conciliaris Decreti *Ad gentes* — anno MCMXC, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servae Dei Mariae a Mercede Prat y Prat beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

« Martyrium, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur Eique in effusione sanguinis conf ormatur, ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur » (Conc. Oecum. Vat. II, Constit, dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 42).

Etiam Venerabilis Serva Dei Maria a Mercede Prat y Prat Dominum Iesum, cuius amore flagrabat, cum sedulitate secuta est in consiliorum evangelicorum via et demum Calvariae via gratiamque accepit testificandi erga Deum suam fidelitatem sanguinis effusione.

Legitimorum coniugum Ioannis Prat y Serra et Teresiae Prat y Bordoy primo loco nata, Barcinone orta est die vi mensis Martii anno **MDCCCLXXX** et insequenti die baptismatis accepit sacramentum. Post iuventutem studio deditam, apostolatui et fratrum natu minorum curae, ambobus orborum parentibus, die xxvn mensis Augusti anno **MCMiv** novitiatum ingressa est Societatis Sanctae Teresiae a Iesu Dertosae et die x mensis Martii anno **MCMVII** priora religiosa vota nuncupavit. Dein praeceptioni se dedidit in variis sui Instituti ephebeis. Die x mensis Martii anno **MCMXIII** perpetuam fecit professionem et Dertosensi novitiatui est assignata. Ab anno **MCMXX** ad annum **MCMXXXVI** in Domo Principe Barcinonensi habitavit, ubi variis iuncta est mu-

niis. In sua vocatione manens, continuo crevit in fide, in Dei amore inque apostolico ardore; semper se serenarti ostendebat, fortem et iustam, pauperem, oboedientem erga superiores et Regulae observantem, incommodorum et continentiae amantem.

Belli civilis Hispanici tumultus, quod anno MCMXXXVI inierat, etiam in vitam Ecclesiae et in Instituta religiosa Barcinonensia reciderunt. Mater Maria a Mercede Prat y Prat una cum sororibus sodalibus, ut imminentem effugeret persecutionem, impulsa est ad Domum Principem relinquendam ut alio se conferret. Die xxin mensis Iulii, mane, anno MCMXXXVI, Antistita eam iussit ire ad domum sororis Mariae Teresiae. « Nos mortem obimus », sponte respondit. « Illuc ibimus tamen, quoniam id Dominus vult)). A sorore sodali comitata, eo contendit, quo ei oboedientia praeceperat. In itinere retentatae sunt ab agmine virorum armatorum, quorum dux rogavit quae essent. ((Religiosae sumus institutioni deditae », prompte et animose respondit Venerabilis Serva Dei quae, gravium periculorum conscia, quibus se obtulerat per hanc responsionem, parata erat ad ipsam mortem obeundam propter Christi amorem. Ut facile praevideri poterat, statim comprehensae sunt et, postea perquisitae, interrogatae et simulatae plumbeae glandis emissioni subiectae. Noxiae habitae quod sorores essent et christianam docuissent doctrinam, autochamulco ductae sunt in locum secretum viae ((Rabassada » ibique ignivoma manuballista petitae. Graviter ictae, illic relictae sunt. Unus ex militianis regressus, cum animadvertisset Matrem Mariam a Mercede tum etiam vivere, denuo eam iecit, non tamen occidit. Aliquot horae transierunt, per quas, acerbis affecta doloribus, recitationem « Pater Noster » iaculatoriis precibus variabat et, sicut Iesus cruci adfixus, Dei veniam pro persecutoribus implorabat. Sorore sodali assidente, quae ei superstes fuit, amanter, de vita descessit diei xxiv mensis Iulii primis horis, anno MCMXXXVI.

Durante martyrii fama, anno MCMLXIX apud Curiam archiepiscopalem Barcinonensem inchoata est canonizationis Causa per celebrationem Processus Ordinarii Informativi. Peractis postmodo exitu cum prospero theologicis inspectionibus apud Congregationem de Causis Sanctorum, die xxi mensis Decembris anno MCMLXXXIX coram Nobis Decretum promulgatum est, quo agnoscebatur mortem memoratae Venerabilis Servae Dei verum habendam esse martyrium. Inde decrevimus ut beatificationis ritus Romae celebraretur die xxix mensis Aprilis anno MCMXC.

Hodie igitur, in Foro exadversum Basilicam Vaticanam Sancti Petri Apostoli spectante, inter sacra hanc ediximus formulam: «Nos, vota Fratrum nostrorum Gabini Díaz Merchán, Archiepiscopi Ovetensis, Narcissi Jubany Arnau, Archiepiscopi emeriti et Administratoris Apostolici Barcinonensis, Raymundi Torrella Cascante, Archiepiscopi Tarraconensis et Ioannis Saldarini, Archiepiscopi Taurinensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Cyrillus Bertrán et septem Socii, Innocentius ab Immaculata, *Maria a Mercede Prat,* Iacobus Hilarius Barbai Cosan, martyres, et Philippus Rinaldi, presbyter, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Cyrilli Bertrán et septem Sociorum et Innocentii ab Immaculata die nona Octobris; *Mariae a Mercede Prat* die vicesima quarta Iulii; Iacobi Hilarii Barbai Cosan die decima octava Ianuarii et Philippi Rinaldi die quinta Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris statuimus rata et firma volumus nunc et in posterum. Rebus quibuslibet contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Aprilis, anno **MCMXC**, Pontificatus Nostri duodecimo.

✠ **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 264.897.

II

Venerabili Servo Dei Philippo Rinaldi Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Ero vobis in Patrem et vos eritis mihi in filios » *(2 Cor* 6, 18). Venerabilis Servus Dei Philippus Rinaldi non solum cum humilitate et gaudio divinae paternitatis donum accepit, sed alacriter munus implendo sacerdotale, eiusmodi paternitatis verus testis fuit, quandoquidem animis paterno cum amore et cura sane servivit.

Is natus est die xxvi mensis Maii anno MDCCCLVI in oppido Lu Monferratensi intra dioecesis Casalensis fines, a Christophoro Rinaldi et Antonia Brezzi, qui eum solida instruxerunt christiana et humana educatione. Puer Sanctum Ioannem Bosco cognovit, qui, eius spiritus magister factus, eum ad inveniendam suam vocationem adiuvit et ad ingrediendam recentem Societatem Salesianam, in qua perpetuam fecit professionem die xin mensis Augusti anno MDCCCLXXX. Paulo post ordinationem sacerdotalem, quam die xxin mensis Decembris accepit anno MDCCCLXXXII nominatus est rector Domus pro vocationibus adultis, quo in munere sustinendo eminuit uti educator egregiarum facultatum nobilisque animi.

In Hispaniam missus, ubi Domus loci Caria superior fuit et postea Domorum Salesianarum Hispaniae et Lusitaniae inspector, impensam et fructuosam industriam explicavit effecitque ut sodalium fratrum numerus novarumque domuum multiplicaretur necnon apostolicorum operum. Anno MCMI Augustam Taurinorum rediit, sui Instituti Vicarius Generalis factus. Cum fidelitate, prudentia et maxima cum sedulitate Rectoribus servivit Maioribus, Beato Michaeli Rua et Paulo Albera. Simul autem studio motus animarum et Christi regni prolatandi singularibus multiplicibusque se dedidit operibus praesertim pro laicis. Fovit Consociationi Cooperatorum Salesianorum, Foederationem condidit quondam alumnorum, Magistrorum Catholicorum consociationem, oratoria et circulos iuveniles, in libros edendos incubuit coetumque congregavit puellarum, « in mundo consecratarum », qui nunc florens est Institutum saeculare.

Electus anno MCMXXII Societatis Salesianae Rector Maior, virtutum suarum exemplo et rerum Dei fervore magister vitae fuit et signum omnibus qui curis eius erant concrediti. Verus et gravis Sancti Ioannis Bosco institutionis interpres, peculiari cum diligentia fratrum sodalium curavit spiritalem et apostolicam formationem. Ad necessitates attentus Ecclesiae magnam acremque motionem excitavit pro Missionibus, oratoria apparavit et condendis paroeciis favit in civitatum suburbiis. Anno MCMXXIX solacio ei fuit interfuisse beatificationi Sancti Ioannis Bosco, cuius ipse Venerabilis Servus Dei discipulus fuit fidelissimus et spiritalitatis ac gubernandi rationis imitator. Usque ad terminum dierum suorum cum intellegentia laboravit et sedulitate, etsi valetudo celeriter deficiebat. Improviso est vita defunctus die v mensis Decembris anno MCMXXXI Augustae Taurinorum. Eius vita tota pro Christo consumpta erat et pro populo Dei atque non in solam So-

cietatem Salesianam vim habuerat, sed in totam Ecclesiam. Multa praeditus aequabilitate altiores vitae interioris et pietatis necessitates ad industrium apostolatus dynamismum composuit, auctoritatis firmitudinem ad paternam benignitatem, quam omnes propriam eius notam habebant. Sacerdotibus nostrae aetatis eximio est testimonio, Superioribus religiosis et educatoribus, laicis, quorum peculiare agnovit munus in Ecclesia.

Sanctitatis fama, quam vivus sibi comparaverat, crevit et confirmata est post eius mortem; quam ob rem Archiepiscopus Taurinensis anno MCMXXXXVII Causam iniit canonizationis. Processu Ordinario et processu Apostolico celebratis, ex more de virtutibus quaesitum est. Die III mensis Ianuarii anno MCMLXXXVII coram Nobis est Decretum promulgatum quo agnoscebamus Servum Dei heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Interea in dioecesi Montis Regalis in Pedemonte Processus canonicus celebratus erat de asserta mira sanatione, quae facta est anno MCMXXXXV et deprecationi Venerabilis Servi Dei tributa. Qua suetis observationibus inspecta, die III mensis Martii huius anni est super miro Decretum promulgatum.

Decrevimus dein ut beatificationis ritus insequentis mensis Aprilis die xxix celebraretur.

Hodie igitur, in Petriano Foro, inter Missarum sollemnia hanc sumus formulam elocuti : « Nos, vota Fratrum nostrorum Gabini Díaz Merchán, Archiepiscopi Ovetensis, Narcissi Jubany Arnau, Archiepiscopi emeriti et Administratoris Apostolici Barcinonensis, Raymundi Torrella Cascante, Archiepiscopi Tarraconensis et Ioannis Saldarmi, Archiepiscopi Taurinensis necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Cyrillus Bertrán et septem Socii, Innocentius ab Immaculata, Maria a Mercede Prat, Iacobus Hilarius Barbai Cosan, martyres, *et Philippus Rinaldi,* presbyter. Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Cyrilli Bertrán et septem Sociorum et Innocentii ab Immaculata die nona Octobris; Mariae a Mercede Prat die vicesima quarta Iulii; Iacobi Hilarii Barbai Cosan die decima octava Ianuarii et Philippi Rinaldi die quinta Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Id deinde deprecati sumus, ne Beati illi, qui discipulis Christi ob

ipsum sibi tantum tributum honorem, ad imitandum propositi iam erant, eorum obliviscerentur apud Deum, qui ad eundem Domini pertinentes gregem, impraesentiarum hic laboriosum iter facientes, sincere nituntur eodem pervenire, quo ipsi novensiles caelites. Quae autem his Litteris statuimus et nunc et in posterum firma esse volumus, rebus contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Aprilis, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.

ЉЗ AUGUSTINUS card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 264.801.

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui generalibus capitulis Ordinis Cisterciensis et Ordinis Cisterciensium Reformatorum interfuerunt, coram admissos.*

Carissimi Fratelli e Sorelle,

1. In questi giorni densi per voi di avvenimenti, a causa dei Capitoli Generali e del Congresso Internazionale sulla « Dottrina spirituale nelle Opere di S. Bernardo di Chiaravalle », mi è caro testimoniarvi la mia stima ed esprimervi il mio affetto, mentre prolungo, in un certo modo, il colloquio intrapreso con voi nella mia recente Lettera « Schola Caritatis » dello scorso 20 agosto.

Christi et Ecclesiae servus fidelis, Sponsae eius, in Concilio Vaticano I, quod infallibilitatem Romani Pontificis definivit, Concilii decreta defendit clara epistula ad ducem Norfolkiensem missa.

Anno 1879 a Papa Leone XIII, qui eum ob aere ingenium et eruditionem magni faciebat, ad cardinaliciam dignitatem evectus est; quapropter splendidus evasit vir et cunctae nationi admirandus. Perrexit tamen vitam agere maximae simplicitatis, ex toto curae pastorali deditam eorum, qui in Oratorio Birminghamiensi ipsum adibant. Plena fere caecitate affectus, ideoque ad legendum non aptus, constanter Rosarium recitabat, quod unum appellabat ex pulcherrimis pietatis exercitiis.

Morti appropinquanti tranquillo et forti animo, uti bonus Christi miles, obviam ivit. Birminghamiae est vita defunctus die 11 mensis Augusti anno 1890.

Eius corpus in Ecclesia expositum est. Multitudo hominum cuiusque ordinis et fidei venerunt ut honorarent et salutarent eum, qui ipsis fulgidum fuerat exemplum et pastor bonitate refertus.

Altitudo et gravitas cogitationis theologicae Ioannis Henrici Newman tales sunt ut, multorum doctorum sententia, similis is videatur maximis Ecclesiae Patribus. Caritas sacerdotalis insuper, quam in constanti et fecundo ministerio ostendit, est notis signata veri pastoris : ea motus ad pauperes se convertebat, quibus, quantum poterat, subveniebat; animas adibat suis concreditas curis multosque alios qui, ubique in eius natione, spiritali solacio et consilio indigebant.

Haec duo praecipua sunt eius religionis et pietatis lineamenta : haec sunt in eo inter se apta et convenientia, idque virtute illius magnae animi affectionis, quae eius est propria eumque facit virum fidei et precationis. Hoc multa eius scripta testantur et praesertim hymni quidam et preces, quae iam pars sunt patrimonii spiritalis et liturgici tum Ecclesiae Catholicae, tum Anglicanae.

Quod in eo admirationem habet, ratio est vivendi, tam simplex et frugalis, tota posita in Domino, qui in Eucharistia adest, et in credentium cordibus, omnino ab eius Spiritu incitata, qui eum reddidit similem Magistro Divino mitem et humilem corde, « indulgentia et lenitudine divitem » erga pauperes, humiles, Dei misericordiae indigentes.

Ob ipsas has proprietates Servus Dei eiusque nuntius sunt huic aetati aptissimi et mundo hodierno magnum habent momentum.

Eius fama sanctitatis, qua vivus floruit, post mortem aucta est; quam ob rem Archiepiscopus Birminghamiensis Causae canonizationis initium fecit per Processus Ordinarii Informativi celebrationem (annis 1958-1986), cuius auctoritas Congregationis de Causis Sanctorum Decreto est agnita die 20 mensis Februarii anno 1989. Positione super vita, activitate et virtutum heroicitate ab Actoribus interim confecta, die 12 mensis Decembris eodem anno actus est Consultorum Historicorum Congressus et die 20 mensis Aprilis anno 1990 Congressus Peculiaris super virtutibus, cui praeerat Fidei Promotor Bev.mus D.nus Antonius Petti. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 8 mensis Ianuarii anni 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, Servum Dei Ioannem Henricum Newman virtutes théologales, cardinales et adnexas, heroum more exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique

relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Henrici Newman, S. R. E. Cardinalis, Fundatoris Oratoriorum S. Philippi Neri in Anglia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. $ S.

£& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

COMEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Clarae Bosatta, sororis professae, Congregationis Filiarum S. Mariae a Divina Providentia (1858-1887).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

In finibus dioeceseos Comensis die 27 mensis Maii anno 1858 nata, serva Dei Clara Bosatta (in baptismate Dina appellata) iam in infantia atque adolescentia non spernenda virtutum specimina praebuit. Sex annos commorata apud Sorores patrio sermone *Canossiane* dictas, religiosam vitam in earundem Instituto amplecti cupiebat. At, elapsa novitiatus periodo, idonea non est habita eiusmodi Congregationi ingrediendae. Quapropter paternam domum reversa, piam Societatem

Ursulinarum est ingressa; quae Societas, auctore beato Aloisio Guanella, facta est deinde Congregatio Filiarum Sanctae Mariae a Divina Providentia. Eadem in Congregatione est Servae Dei creditum officium disciplinae morumque integritatis puellarum orphanarum ; deinde variis in Instituti domibus pauperes sublevavit, pueros, praesertim parentibus orbatos, docuit senesque curavit. Morum innocentia, vitae sanctimonia omniumque christianarum et religiosarum virtutum exercitatione, magnam sibi conciliavit admirationem et existimationem. Animam suam Deo reddidit Planelli Larii die 20 mensis Aprilis anni 1887.

Eamdem Servam Dei théologales virtutes, nempe fidem, spem et caritatem tum in Deum tum in proximum, necnon virtutes cardinales, videlicet prudentiam, iustitiam, temperantiam et fortitudinem iisque adnexas, in gradu heroico exercuisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 1 mensis Septembris a. 1988 sollemniter declaravit.

Ut autem ad ulteriora legitime procederetur hac in Causa, scilicet ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem, necesse erat ex novi iuris praescripto unum miraculum Apostolicae Sedi exhibere divinitus patratum ipsius Venerabilis intercessione. Cui praescripto obsequentes, Causae actores nuper ad cognoscendum obtulerunt miram, quam asserebant, sanationem sororis Linae Casartelli viginti et quinque annorum, quae, summo mane diei 18 mensis Novembris anni 1946, ex improviso convaluit ab enterocolitide et peritonitide plastica tuberculari gravique sanitatis adducto discrimine. Aegrae quidem Religiosae, edita a medicis infausta quoad vitam prognosi, nulla naturalis sanationis spes supererai; quapropter ad caeleste recurrit subsidium Venerabilis Clarae Bosatta meritis et intercessione implorandum per novendiales preces sexies repetitas.

Cum et a sanata et a medentibus et ab infirmariis aliisque de visu testibus conclamatum sit eiusmodi sanationem praeter naturae vires evenisse, super eadem conditus est Processus apostolica auctoritate in Curia Comensi a die 15 mensis Aprilis anni 1950 usque ad diem 22 mensis Decembris anni 1951, cuius iuridica validitas die 25 mensis Novembris anno 1988 agnita est per decretum huius Congregationis de Causis Sanctorum.

Servato deinde iuris ordine, Consilium Medicum eiusdem Congregationis super eadem sanatione die 18 mensis Octobris anni 1989, fausto quidem exitu, disceptavit, nimirum praefatam sanationem ultra naturae vires, idest quoad modum, contigisse asseveravit.

Hinc gressus est factus ad theologorum disceptationem in duobus praescriptis coetibus: et quidem primum, die 23 mensis Februarii anno 1990, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderatore Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore Generali ; deinde, die 3 mensis Iulii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum huic Dicasterio praepositorum, ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio. Et utroque in Coetu celebrato omnes qui aderant, proposito dubio num de miraculo constaret ad effectum de quo agitur, adfirmando responderunt.

Facta postmodum de hisce omnibus rebus per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Sanctitas Sua, vota Congregationis excipiens rataque habens, mandavit ut Decretum super descripto miraculo rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater vocavit ad se hodierno die Cardinales infrascriptum Praefectum necnon Causae Ponentem Iosephum Caprio, meque Antistitem a Secretis Congregationis ceterosque de more convocandos, eisque astantibus edixit : *Constare de miraculo, Venerabili Clara Bosatta intercedente, a Deo patrato, videlicet de instantánea, perfecta stabilique sanatione Sororis Linae Casartelli ab enterocolitide et peritonitide plastica tuberculari, gravi salutis adducto discrimine.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici fieret iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI**, *Praefectus*

L. © S.

ÊB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 23 Ianuarii 1991. — Metropolitanae Ecclesiae Florianopolitanae Exc.mum P. D. Eusebium Ansgarium Scheid, S.C.I., hactenus Episcopum Sancti Iosephi in Brasilia.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis in Brasilia R. D. Dadeum Grings, e clero Portalegrensi in Brasilia.

die 20 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis Maguanensis R. D. Iosephum Grullón Estrella, Vicarium generalem dioecesis Maoënsis Montis Christi.

die 6 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Humaitanensi R. D. Iosephum Iuventium Balestrieri, S.D.B., hactenus Inspectorem Societatis Sancti Francisci Salesii in urbe Portalegrensi in Brasilia.

— Cathedrali' Ecclesiae Tianguensi R. P. Franciscum Xaverium Hernández Arnedo, Ordinis Augustinianorum Recollectorum sodalem.

die 13 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Carolinensi in Brasilia R. P. Marcellinum Correr, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arcavicensi R. D. Christianum Caro Cordero, Vicarium episcopalem orientalis regionis archidioecesis Sancti Iacobi in Chile, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli Oviedo Cavada, Archiepiscopi memoratae metropolitanae Ecclesiae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 21 Marzo 1991, S. E. il Signor HERNANDO DURAN Du s **SAN**, Ambasciatore di Colombia presso la Santa Sede.

Lunedì, 25 Marzo 1991, S. E. il Signor ALEJANDRO EMILIO VALLADARES LANZA, Ambasciatore di Honduras presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Lunedì/Il Febbraio 1991, l'On. Sig. GERHARD STOLTENBERG, Ministro della Difesa della Repubblica Federale di Germania.

Giovedì, 28 Febbraio 1991, S. E. il Signor GUIDO DE MARCO, Vice-Primo Ministro e Ministro per gli Affari Esteri e la Giustizia di Malta, Presidente dell'Assemblea Generale delle Nazioni Unite.

Sabato, 2 Marzo 1991, S. E. il Signor Luis YANEZ-BARNUEVO, Segretario di Stato Spagnolo per la Cooperazione Internazionale e per l'America Latina.

Venerdì, 15 Marzo 1991, l'On. Signor ALEXANDER DUBCEK, Presidente del Parlamento della Repubblica Federativa Ceca e Slovacca.

Giovedì, 21 Marzo 1991, l'On. Sen. Prof. GIOVANNI SPADOLINI, Presidente del Senato della Repubblica Italiana.

Venerdì, 22 Marzo 1991, S. E. il Signor RAFAEL LEONARDO CALLEJAS, Presidente della Repubblica di Honduras.

Giovedì, 21 Marzo 1991, il Santo Padre ha presieduto nel Palazzo Apostolico Vaticano una riunione degli E.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Oon Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

28 febbraio 1991. S. E. mons. Blasco Francisco Collaço, Arcivescovo tit. di Ottava, *Pro-Nunzio Apostolico nel Madagascar e in Mauritius.*

» » » Mons. Mario Rizzi, Arcivescovo tit. eletto di Bagnoregio, *Nunzio Apostolico in Bulgaria.*

Oon Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

14 febbraio 1991. Don Raffaele Farina, S.D.B., *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio della Cultura «in aliud quinquennium».*

» » » S. E. mons. Jean-Louis Tauran, Segretario per i Rapporti con gli Stati, *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

16 » » L'Em.mo Signor Cardinale Ugo Poletti, *Membro della Congregazione per i Vescovi, fino al compimento delV80° anno di età.*

17 » » S. E. mons. Giovanni Battista Re; S. E. mons. Francisco Javier Errázuriz Ossa; S. E. mons. Alexandru Todea, Arcivescovo di Fägäras e Alba Julia dei Romeni; S. E. mons. Dionigi Tettamanzi, Arcivescovo di Ancona-Osimo; S. E. mons. Pierre Zévaco, Vescovo di Tôlagnaro; S. E. mons. Isidore de Souza, Arcivescovo di Cotonou; S. E. mons. Mariano Vivanco Valiente, Vescovo di Matanzas; S. E. mons. Tadeusz Kondrusiewicz, Vescovo tit. di Ippona Zarito; P. Angelo Brusco, M.I.; il Prof. Juan de Dios Vial Correa; Suor Teresa López; Suor Alice-Marie Raveneaux, *Membri del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari.*

» » » P. Louis Vereecke, C.SS.R.; Mons. Angelo Scola; Mons. Italo Taddei; Don Rudesindo Delgado; P. Baldo Santi, O.M.D.; Don Ferdinando Kajavil; Don Ignacio Carrasco de Paula; Suor Vuna Umba; Suor Setsuko Maihara; Sig.ra Cecilia Moloantoa; Prof. Edmund Pellegrino; Dr. Hugo O. M. Obiglio; Dr. Sanij Kusakawa; Prof. Diego Gracia Guillen; Prof. Luigi Ortona; Dr. Lino Mottironi; Sig.ra Viviane Verlinde-Boutelegier; Prof.ssa Dina Nerozzi Frajese; Prof.ssa Anna Cappella; Prof. Adolfo Turano; Prof.ssa Wanda Poltawska; Prof.

Dr. Heinz Angstwurm; Prof. Charles Probst, *Consultori del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari.*

17 febbraio 1991. S. E. mons. Edward Idris Cassidy; S. E. mons. Alberto Bovone; S. E. mons. Miroslav Stefan Marusyn; S. E. mons. José T. Sánchez; S. E. mons. José Sarai va Martins; S. E. mons. Jean-François Arrighi; S. E. mons. Antonio Quarracino, Arcivescovo di Buenos Aires; Mons. Ivan Marin Lopez; S. E. Prof. Jérôme Lejeune; Sig. Dott. Marcello Sacchetti; Rev. Fr. Pierluigi Marchesi, O.H. ; Suor Ana Margarita Duzan; Suor Maria Eneide M. Leite; Suor Catherine Dwyer; Sig. Dr. Thomas P. Linehan; Sig. Edwin Scheer; Sig. Claude Trontin; Sig. Cav. d'Obb. Barone Albrecht von Boeselanger, *Memori del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari « in aliud quinquennium ».*

» » » Mons. Carlo Caffarra; Mons. James P. Cassidy; Mons. Elio Sgreccia; Rev. Pierre Schaller; Rev. Krzysztof Szczgiel; P. Bonifacio Honings, O. CD. ; P. Joseph Joblin, S.I. ; P. Kevin O'Rourke, O.P.; P. Emidio Spogli, M.I.; Sig. Giuseppe Astegiano; Sig. Alessandro Beretta Anguissola; Sig. Rino Cavalieri; Sig. Bryan A. Curtin; Sig. Pietro de Franciscis; Sig. Domenico Di Virgilio; Sig. Oleh Hornykiewcz; Sig. Jacques Lafourcade; Sig.ra Agnes Lai Pong Chong; Sig. Corrado Manni; Sig. Clemente Robles; Sig. Gottfried Roth; Sig. Bruno Silvestrini; Sig. Franco Splendori; Sig. Robert L. Walley, *Consultori del Pontificio Consiglio della Pastorale per gli Operatori Sanitari « in aliud quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Simon D. Lourdusamy; Paulos Tzadua; Anthony Padiyara; S. B. Stefanos II Ghattas, Patriarca di Alessandria dei Copti; S. B. Pierre Sfeir, Patriarca di Antiochia dei Maroniti; S. B. Jean Pierre XVIII Kasparian, Patriarca di Cilicia degli Armeni, *Membri del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Jean Jérôme Hamer e Jozef Tomko, *Membri del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi « in aliud quinquennium».*

24 » » I Padri : Marcel Chappin, S.I. ; Hieronim Forkinski, S.I. ; Willi Henkel, O.M.I.; Carlo Longo, O.P.,

Consultori delia Congregazione delle Cause dei Santi.

26 febbraio 1991. Mons. Javier Echevarría Eodriguez *a in aliud quinquennium»* e P. Gaetano Stano, O.F.M.Conv. *« ad biennium », Consultori della Congregazione delle Cause dei Santi.*

27 » » Mons. Silvio Padoin, Sotto-Segretario della Congregazione per i Vescovi, *Perito Permanente della Pontificia Commissione «Ecclesia Dei».*

» » » P. Bartholomew Kiely, S.I., *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

7 marzo » S. E. mons. Camillo Ruini, Suo Pro-Vicario Generale, *Presidente della Conferenza Episcopale Italiana « ad quinquennium ».*

9 » » S. B. Raphaël I Bidawid, Patriarca di Babilonia dei Caldei, *Membro del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi.*

14 » » S. E. mons. Dionigi Tettamanzi, finora Arcivescovo di Ancona-Osimp, *Segretario Generale della Conferenza episcopale Italiana « ad quinquennium ».*

Si rende noto che il sac. Enrico Vigano, è stato nominato Cerimoniere Pontificio, « *ad quinquennium* » in data 14 febbraio 1991.

NECROLOGIO

18 febbraio 1991. Mons. Miguel Raspanti, Vescovo em. di Moron *(Argentina)*.

19 » » Mons. Patrick H. Cronin, Vescovo em. di Cagayan de Oro *(Filippine).*

20 » » Mons. Patricio M. Lopez, Vescovo tit. di Aiba.

23 » >> Mons. Leo Thomas Maher, Vescovo em. di San Diego *(Stati Uniti d'America).*

25 » » Mons. Joseph F. Cleary, Vescovo tit. di Cresima.

26 » » Mons. Joseph Schoiswohl, Arcivescovo tit. di Monteverde.

7 marzo » Mons. Raymond Joseph Gallagher, Vescovo em. di Lafayette in Indiana *(Stati Uniti d'America).*

13 » » Mons. Gaetano Rollio, Arcivescovo em. di Salerno-Campagna-Acerno *(Italia).*

16 » » Card. James Freeman, del titolo di Santa Maria « Regina Pacis » in Ostia mare.

» » » Mons. Francis Jules Joseph Marie Barbu, Vescovo em. di Quimper, Cornouailles *(Francia).*

An. et vol. LXXXIII 6 Maii 1991 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Andreae Dung-Lac presbytero, Thomae Thiên et Emmanueli Phung laicis, Hieronymo Hermosilla O.P., Valentino Berrio-Ochoa O.P. et aliis sex episcopis, Theophani Vénard presbytero M.E.P. et CV sociis martyribus sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Quasi semine sanguinis impleta est martyribus terra, et de illo semine seges surrexit Ecclesiae. Plus asseruerunt Christum mortui, quam vivi. Hodie asserunt, hodie praedicant: tacet lingua, sonant facta» (S. AUGUSTINUS, *Sermo CCLXXXVI:* PL XXXVIII, 1298).

Sancti Augustini cogitatio haec in primaevam christianitatem conversa Nos omnino impellit ut in salutis divinae historiam mentem Nostram conferamus, retro scilicet decurrentes ad quattuor illa usque saecula quibus affecta est Asiae regio ad orientem quae spectat pariter ad meridiem, quae Vietnamia vocatur, quaeque Tonchinum, Annamam, Concicinam, antiquitus complectebatur.

Feracissimum quidem solum aquae solisque copia, uberrimum simul sanguine complurium « interfectorum propter verbum Dei et propter testimonium quod habebant. Et datae sunt illis singulae stolae albae, ... donec impleantur et conservi eorum ... qui interficiendi sunt sicut et illi» *(Ap* 6, 9-11).

Catholicae fidei semen ibidem primum mediante saeculo xvi iactum est per missionarios ex Europa oriundos eosdemque Ordinis Praedicatorum sodales, Societatis pariter Iesu et Societatis Parisiensis

missionum ad exteras gentes. Domini verbum a singulis societatis ordinibus est receptum. Omnes profecto Christi scientiam sunt edocti, quae est virtus et sapientia Dei (cf. *1 Cor* 1, 23-24). Quamvis eorum vultus nota inustus esset « falsae religionis », reddebant tamen ipsi uni Deo gloriam unique Mediatori Dei et hominum homini Christo Iesu (cf. *1 Tim* 2, 5).

Ad saeculum usque xix complures exstiterunt aetates quibus christianus cultus proscribebatur, inter quae regum Minh Manh (MDCCCXX-MDCCCXL) tempus annumeratur et Tu Due (MDCCCXLVII-MDCCCLXXXIII). His nempe in temporis spatiis CVIII fidei christianae confessores ex CXVII recensentur, hodie in sanctorum catalogum referendi. VIII episcopi computantur, L Presbyteri, LIX Laici. Vietnamienses ortu adscribuntur ex iis XCVI, Hispani XI, Galli X, quorum LXXV supplicio addicti capitis, XXII iugulationis, VI ignis, membrorum discerptionis V, IX autem in vinculis cruciatu perierunt. Eorum dimidia pars ad Vicariatus Apostolicos pertinet ab Ordinis Praedicatorum sodalibus temperatos ; altera quidem pars ad Vicariatos Apostolicos concreditos Societati Parisiensi missionum ad exteras gentes.

En index per hierarchicum-sacramentalem gradum confectus et martyrii ordinem ab anno MDCCXLV ad MDCCCLXII, ubi sunt

Episcopi :

Dominicus Henares, O.P. ; Clemens Ignatius Delgado Cebrian, O.P. ; Petrus Rosa Ursula Borie, M.E.P. ; Iosephus Maria Diaz Sanjurio, O.P. ; Melchior Garcia Sampedro Suarez, O.P. ; Hieronymus Hermosilla, O.P. ; Valentinus Berrio Ochoa, O.P. ; Stephanus Theodorus Cuenot, M.E.P.

Presbyteri :

Franciscus Gil De Federich, O.P.; Matthaeus Alonso Leciniana, O.P.; Hyacinthus Castañeda, O.P. ; Vincentius Lê Quang Liêm, O.P. ; Emmanuel Nguyên Van Triêu ; Ioannes Dat ; Petrus Lê Tuy ; Franciscus Isidorus Gagelin, M.E.P. ; Iosephus Marchand, M.E.P. ; Ioannes Carolus Cornay, M.E.P.; Vincentius Dô **Yen,** O.P. ; Petrus Nguyên Bá Tuân ; Iosephus Fernandez, O.P. ; Bernardus Vu Van **Due;** Dominicus Nguyên Van Hanh **(Dieu),** O.P.; Iacobus Dô Mai Nam ; Iosephus Dang Dinh (Niên) Viên ; Petrus Nguyên Vän Tu, O.P. ; Franciscus Jaccard, M.E.P.; Vincentius Nguyên Thê **Diem;** Petrus Vö Dang Khoa; Dominicus Tuóc, O.P.; Thomas Dinh Viêt Du, O.P.; Dominicus Nguyên Vän (Doan) Xuyên, O.P. ; Andreas Dung Lac ; Petrus Truong Vän Thi ; Paulus Pham Khäc Khoan ; Iosephus Dô Quang Hiên, O.P. ; Lucas Vu Bá Loan; Dominicus Trach (Doâi), O.P. ;

Paulus Nguyên Ngân ; Iosephus Nguyên Dïnh Nghi ; Martinus Ta **Due** Thinh ; Petrus Khanh ; Augustinus Schoemer, M.E.P. ; Ioannes Aloisius Bonnard, M.E.P. ; Philippus Phan Vän Minh ; Laurentius Nguyên Vän Huong ; Paulus Lê Bao Tinh ; Dominicus Mâu, O.P. ; Paulus Lê Vän **Loc;** Dominicus Câm, T.O.P. ; Petrus Doän **Cong** Quy; Petrus Franciscus Neron, M.E.P. ; Thomas Khuông, T.O.P. ; Ioannes Theophanes Vénard, M.E.P. ; Petrus Nguyên Vän **Luu** ; Iosephus Tuân, O.P. ; Ioannes Doän Trinh Hoan ; Petrus Almato Ribera, O.P.

Laici :

Paulus Tông Viêt Buong; Andreas Trän Vän Trông; Franciscus Xaverius **Can;** Franciscus **Dô** Vän (Hiên) Chiêu; Iosephus Nguyên Dïnh Uyên, T.O.P. ; Petrus Nguyên Dich ; Michael Nguyên Huy **My ;** Iosephus Hoäng Luong Canh, T.O.P. ; Thomas Trän Vän Thiên ; Petrus Truong Vän Duong ; Paulus Nguyên Vän **My** ; Petrus Vu Vän Truât ; Augustinus Phan Viêt Huy; Nicolaus Bui Duc Thè; Dominicus **(Nicolaus)** Dinh Dat ; Thomas Nguyên Vän **Dê,** T.O.P. ; Franciscus Xaverius Hä Trong Mâu, T.O.P. ; Augustinus Nguyên Vän Mói, T.O.P. ; Dominicus Bui Vän **Úy,** T.O.P. ; Stephanus Nguyên Vän Vihh, T.O.P. ; Petrus Nguyên Vän Hiêu; Ioannes Baptista Dinh Vän Thanh; Antonius Nguyên Huu (Nam) Quynh ; Petrus Nguyên Khäc Tu ; Thomas Toän, T.O.P. ; Ioannes Baptista Con ; Martinus Tho ; Simeon Phan Däc Hoä ; Agnes **Lê** Thi Thänh **(Dê)** ; Matthaeus **Lê** Vän Gâm ; Iosephus Nguyên Vän Luu ; Andreas Nguyên Kim Thông (Nam Thuông) ; **Michael** Hô Dïnh Hy ; Petrus Doän Vän Vân ; Franciscus Trän Vän Trung; Dominicus Pham Trong **(An)** Kham, T.O.P. ; Lucas Pham Trong (Cai) Thïn; Iosephus Pham Trong (Cai) Ta; Paulus Hanh; Emmanuel **Lê** Vän Phung ; Iosephus **Lê** Däng Thi ; Matthaeus Nguyên Vän (Nguyên) Phuong; Iosephus Nguyên Duy Khang, T.O.P. ; Iosephus Tuân ; Iosephus **Tue** ; Dominicus Ninh ; Dominicus Toai ; Laurentius Ngôn ; Paulus **(Dong)** Duong ; Dominicus Huyên ; Petrus Dung ; Vincentius Duong ; Petrus Timan ; Dominicus Mao ; Dominicus Nguyên ; Dominicus Nhi; Andreas Tuong; Vincentius Tuong; Petrus Da.

Si autem triplici laude tres ecclesiales ordines describere volumus horum martyrum, fidei profecto Patres sunt appellandi Episcopi, qui populum illum fidelem **in** Christo postquam genuerant **(cf.** *1 Cor* 4-15), ipsius eximii extiterunt testes usque ad passionem crucemque, sic « forma facti gregis ex animo » *(1 Pt* 5, 3) exemplari ob oculos habito Iesu scilicet Boni Pastoris.

L exinde Presbyteri, verbi ministerio consociati et vinculis, quae ex ipso sacramento exceperant penitus compleverunt, « ordinis Episcopalis providi cooperatores » *(Lumen gentium,* 28) ; et ii sanguinis Agni immaculati dispensatores quo et se ipsi mundaverunt.

LIX tandem Laici ex variis societatis ordinibus trahentes originem, fere scilicet omnes patresfamilias ac nonnulli catechistae, baptismum aquae vixerunt suntque eundem testati, ignis pariter et Spiritus Sancti (cf. *Mt* 3, 11). Ipsi quoque sacrorum operariorum sollertes socii, communitatem suam, sive familiarem sive paroecialem, communionem missionalem reddiderunt : ecclesiam scilicet domesticam precationis et praedicationis Dei verbi (cf. *Christifideles laici,* 32-33).

Christi crux, quam omnes adorarunt potius quam proculcarent, omnibus fuit salus et vita.

Complurium eorum martyrium in Consistorio dilaudaverant Decessores Nostri Pius VI et Gregorius XVI, qui exinde in quattuor coetus distributi, in Beatorum catalogum a Leone XIII anno MCM, Pio X anno MCMVI et MCMIX, Pio XII anno MCMLI sunt relati. Die autem XVIII mensis Aprilis anno MCMLXXXVI Congregatio pro Causis Sanctorum eosdem in unum coadunavit ut una simul canonizarentur. Anno enim ante Conferentia Episcopalis Vietnamiensis a Nobis idem postulaverat, XV decurrente anniversaria memoria hierarchiae catholicae inibi constitutae, ubi XXV dioeceses numerantur et sexagies centena milia fidelium. In fide christiana testificanda firma et saecularis huius populi constantia, hodiernis quoque temporibus significata, Pastorum iudicio omnino requirebat ut cxvn supra memorati Beati in album Sanctorum adscriberentur, magistri quidem vitae, exculti et in exemplum sumpti. Postulationi huic se consociaverunt Philippinarum Insularum Episcopi, Hispaniae et Galliae, et Supremi Moderatores Ordinis Praedicatorum et Societatis Parisiensis missionum ad exteras gentes.

Nos autem quorum est in fide confirmare fratres (cf. *Lc* 22, 32) parato animo volentique (cf. *2 Mac* 1, 3) aestimavímus et tam praestans postulatum excepimus. Decreto autem die v mensis Iunii anno MCMLXXXVI foras a competenti Congregatione emisso, statuimus canonizationem faciendam, miro praetermisso : « Attenta mirabili in sancta Fide perseverantia Christifidelium Vietnamiensium, exemplis et precibus eorundem Beatorum Martyrum tributa, necnon solida signorum et miraculorum fama quorundam ex iisdem Martyribus».

Die autem xxn mensis Iunii anno MCMLXXXVII Sacro Consistorio

convocato, faventibus Patribus Cardinalibus et Episcopis adstantibus, canonizationis diem statuimus. Die ergo XIX mensis Iunii anno MCMLXXXVIII in foro Petriano, quo milleni convenerant peregrinatores, praesertim Vietnamienses, petitione audita Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Petri Palazzini, Congregationis pro Causis Sanctorum Praefecti, iis per litaniarum cantum invocatis, hanc ediximus formulam :

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Andream Dung-Lac, Thomam Thiên, Emmanuelem Phung, Hieronymum Hermosilla, Valentinum Berrio-Ochoa, Theophanem Venard, et centum undecim Socios, Martyres, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos martyres pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus verbis dictis, has Litteras Decretales confici et expediri iussimus, ac de novensilibus Sanctis eorundemque virtutibus sermonem habuimus.

Datum Romae, apud S. Petrum die undevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo octavo, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*



Loco 83 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 278.634.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CIMOIANAE

Distractis territoriis ab archidioecesi Beirensi nova conditur in Mozambico dioecesis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod vehementer longum per tempus Mozambicani sacrorum Antistites exoptaverunt, ut scilicet nova circumscriptio dioecesana erigeretur in provincia civili v.d. Manica, nunc tandem, Deo concedente, factum est. Itaque, quo gravius et propius spirituali christianorum utilitati consuleretur, audita favorabili sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositorum, atque accepto consilio Venerabilis Fratris Hyacinthi Berloco, Archiepiscopi titulo Fidenatensis atque in Mozambico Delegati Apostolici, summa Nostra potestate sequentia decernimus et iubemus. In provincia ecclesiastica Beirensi nova dioecesis, nomine *Cimoiana,* conditur, complectens provinciam civilem Manicanam, a praesenti archidioecesi Beirensi distrahendam, atque eidem Ecclesiae Metropolitanae Beirensi suffraganea. Novae sic constitutae dioecesis episcopalis cathedra erit in Ecclesia Deo Optimo Maximo dicata in honorem Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae, in urbe vulgo Chimoio.

Haec, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Hyacinthus Berloco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, confectaeque rei instrumenta ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat, de more signata sigilloque impressa.

Apostolicas has Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nullis rebus obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

✠ **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 274.694.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

B. M. V. imago quam incolae « Our Lady of the abandoned » quamque in ecclesia Manilensi Sanctae Annae veneramur Summi Pontificis nomine coronatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Abhinc complures annos catholica fides in Philippinas insulas feliciter est invecta, quae tempore progrediente succrevit et ubere effloruit. Laetanter quoque conspicimus erga caelestem Matrem ibidem invaluisse pietatem ; quod quidem religioni ipsi magnum affert emolumentum et fidelibus salutares effectus. Idcirco maximo cum gaudio obsequendum esse existimavimus Venerabili Fratri Nostro Iacobo S. R. E. Cardinali Sin, Archiepiscopo Manilensi, qui, idem quoque rogantibus tum clero tum carissimis fidelibus, a Nobis plurima prece efflagitavit ut Beatae Mariae Virginis imago, quam ibidem incolae « Our Lady of the abandoned » appellant, quamque in Sanctae Annae templo Manilae colunt, pretioso diademate auctoritate Nostra coronaretur. Itaque potestate Nostra Apostolica, iis comprobatis quae hac de re statuit Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, Venerabili Fratri Nostro quem supra diximus, vel ei quem ipse delegaverit, facultatem facimus imaginis coronandae Virginis Mariae, de qua mentio est facta antea, comprobatas secundum liturgicas normas. Quanta sit pietas Philippinae gentis Nos experti sumus Ipsi, qui demum pro certissimo habemus fore ut omnes singulosque Deipara tueatur respiciatque istic fidelem populum suis maternis oculis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Decembris, anno **MCMXC**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO**, *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco & Sigilli
In Secret. Status tab., n. 278.686.

II

Sancti Xaverii templum in urbe quam Grodno vocant situm inter Basilicas Minores refertur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praeclarissima Franciscus Xaverius habetur missionarios, qui tot regiones in orientem versas lustravit largiterque quondam Evangelii semen iecit, unde floridae exstiterunt ecclesiales communitates. Sapienti igitur consilio in urbe Grodno xvn saeculo aedes sacra condita est illique Dei verbi insigni praeconi dicata. Venerabilis idcirco Fratris Thaddaei Kondrusiewicz, Administratoris Apostolici Minscensis Latinorum eiusdemque Episcopi titulo Hipponensis precibus admotis concedendum esse existimavimus, qui fidenter expostulaverat ut templum Sancti Xaverii in urbe situm quam memoravimus in numero recenseretur Basilicarum Minorum, id quoque clero populoque fideli exposcentibus. Itaque ea comprobantes quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, quondam a Nobis factis facultatibus, hac de re decrevit, Apostolica Nostra usi auctoritate, aedem sacram de qua supra mentio est facta ad dignitatem evehimus et gradum Basilicae Minoris, cunctis pariter concessis iuribus ac privilegiis quae ad id genus spectant aedificia. Mandamus deinceps ut Decretum « de titulo Basilicae Minoris » die ix mensis Novembris anno MCMLXXXIX foras datum diligenter servetur. Contrariis quibusvis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xv mensis Decembris, anno **MCMXC**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£B ANGELUS SODANO, *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab.. n. 276.U9.

III

Cathedrale templum Quinque Ecclesiense inter Basilicas Minores annumeretur, quod est SS. Apostolis Petro et Paulo dicatum.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Per terrarum orbem complures inveniuntur aedes sacrae, quae Apostolorum Petri et Pauli sibi vindicant nomen. Quod mentem consiliumque sapiens significat maiorum nostrorum, qui arte coniungi cum principi Ecclesia se iure meritoque sentiebant. Laetanter igitur comperimus SS. Apostolis Petro et Paulo Quinque Ecclesiensem communitatem dicasse cathedrale templum ipsumque venustis monumentis ornavisse. Libentes igitur volentesque concedendum esse censuimus precibus Venerabilis Fratris Michaelis Mayer Episcopi Quinque Ecclesiensis, qui optata etiam fidelium ostendens, expostulavit ut aedes sacra, de qua supra est facta mentio, in catalogum referretur Basilicarum Minorum. Itaque rata omnino habentes quae hac de re Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum decrevit, Nostra Apostolica sustentati potestate, cathedrale templum quod supra memoravimus in numero Basilicarum Minorum recensemus, concessis pariter iuribus et privilegiis quae ad hanc dignitatem gradumve spectant. Serventur praeterea quae Decretum « de titulo Basilicae Minoris » praecipit, die ix mensis Novembris editum anno **MCMLXXXIX**. Contrariis quibusvis minime obsistentibus rebus.

Placet demum istorum fidelium animum confirmare, qui renovato impetu, felicioribus quoque condicionibus instauratis, catholicam actionem suscipiant, unde uberes fructus ecclesiali coetui eveniant et fidei prosperitas usque contingat.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die ix mensis Ianuarii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 274.719.

IV

Sanctus Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponsus, caelicus Culiacanensis dioecesis Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Magnopere quidem expedit, ut sacri gregis portiones, ubique sint gentium, suo quaeque peculiari apud Deum se Patrono committant, quo intercedente necessaria desuper vel facilius impetrent auxilia. Quare, cum compertum satis habeatur Culiacanenses Christifideles haud dubio venerationis cultus sanctum Ioseph, Sponsum B.M.V., prosequi consuevisse, propterea Venerabilis Frater Aloisius Rojas Mena, Episcopus Ecclesiae Culiacanensis, communibus nuper exceptis votis de caelico quem diximus Patrono eligendo, eandem rite electionem pro suo munere approbavit. Recens vero per litteras huic Sanctae Sedi adhibitas petit ut benigne eiusmodi electionem eiusque approbationem nunc Ipsa confirmare velit. Nos igitur, quibus dilaudatus cultus non solum maxime probatur, sed tuendus etiam videtur atque fovendus, de sententia Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, cum et certiores facti simus Pastorem Culiacanensem ad iuris praescriptum se in iis gessisse, deque potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute secundum ((normas de Patronis constituendis » necnon ad mentem Instructionis ((de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30, sanctum Ioseph, Sponsum Beatae Mariae Virginis, dioecesis Culiacanensis Patronum apud Deum confirmamus, cunctis adnexis iuribus liturgicisque privilegiis. Contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. Volumus autem ut nunc et in posterum hae Litterae Nostrae religiose serventur atque suos habeant effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Ianuarii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

SB **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 274.648.

HOMILIA

In foro Santi Petri habita, ob decretos Dei servis Iosepho Allamano et Hannibali Mariae Di Francia, Beatorum caelitum honores.*

1. « Perché andiate e portiate frutto »-[1]

Nella liturgia dell'odierna domenica ritorna l'immagine della vigna. Il Vangelo di Matteo riprende infatti il canto della vigna di Isaia, il canto dell'amore di Dio verso la sua vigna, cioè : il Popolo eletto. È il canto dell'amore, non ricambiato, però, come dovuto. L'Evangelista costata che gli operai della vigna si sono appropriati del diritto su di essa, e quando viene il figlio del padrone, non lo accolgono come erede, ma lo uccidono.

Quest'immagine della vigna è particolarmente eloquente e non può non stimolare una riflessione.

Penetranti sono anche le parole del Salmo : « Dio degli eserciti, volgiti, guarda dal cielo e vedi e visita questa vigna, proteggi il ceppo che la tua destra ha piantato, il germoglio che ti sei coltivato)).[2]

2. Il Figlio — la pietra angolare —, benché scartato dai costruttori,[3] assunse tuttavia pienamente l'eredità della vigna di Dio. L'assunse in maniera definitiva con il sacrificio della Croce e con la potenza della Risurrezione.

Nel contesto di questa realtà Cristo dice agli Apostoli : ((Non voi avete scelto me, ma io ho scelto voi e vi ho costituiti perché andiate e portiate frutto)).[4]

Sono parole, queste, che testimoniano la rigenerazione della vigna di Dio; testimoniano la Redenzione. Anche gli Apostoli sono mandati dal Figlio-Redentore, perché, mediante il loro ministero, la vigna sia costantemente rigenerata. Sono mandati a portare frutto, a riconfermare l'eredità di Dio. Il loro servizio, come nuovi operai della vigna, trarrà frutti dall'abbondanza del dono che proviene da Dio : da Dio stesso !

3. Dopo di essi, dopo gli Apostoli, seguiranno altri, e si metteranno in cammino lungo la storia, da una generazione all'altra, per

* Die 7 m. Octobris a. 1990.

[1] *Gv* 15, 16.

[2] *Sai 79 (80),* 15-16.

[3] Cf. *1 Pt* 2, 6-7.

* *Gv* 15, 16.

riconfermare l'eredità di Dio e portare frutto, come i due nuovi Beati, per i quali la Chiesa oggi è in festa.

L'apostolo Paolo, nella seconda lettura di questa domenica, dopo aver dato alcune raccomandazioni presenta ai cristiani di Filippi il suo esempio come programma di vita. « Ciò che avete imparato, ricevuto, ascoltato e veduto in me, è quello che dovete fare ».[5] Può invitare i fedeli ad essere suoi « imitatori », poiché egli, per primo, è imitatore di Cristo.[6]

Dio in ogni periodo della storia suscita nella Chiesa determinate persone, perché siano come modelli del popolo di Dio. A tale schiera appartengono i presbiteri oggi proclamati Beati : Giuseppe Allamano e Annibale Maria Di Francia.

4. Il Beato Giuseppe Allamano, succedendo al suo zio, S. Giuseppe Cafasso, nella direzione del Convitto ecclesiastico della Consolata, ne emulò l'amore verso i sacerdoti e la sollecitudine per la loro formazione spirituale-intellettuale e pastorale, aggiornandola secondo le esigenze dei tempi. Nulla risparmiò perché innumerevoli schiere di sacerdoti fossero pienamente compresi del dono della loro vocazione e all'altezza del loro compito. Egli stesso diede l'esempio, coniugando l'impegno di santità con l'attenzione alle necessità spirituali e sociali del suo tempo. Era radicata in lui la profonda convinzione che «il sacerdote è anzitutto l'uomo della carità » « destinato a fare il maggior bene possibile », a santificare gli altri « con l'esempio e la parola », con la santità e la scienza. La carità pastorale — affermava — esige che il presbitero « arda di zelo per la salvezza dei fratelli, senza porre riserve o indugi nella dedizione di sé ».

5. Il canonico Allamano sentì come rivolte direttamente a sé le parole di Cristo : ((Andate in tutto il mondo e predicate il Vangelo a ogni creatura ».[7] E per contribuire ad imprimere alla Comunità cristiana un tale slancio, pur rimanendo sempre attivo come sacerdote diocesano, fondò prima l'Istituto dei Missionari, e poi quello delle Missionarie della Consolata, perché la Chiesa diventasse sempre più « madre feconda di figli », « vigna » che dà frutti di salvezza.

Nel momento in cui viene annoverato tra i Beati, Giuseppe Allamano ci ricorda che per restare fedeli alla nostra vocazione cristiana

[5] *FU* 4, 9.
[6] Cf. *FU* 3, 17.
[7] *Me* 16, 15.

occorre saper condividere i doni ricevuti da Dio con i fratelli di ogni razza e di ogni cultura; occorre annunciare con coraggio e con coerenza il Cristo ad ogni persona che incontriamo, specialmente a coloro che ancora non lo conoscono.

6. Lo stesso fuoco d'amore per il Signore e per gli uomini segnò tutta la vita e l'opera del Beato Annibale Maria Di Francia. Colpito sin dalla adolescenza dalla espressione evangelica : « La messe è molta, ma gli operai sono pochi. Pregate dunque il padrone della messe, perché mandi operai nella sua messe »,[8] egli spese tutte le sue energie per questa nobilissima causa.

La moltitudine di persone non ancora raggiunte dal Vangelo e il numero insufficiente degli evangelizzatori sono stati il tormento del suo cuore di apostolo e di sacerdote. Fondò a tal fine due Famiglie religiose : i Rogazionisti e le Suore Figlie del Divino Zelo, e promosse numerose iniziative per diffondere fra i fedeli la coscienza della necessità di pregare intensamente per le vocazioni.

Amò egli stesso profondamente il suo sacerdozio ; lo visse con coerenza, ne esaltò la grandezza nel popolo di Dio. Ripeteva spesso che la Chiesa, per svolgere la sua missione, ha bisogno di sacerdoti « numerosi e santi », « secondo il Cuore di Dio ». Sentiva che questo è un problema di essenziale importanza ed insisteva perche la preghiera e la formazione spirituale fossero al primo posto nella preparazione dei presbiteri ; in caso contrario — scriveva — « tutte le fatiche dei Vescovi e dei Rettori dei Seminari si riducono a una coltura artificiale di preti ... ».[9] Per lui ogni autentica vocazione è frutto della grazia e della preghiera ancor prima delle pur necessarie mediazioni culturali e organizzative.

7. Alla preghiera per le vocazioni congiunse un'attenzione concreta ai bisogni spirituali e materiali dei Sacerdoti e dei Seminaristi.

Dovunque vi erano necessità, a cui bisognava venire incontro: piccoli senza famiglia, fanciulle in gravi pericoli, monasteri di contemplative in difficoltà materiali, fu presente con tempestività ed amore. Di tutti fu padre e benefattore; pronto sempre a pagare di persona, aiutato e sostenuto dalla grazia.

Il messaggio che egli ci ha trasmesso è attuale ed urgente. L'eredità lasciata ai suoi figli e figlie spirituali è impegnativa. Possa l'opera

[8] *Mt* 9, 38; *Lc* 10, 2.

[9] *Scritti,* vol. 50, p. 9.

da lui iniziata continuare a dare frutti generosi a beneficio della intera Comunità cristiana e per sua intercessione accordi il Signore alla Chiesa santi sacerdoti, secondo il Cuore di Dio.

8. Rifulgano i nuovi Beati quali modelli di santità sacerdotale! Li addita come tali la Chiesa, mentre è in pieno svolgimento P VIII Assemblea Generale del Sinodo dei Vescovi, chiamata ad esaminare l'importante questione della formazione dei sacerdoti nel nostro tempo.

Come non sottolineare questa provvidenziale circostanza? Mentre, infatti, i Padri Sinodali ricercano le soluzioni più opportune per un problema così vitale, i nostri Beati indicano con chiarezza la direzione verso cui procedere. La loro esistenza, le loro esemplari esperienze apostoliche offrono luce alla ricerca sinodale. Essi ripetono che il mondo, adesso come allora, ha bisogno di sacerdoti santi, capaci di parlare al cuore dell'uomo moderno, perché si apra al mistero di Dio vivente. Ha bisogno di apostoli generosi, pronti a lavorare con gioia nella vigna del Signore.

9. « Perché andiate e portiate frutto » !

Ritorna nella liturgia il richiamo agli operai nella vigna divina, a coloro cioè che sono stati mandati dal Figlio-Redentore, come gli Apostoli. A quanti Cristo continua a chiamare e a mandare in ogni tempo e in ogni luogo, come ha chiamato e mandato questi due sacerdoti che oggi la Chiesa ha innalzato agli onori degli altari :

il beato Giuseppe Allamano,

il beato Annibale Maria Di Francia.

Straordinaria missione è stata la loro. Missione che ha richiesto però una profonda maturità di spirito.

Ai Santi e ai Beati non manca questa maturità, grazie proprio allo Spirito di verità lasciato da Cristo alla sua Chiesa. Grazie allo Spirito di verità si fa cosciente la certezza che il mondo è di Dio ; grazie a lui si comprende che la terra è una vigna della quale l'uomo non si può appropriare; la terra gli è stata affidata con il compito di coltivarla e di perfezionarla. È dallo Spirito di verità che provengono questa coscienza e questa certezza : coscienza e certezza piene di amore verso il Creatore e il creato, verso Dio e verso l'uomo.

Rendiamo grazie per tutti coloro che Cristo, il Figlio-Redentore, continua a scegliere perché vadano e portino frutto.

E che questo frutto « rinnovi la faccia della terra ».[10]

Amen !

[10] Cf. *Sal* 108/m, 30.

ALLOCUTIONES

I

Ad sodales consociationis iuvenum exploratorum in Arce Gandulfi coram admissos.*

Dear Friends,

I am pleased to welcome this distinguished group which includet the Secretary General and Members of the World Committee of Scouting, représentatives of the International Catholic Conference of Scouting and of AGESCI (Italian Catholic Scouts and Guides). In line with the many instances in which my predecessors have praised the noble aims of your movement and its achievements on a worldwide scale since Lord Baden-Powell founded it just over eighty years ago, I assure you of my own personal appréciation of Scouting as a magnificent educational expérience and form of social and religious commitment. I am happy to know that today over sixteen million young people of ail races, religions and cultures on every continent take part in Scouting activities within the structure of your movement.

In the changing politicai and social circumstances of the présent moment, you are finding new opportunities for a renewed présence of your Organization in the countries of Central and Eastern Europe. You are also making notable progress in Asia, Africa and Latin America, while Scouting continues to attract many young people in countries in which it has traditionally been strong. In congratulating you for the dedication and dynamism with which you serve this cause, I wish to encourage you to continue to uphold the high ideáis and challenging programmes of personal • development, friendship, brotherhood and service which make your movement so appealing to'you th.

Scouting is abo ve all an éducation. The members of the movement expérience it as a growth into personal maturity and social responsibility. They learn to assume their place in life with a high degree of commitment to the common good. They learn to care for the less fortunate. They develop a fervent desire to build a culture of goodwill; they learn openness and harmony in human relationships, respect for the environment, acceptance of duties, including the most

• **Die 20 m. Septembris a. 1990.**

fundamental of all duties : love of the Creator and obédience to his will.

Scouting is a movement capable of helping millions of young men and women to work for a civilization of "being", in contrast to the civilization of "having" which is producing in so many societies such alarming manifestations of selfishness, frustration and despair, and e ven of violence as a way of life. The true value of your movement lies in transmitting a humanism expressed in right judgment, strength of character, refinement of spirit, and persévérance in the pursuit of truth and goodness. The success of the Scouting method certainly has much to do with the way young people are led to discover for themselves and live these qualities through activities suitable to their age. The spontaneous and open style of Scouting activities, within a framework of self-discipline and a clear code of behaviour, makes these activities particularly attractive to the naturally enthusiastic and generous nature of youth.

[4] Cf., tra l'altro, per il più recente riconoscimento di questo diritto, la Dichiarazione delle Nazioni Unite del 1981 circa l'eliminazione di tutte le forme di intolleranza e di discriminazione basate sulla religione o sulla convinzione, art. 1.

persona, di questo o quel gruppo o ideologia. Tali mezzi costituiscono spesso l'unica fonte di informazione per un numero sempre maggiore di persone. Come, dunque, devono essere usati responsabilmente a servizio della verità!

IV. L'INTOLLERANZA: UNA SERIA MINACCIA PER LA PACE

Una seria minaccia per la pace è costituita dall'intolleranza, che si manifesta nel rifiuto della libertà di coscienza degli altri. Dalle vicende della storia abbiamo appreso dolorosamente a quali eccessi può essa condurre.

L'intolleranza può insinuarsi in ogni aspetto della vita sociale, manifestandosi nell'emarginazione o oppressione delle persone e minoranze, che cercano di seguire la propria coscienza per quanto riguarda i loro legittimi modi di vivere. Nella vita pubblica l'intolleranza non lascia spazio alla pluralità delle scelte politiche o sociali, imponendo così su tutti una visione uniforme dell'organizzazione civile e culturale.

Per quanto riguarda l'intolleranza religiosa, non si può negare che, malgrado il costante insegnamento della Chiesa cattolica, secondo il quale nessuno deve essere costretto a credere,[5] nel corso dei secoli non poche difficoltà e persino conflitti sono sorti tra i Cristiani e i membri di altre religioni.[6] Il Concilio Vaticano II lo ha riconosciuto formalmente, affermando che « nella vita del Popolo di Dio, pellegrinante attraverso le vicissitudini della storia umana, di quando in quando si è avuto un modo di agire meno conforme allo spirito evangelico)).[7]

Ancor oggi resta molto da fare per superare l'intolleranza religiosa, la quale è strettamente legata, in diverse parti del mondo, all'oppressione delle minoranze. Siamo, purtroppo, testimoni di tentativi per imporre ad altri una particolare idea religiosa sia direttamente, grazie ad un proselitismo che fa ricorso a mezzi di vera e propria coercizione, sia indirettamente, mediante la negazione di certi diritti civili o politici. Assai delicate sono le situazioni in cui una norma specificamente religiosa diventa, o tende a diventare, legge dello Stato, senza che si tenga in debito conto la distinzione tra le competenze della religione e quelle della società politica. Identificare

[5] Cf., tra l'altro, Dich. *Dignitatis humanae,* n. 12.
* Cf., tra l'altro, Dich. *Nostra aetate,* n. 3.
[7] Dich. *Dignitatis humanae,* n. 12.

la legge religiosa con quella civile può effettivamente soffocare la libertà religiosa e, persino, limitare o negare altri inalienabili diritti umani. A questo riguardo, vorrei ripetere ciò che affermai nel Messaggio per la Giornata della Pace del 1988: « Anche nel caso in cui uno Stato attribuisca una speciale posizione giuridica ad una determinata religione, è doveroso che sia legalmente riconosciuto ed effettivamente rispettato il diritto di libertà di coscienza di tutti i cittadini, come pure degli stranieri che vi risiedono, anche temporaneamente, per motivi di lavoro od altri ».[8] Ciò vale anche per i diritti civili e politici delle minoranze e per quelle situazioni in cui un esasperato laicismo, in nome del rispetto della coscienza, impedisce di fatto ai credenti il diritto di esprimere pubblicamente la propria fede.

L'intolleranza può essere anche il frutto di un certo fondamentalismo, che costituisce una tentazione ricorrente. Esso può facilmente condurre a gravi abusi, quali la soppressione radicale di ogni pubblica manifestazione di differenza o, addirittura, il rifiuto della libertà di espressione in quanto tale. Anche il fondamentalismo può portare all'esclusione dell'altro dalla vita civile o, in campo religioso, a misure coercitive di « conversione ». Per quanto si possa avere a cuore la verità della propria religione, ciò non dà a nessuna persona o gruppo il diritto di tentare di reprimere la libertà di coscienza di quanti hanno altre convinzioni religiose, o di indurli a falsare la loro coscienza offrendo o negando determinati privilegi e diritti sociali, se essi cambiano la propria religione. In altri casi, si arriva ad impedire alle persone, persino con l'applicazione di severe misure penali, di scegliere liberamente una religione diversa da quella a cui al momento appartengono. Simili manifestazioni di intolleranza evidentemente non promuovono la pace nel mondo.

Per eliminare gli effetti dell'intolleranza, non basta « proteggere » le minoranze etniche o religiose, riducendole così alla categoria di minori civili o di individui sotto tutela dello Stato. Ciò potrebbe risolversi in una forma di discriminazione che ostacola, anzi impedisce lo sviluppo di una società armonica e pacifica. Piuttosto, va riconosciuto e garantito l'insopprimibile diritto di seguire la propria coscienza e di professare e di praticare, da soli o comunitariamente, la propria fede, sempre che non siano violate le esigenze dell'ordine pubblico.

[8] N. 1.

Paradossalmente coloro che in precedenza sono stati vittime di varie forme di intolleranza possono correre il rischio di creare, a loro volta, nuove situazioni di intolleranza. La fine di lunghi periodi di repressione in alcune parti del mondo, durante i quali non è stata rispettata la coscienza di ciascuno ed è stato soffocato quanto vi era di più prezioso per la persona, non deve diventare occasione per nuove forme di intolleranza, per quanto difficile possa essere la riconciliazione con l'antico oppressore.

La libertà di coscienza, rettamente concepita, per sua stessa natura è sempre ordinata alla verità. Pertanto; essa conduce non all'intolleranza, ma alla tolleranza ed alla riconciliazione. Questa tolleranza non è una virtù passiva, poiché ha le sue radici in un amore operoso e tende a trasformarsi e a divenire un positivo impegno per assicurare la libertà e la pace a tutti.

V. LA LIBERTÀ RELIGIOSA : UNA FORZA PER LA PACE

L'importanza della libertà religiosa mi induce a ribadire che il diritto alla libertà religiosa non è semplicemente uno fra gli altri diritti umani ; « anzi questo è il più fondamentale, perché la dignità di ogni persona ha la sua prima fonte nel suo rapporto essenziale con Dio creatore e padre, alla cui immagine e somiglianzà è stata creata, perché dotata di intelligenza e di libertà ».[9] « La libertà religiosa, esigenza insopprimibile della dignità di ogni uomo, è una pietra angolare dell'edificio dei diritti umani »[10] e, perciò, è l'espressione più profonda della libertà di coscienza.

Non si può ignorare che il diritto alla libertà religiosa tocca l'identità stessa della persona. Uno degli aspetti più significativi, che caratterizzano il mondo di oggi, è il ruolo della religione nel risveglio dei popoli e nella ricerca della libertà. In molti casi è stata la fede religiosa a mantenere intatta e, persino, a rafforzare l'identità di interi popoli. Nelle Nazioni in cui la religione è stata ostacolata o, addirittura, perseguitata nel tentativo di relegarla tra i fenomeni superati del passato, essa si è di nuovo rivelata come potente forza liberatrice.

La fede religiosa è così importante per i popoli ed i singoli individui, che in molti casi si è pronti a qualsiasi sacrificio per salva-

[9] Discorso ai partecipanti al V Colloquio Giuridico, 10 marzo 1984, n. 5.

[10] Messaggio per la Giornata Mondiale delia Pace 1988, *Introduzione.*

guardarla. In effetti, ogni tentativo di reprimere o sopprimere ciò che una persona ha di più caro rischia di sfociare in aperta o latente ribellione.

VI. LA NECESSITÀ DI UN GIUSTO ORDINE LEGALE

Nonostante le varie Dichiarazioni in campo nazionale e internazionale, le quali proclamano il diritto alla libertà di coscienza e di religione, si hanno tuttora troppi tentativi di repressione religiosa. Senza una concomitante garanzia giuridica mediante appropriati strumenti, tali Dichiarazioni sono destinate troppo spesso a rimanere lettera morta. Sono da apprezzare, pertanto, i rinnovati sforzi che si stanno facendo per dare maggior vigore al regime legale esistente[11] mediante la creazione di nuovi ed efficaci strumenti, idonei a consolidare la libertà religiosa. Questa piena protezione legale deve effettivamente escludere ogni coercizione religiosa, come un serio ostacolo alla pace. Al contrario, ((il contenuto di una tale libertà è che tutti gli uomini devono essere immuni dalla coercizione da parte di singoli individui, di gruppi sociali e di qualsivoglia potestà umana, così che in materia religiosa nessuno sia forzato ad agire contro la sua coscienza né sia impedito, entro debiti limiti, di agire secondo la sua coscienza privatamente e pubblicamente, sia in forma individuale che associata ».[12]

Il presente momento storico rende urgente il rafforzamento degli strumenti giuridici atti a promuovere la libertà di coscienza anche in campo politico e sociale. A questo riguardo, il graduale e continuo sviluppo di un regime legale internazionalmente riconosciuto potrà costituire una delle basi più sicure per la pace e per l'ordinato progresso della famiglia umana. Nello stesso tempo, è essenziale che siano intrapresi sforzi paralleli a livello nazionale ed anche regionale, per assicurare che tutte le persone, ovunque dimorino, siano protette da norme legali riconosciute sul piano internazionale.

Lo Stato ha l'obbligo non solo di riconoscere la fondamentale libertà di coscienza, ma di promuoverla, sempre però alla luce della legge morale naturale e delle esigenze del bene comune, oltre che nel rispetto della dignità di ogni uomo. In proposito, giova ricordare che la libertà di coscienza non dà diritto a una indiscriminata pratica

[11] Cf., tra l'altro, Dichiarazione Universale dei Diritti Umani, art. 18; Atto Finale di Helsinki 1, a) VII; Convenzione sui Diritti del Fanciullo, art. 14.

[12] Dich. *Dignitatis humanae,* n. 2.

dell'obiezione di coscienza. Quando una pretesa libertà si trasforma in licenza o in pretesto per limitare i diritti altrui, lo Stato ha l'obbligo di proteggere, anche legalmente, i diritti inalienabili dei suoi cittadini contro tali abusi.

Vorrei rivolgere uno speciale e pressante appello a quanti hanno pubbliche responsabilità — siano essi capi di Stato o di governo, legislatori, magistrati ed altri — perché assicurino con tutti i mezzi necessari l'autentica libertà di coscienza di tutti coloro che risiedono nell'ambito della loro giurisdizione, con particolare attenzione ai diritti delle minoranze. Ciò, oltre che essere una questione di giustizia, serve a promuovere lo sviluppo di una società pacifica e armonica. Infine, sembra quasi superfluo riaffermare che gli Stati hanno il rigoroso obbligo morale e legale di osservare gli accordi internazionali, da loro sottoscritti.

VII. UNA SOCIETÀ ED UN MONDO PLURALISTICO

L'esistenza di norme internazionali riconosciute non esclude che possano esserci certi regimi, o sistemi di governo rispondenti ad una specifica realtà socio-culturale. Questi regimi, tuttavia, devono assicurare piena libertà di coscienza ad ogni cittadino e non possono in nessun modo costituire un pretesto per negare o restringere i diritti universalmente riconosciuti.

Ciò è tanto più vero se si considera che nel mondo di oggi raramente l'intera popolazione di un Paese appartiene ad una stessa convinzione religiosa o ad una stessa etnia o cultura. Le migrazioni di massa ed i movimenti di popolazione stanno portando ad una società multiculturale e multi-religiosa in varie parti del mondo. In tale contesto il rispetto della coscienza di tutti assume una nuova urgenza e presenta nuove sfide alla società nei suoi settori e strutture, nonché ai legislatori ed ai governanti.

Come si devono rispettare in un Paese le differenti tradizioni, costumi e modi di vita, doveri religiosi, mantenendo l'integrità della propria cultura? Come deve una cultura socialmente dominante accettare ed integrare i nuovi elementi senza perdere la propria identità e senza creare frizioni? La risposta a queste difficili domande si può trovare in un'attenta educazione al rispetto della coscienza dell'altro, con mezzi quali la conoscenza di altre culture e religioni e l'equilibrata comprensione delle diversità esistenti. Quale miglior mezzo di unità nella diversità, se non l'impegno di tutti nella comune

ricerca della pace e nella comune affermazione della libertà, che illumina e valorizza la coscienza di ognuno? È anche auspicabile, per un'ordinata convivenza civile, che le varie culture presenti si rispettino e si arricchiscano mutuamente. Un vero impegno di inculturazione giova anche alla reciproca comprensione tra le religioni.

Nell'ambito di questa comprensione tra le religioni, molto è stato compiuto in anni recenti per promuovere un'attiva collaborazione nei compiti che l'umanità deve affrontare insieme sulla base dei tanti valori che le grandi religioni hanno in comune. Desidero incoraggiare questa collaborazione ovunque sia possibile, nonché i dialoghi ufficiali che sono in corso tra i rappresentanti dei maggiori gruppi religiosi. Al riguardo, la Santa Sede ha un organismo — il Pontifìcio Consiglio per il dialogo interreligioso — che ha la specifica finalità di promuovere il dialogo e la collaborazione con le altre religioni, sempre però nell'assoluta fedeltà all'identità cattolica e nel pieno rispetto di quella altrui.

Sia la collaborazione che il dialogo interreligioso, quando avvengono con fiducia, deferenza e sincerità, rappresentano un contributo alla pace. «L'uomo ha bisogno di sviluppare il suo spirito e la sua coscienza. È quello che spesso manca all'uomo di oggi. La dimenticanza dei valori e la crisi d'identità, che il nostro mondo attraversa, ci obbligano ad un superamento e ad un rinnovato sforzo di ricerca e di domanda. La luce interiore, che nascerà così nella nostra coscienza, permetterà di dare senso allo sviluppo, di orientarlo verso il bene dell'uomo, di ogni uomo e di tutti gli uomini, secondo il piano di Dio)).[13] Questa comune ricerca, alla luce della legge della coscienza e dei precetti della propria religione, confrontandosi anche con le cause delle presenti ingiustizie sociali e delle guerre, getterà una solida base per la collaborazione nella ricerca delle soluzioni necessarie.

La Chiesa cattolica si è adoperata volentieri per incoraggiare ogni forma di leale collaborazione, in vista della promozione della pace. Essa continuerà soprattutto a dare il suo specifico contributo a tale collaborazione, educando le coscienze dei propri membri all'apertura verso gli altri, al rispetto per gli altri, alla tolleranza, che va di pari passo con la ricerca della verità, ed alla solidarietà.[14]

[13] Discorso ai giovani Musulmani, Casablanca, 19 agosto 1985, n. 9: *AAS* 78 (1986) 101-102.

[14] Cf. Discorso al Corpo Diplomatico, 11 gennaio 1986, n. 12.

VIII. LA COSCIENZA E IL CRISTIANO

Essendo tenuti a seguire la propria coscienza nella ricerca della verità, i discepoli di Gesù Cristo sanno che non ci si deve affidare soltanto alla propria capacità di discernimento morale. La Rivelazione illumina la loro coscienza e fa loro conoscere il grande dono di Dio air uomo : la libertà.[15] Dio non ha soltanto inscritto la legge naturale nel cuore di ciascuno, in quel ((nucleo e sacrario più segreto dell'uomo, in cui egli si trova solo con Dio »,[16] ma ha rivelato la sua propria legge nella Scrittura. In questa si trova l'invito o, meglio, l'imperativo di amare Dio e di osservare tale sua legge.

Egli ci ha fatto conoscere la sua volontà. Egli ci ha rivelato i suoi comandamenti, ponendoci davanti « la vita e il bene, la morte e il male », e ci chiama a « scegliere la vita ... amando il Signore nostro Dio, obbedendo alla sua voce e tenendoci uniti a lui ; poiché è lui la nostra vita e la nostra longevità ... ».[17] Egli nella pienezza del suo amore rispetta la libera scelta della persona circa i valori supremi di cui è alla ricerca, ed in tal modo rivela il suo pieno rispetto per il dono prezioso della libertà della coscienza. Ne sono testimoni le stesse sue leggi, che sono compiuta espressione della sua volontà e della sua assoluta inconciliabilità nei confronti del male morale, e con le quali vuole appunto orientare la ricerca dell'ultimo fine, perché tendono a giovare all'esercizio della libertà, e non già ad impedirlo.

Ma non è bastato a Dio manifestare il suo grande amore per il creato e per l'uomo. Egli «ha tanto amato il mondo da dare il suo Figlio unigenito, perché chiunque crede in lui non muoia, ma abbia la vita eterna ... Chi opera la verità viene alla luce, perché appaia chiaramente che le sue opere sono state fatte in Dio ».[18] Il Figlio non ha esitato a proclamare di essere la Verità,[19] e ad assicurarci che questa Verità ci avrebbe fatti liberi.[20]

Nella ricerca della verità il cristiano si rivolge alla rivelazione divina, che in Cristo è presente in tutta la sua pienezza. Cristo ha

[15] Cf. *Sir 17,* 6.
[16] Cost. past. *Gaudium et spes,* n. 16.
[17] Cf. *Deut* 30, 15-20.
[18] Cf. *Gv* 3, 16. 21.
[19] Cf. *ibid.* 14, 6.
[20] Cf. *ibid.* 8, 32.

affidato alla sua Chiesa la missione di annunciare questa verità, e la Chiesa ha il dovere di esserle fedele. Il mio più grave impegno, come successore di Pietro, è precisamente quello di assicurare questa costante fedeltà, confermando nella fede i miei fratelli e sorelle.[21]

Il cristiano più di ogni altro deve sentirsi obbligato a conformare la propria coscienza alla verità. Di fronte allo splendore del dono gratuito della rivelazione di Dio in Cristo, quanto umile e attento, da parte sua, deve essere l'ascolto della voce della coscienza ! Quanto deve egli diffidare della sua limitata luce, quanto dev'essere pronto ad apprendere, quanto lento a condannare ! Una delle tentazioni ricorrenti in ogni tempo, anche tra i cristiani, è quella di erigersi a norma della verità. In un'epoca permeata di individualismo questa tentazione può trovare svariate espressioni. Il contrassegno di chi è nella verità, tuttavia, è di amare umilmente. Così insegna la parola divina : La verità si fa nella carità.[22]

Pertanto, per la stessa verità che professiamo siamo chiamati a promuovere l'unità e non la divisione, la riconciliazione e non l'odio o l'intolleranza. La gratuità del nostro accesso alla verità ci conferisce la preziosa responsabilità di proclamare soltanto quella verità che porta alla libertà ed alla pace per tutti : la Verità incarnata. in Gesù Cristo.

Al termine di questo Messaggio, invito tutti a ben riflettere sulla necessità di rispettare la coscienza di ciascuno nel proprio ambiente ed alla luce delle proprie specifiche responsabilità. In ogni campo della vita sociale, culturale e politica il rispetto della libertà di coscienza, ordinata alla verità, trova varie, importanti e immediate applicazioni. Cercando insieme la verità, nel rispetto della coscienza degli altri, potremo progredire sulle vie della libertà che sboccano nella pace, secondo il disegno di Dio.

Dal Vaticano, 8 dicembre dell'anno 1990.

IOANNES PAULUS PP. II

[21] Cf. *Lc 22,* 32.
[22] Cf. *Ef* 4, 15.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

NOTIFICATIO

Quaesitum est ab hac Congregatione pro Doctrina Fidei, utrum baptismus collatus apud communitatem vulgo dictam « Christian Community » vel <(Die Christengemeinschaft » domini Rodulfi Steiner validus sit an non.

Haec Congregatio, diligenti examine expleto, respondendum decrevit : *Negative.*

Romae, die 9 martii 1991.

IOSEPHUS card. **RATZINGER**
Praefectus

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

CAESARAUGUSTANA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Genovefae Torres Morales, Fundatricis Sororum a S. Corde Iesu et Sanctis Angelis (1870-1956).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus et in angustiis, pro Christo : cum enim infirmor, tunc potens sum» *(2 Cor* 12, 10).

Deum debiles praeferre ut ad effectum sua adducat consilia, historiamque salutis austeram crucis viam transire, patet etiam ex casu

Servae Dei Genovefae Torres Morales, quae, quamvis mulier esset corpore invalida, cultura tarda et socialiter humilis, ex divinae gratiae auxilio magnam testificata est erga Evangelium fidelitatem et navum atque abstinentem in proximum amorem, ita ad auctum conferens Christi regni in terra.

Orta est Serva Dei a Iosepho Torres et Vincentia Morales mensis Ianuarii die 3 anno" 1870 Almenarae, urbe a Valentia non longinqua. Postridie baptismi sacramentum accepit et anno 1877 confirmationis. Anno 1880 primum ad eucharisticam mensam accessit, quasi clam, cum vestem ad sollemne sacrum aptam non haberet. Felici non est fruita pueritia, immo multis gravibusque est acerbitatibus exercitata ; primis enim octo vitae annis eam mors piis probisque parentibus necnon quattuor fratribus sororibusque privavit.

Ut sola mansit cum fratre duodeviginti annos nato, obeunda fuit ei solitudinis, paupertatis et onerum, puellulae immodicorum, calamitas. Quo domus officia exsequeretur, ludi institutionem accipere nequivit, sed potuit vicissim quadam assiduitate religionibus se dedere. Cotidie fere Missae intererat ; catechismi scholas quotiens poterat frequentabat; domi vero christianam doctrinam alias docebat puellas. Fratris matrimonium fuit Genovefae alia laboris coacervatio. Non solum enim omnes occupationes in eam recidebant, sed debebat etiam domus sumptibus pecuniam conferre, in taberna uti operaría laborando. Fratris uxore immature mortua, Servae Dei fuit quoque parva filia fratris curanda. Laboris nimietas et exiguus victus valetudinem eius afflixerunt. Mense Martio anno 1883 ruinoso correpta tumore, cruris sinistri est amputatiónem passa parum infra pelvim, cruda ex manu curatione, quae ei inenarrabiles elicuit dolores effecitque ut prothesis confici nequiret, quae artum exsectum substitueret. Septuaginta annos baculis inniti debuit et acerbas in culmine resectionis sensit punctiones.

Cum frater ad secundas nuptias transivit, uxor Servae Dei ablegationem voluit : quae die 23 mensis Februarii anno 1886 in Domum Misericordiae Valentinarum Carmelitidum a Caritate secessit, ubi novem pacis et tranquillitatis egit annos. Vehementer est amata et aestimata a sororibus, a cappellanis et a sodalibus, quae ardentem eius religiosum spiritum admirabantur, apostolicum studium et industriam. Facultas saepe visitandi SS. altaris Sacramentum, pietatis exercitia faciendi et cum personis vivendi Deo consecratis atque catechismum docendi alias iuvenes in domum receptas, eam felicem reddebat. Illo

temporis spatio, quod semper Domini benedictionem putavit, suam auxit religiosam doctrinam et tam bene plumariam didicit artem, ut domui lucri fons fuerit. Animadversa ad vitam consecratam voca^ tione, ingredi rogavit Congregationem Carmelitidum a Caritate, sed cum ob suam corporis imminutionem non apta habita esset ad apostolatum activum, eius postulatio non est accepta. Domo relicta in qua receptabatur, cogitavit primo de Instituto condendo, eo praecipue spectans, ut in adorationem eucharisticam incumberet; dein, suadentibus p. Martino Sánchez, S. I., et canonico Iosepho Barbarrós, Valentiae cum duabus piis mulieribus se coniunxit, quae manuum labore se sustentabant et simul opera faciebant caritatis, praesertim nonnullis dominis hospitium praebendo. Hoc in agro Genovefa Congregationem Sororum a Sacro Corde et a Sanctis Angelis instituit, quae dominas solas, quod ad animum et quod ad corpus pertinebat, custodirent. Opus, die 2 mensis Februarii initum anno 1911, est una voce probatum et, quamquam non paucae fuerunt difficultates quas Serva Dei patientia obiit et fortitudine, celeriter crevit etiam in aliis Hispaniae urbibus, Caesaraugustae initio capto, ubi postea Domus Generalitia sedem et domicilium constituit. Die 5 mensis Decembris anno 1925 Archiepiscopus Caesaraugustanus Institutum ad gradum evexit Congregationis iuris dioecesani; die 18 eiusdem mensis Serva Dei vota temporanea nuncupavit et insequenti anno, permissu Sanctae Sedis, vota perpetua. Ab anno 1925 ad annum 1954 sine intermissione est munere iuncta Antistitae Generalis, quod alacritate, prudentia ac spiritu vere materno sustinuit. Constanti cum cura Sororum suarum formationem spiritalem et apostolicam coluit, quas hortabatur ut essent inter se « sicut acini racemi » et suae vocationi sine exceptione responderent. « Mtamur — aiebat — verae religiosae esse, nullo alio praeditae spiritu quam Iesu Christi, id est, cum Deo coniunctae vivamus in contemptione quam pienissima nostri, in humilitate maxima, in constantissima pace et in largissima erga proximum caritate. Ita, omnibus terrenis rebus neglectis, opera faciemus amore puro digna et olim cum eis ad caelum resurgemus ».

Quae alios docebat, ipsa cum laetitia, perseverantia ac perfectione exsequebatur, -tum in ordinariis vitae condicionibus, tum difficilibus temporibus, ita ut omnibus esset exemplo perfectae Deo consecrationis in Ecclesiae et proximi servitio. Molestiarum onus, quod ei impositum erat iam a pueritia, quominus alacriter sanctitatis iter emetiretur non impedivit nec umquam ei spiritus abstulit serenità-

tem ; immo, quae eius erat sapientia, suas angustias atque dolores in thesaurum mutavit magni pretii, quem libenter in gloriam Dei impendit et in aliorum utilitatem ac consolationem.

Fide illuminata, firmiter credidit in Deum et in eius verbum suisque in omnibus actibus sivit se evangelicis duci praeceptis et Ecclesiae magisterio. Constanter namque exoptavit Domini voluntatem fideliter facere, studiose divinis gratiis respondere, cum diligentia munus sibi concreditum explere et quodlibet fugere genus peccati. Ut continenter in familiaritate Dei inque Christi imitatione progrederetur, cotidie ferventer Missae sacrificio intererat et Eucharistiam accipiebat; in oratione mentali et vocali erat assidua, in Sacrarum Litterarum meditatione, maxime Evangelii. Multum insumebat temporis in altaris Sacramento adorando, fecitque ut Eucharistia centrum esset sui Instituti vitae spiritalis. Peculiarem excoluit pietatem in Sacrum Cor Iesu, in Virginem Dei Matrem, in sanctum Ioseph ac sanctos Angelos.

Neglegens sui fuit rerumque fluxarum, nec suis notabilibus intellegentiae et voluntatis dotibus confidebat; sed spem suam in Deo collocavit, qui ei omnia fuit, et in Providentiae auxilio, ad quam cum fiducia confugiebat ut munus suum perficeret et difficultates superaret, in quas in itinere incurrebat. Etsi attenta erat ad temporis sui necessitates et in regimine operum suorum industria, vitam tamen aeternam appetebat, quam ut consequeretur gratias implorabat necessarias.

Cum Deum tota mente amaret totoque corde, omnibus viribus laboravit seseque donavit laetanter ut ei placeret et regnum eius dilataret in terra. Proximum sicut se ipsam dilexit semperque parata fuit ad egenos adiuvandos et ad operam animarum saluti navandam deprecatione, consilio, continentia et apostolicis laboribus. Sorores, dominae solae, puellae pauperes, aegroti, familiae difficultatibus affectae eius multimodis non solum curam experti sunt et benignitatem, verum etiam liberalitatem. Eius caritas ne iis quidem defuit, qui eam vexaverant ac eius inceptis obesse conati erant.

Perfectione eminuit, qua virtutes cardinales et adnexas explicavit, votaque religiosa atque suae Congregationis Regulam observavit. Officio Antistitae Generalis deposito, cum humilitate et oboedientia se gessit erga novam Antistitam nec umquam Instituti regimini se immiscuit ; quin, ac si simplex esset soror, laeta erat etiam in rebus parvi momenti obnoxia esse Antistitarum suarum voluntati.

Eius valetudo propere defecit et, post brevem morbum, ex aetate exacta profectum, pie Caesaraugustae obiit die 5 mensis Ianuarii anno 1956, sanctis levata Sacramentis.

Sanctitatis fama, quam sibi viva comparaverat, aucta est et confirmata post mortem; unde Archiepiscopus Caesaraugustanus, Sanctae Sedis permissu obtento ad normam M. P. « Sanctitas Clarior », Causam iniit canonizationis. Processus Cognitionalis annis 1976-1978 est celebratus; eodem tempore Processiculus Rogatorialis est Pompelone instructus. Horum Processuum auctoritas et vis est per Decretum Congregationis pro Causis Sanctorum agnita die 11 mensis Novembris anno 1983. Apparata « Positione », inspectae sunt, iuxta normas, Servae Dei virtutes. Die 30 mensis Ianuarii anno 1990, faventi cum exitu. Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum, Fidei Promotore Rev.mo Antonio Petti praesidente. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 3 mensis Iulii eodem habita anno, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo, professi sunt Servam Dei Genovefam Torres Morales heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Q-enovefae Torres Morales, Fundatricis Sororum a S. Corde Iesu et Sanctis Angelis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI**, *Praefectus*

L. m **S.**

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

CAMBEEIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Cantilli Costa de Beauregard, sacerdotis dioecesani (1841-1910).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Orphano tu eris adiutor» *(Ps* 10, 14). Servus Dei Camillus Costa de Beauregard singulari caritatis spiritu hanc secutus est Psalmistae adhortationem totamque vitam omnesque multas opes suas ad orphanos detulit, adeo ut iure omnium consensu vocatus sit « Orphanorum Pater ».

Camberii in Sabaudia is est ortus, die 17 mensis Februarii anno 1841 marchione Pantaleone Costa de Beauregard et Domina Martha Saint-Georges de Verae, qui non solum nobilitate et divitiis, sed et sincera severaque vita christiana pollebant, qua multos instruxerunt filios. Postridie quam natus est, Servus Dei sacramentum accepit baptismatis et nomina Adolfum, Ioannem, Mariam, Camillum, quo nomine est ferme vocatus. Ad eius formationem contulerunt, praeter familiam, Fratres Scholarum Christianarum et postea Patres Societatis Iesu, qui eum in suis ephebeis discipulum habuerunt. Anno 1852 primum Panem eucharisticum edit et confirmationis sacramentum recepit. Non diu est in spiritus discrimine versatus, quod vicit a Virgine Maria auxilium implorando, et post « conversionem » semper sua christiani ofiicia observavit, quin discriminis superatio cum initio congruit eius sacerdotalis vocationis. Re attente considerata, Seminarium Gallicum Romae situm ingressus est (annis 1863-1866) et die 26 mensis Maii anno 1866 sacrum presbyteratus ordinem excepit. In Academiam Nobilium Ecclesiasticorum, uti tum appellabatur, introire recusavit; maluit, contra, in dioecesim reverti solummodo cupiens se ministerio pastorali inter pauperes dedere. Anno 1867 est nominatus paroeciae Sancti Francisci Salesii (Cathedralis) vicarius, ea condicione, ab ipso proposita et ab Archiepiscopo probata, ne ullam

reciperet remunerationem pro servitio, quod erat praestaturus. Eodem anno, cholera morbo saeviente, coepit curam adhibere de pueris orbatis parentibus, quos colligebat et quoad corpus et spiritum adiuvabat. Huic proposito persequendo sua ipsius bona suppeditavit. A matre quoque adiutus et ab aliis beneficiorum auctoribus, primi aedificii orphanotrophii exstructionem suscepit. Exinde Servus Dei totum se tradidit orphanis cogendis iisque subveniendo. Fuit ei igitur ministerium paroeciale relinquendum et est canonicus honorarius nominatus.

Opus, quod magna cum alacritate et cura erat aggressus, non mediocriter crevit. Paucis annis multa adsurrexerunt aedificia, ad diversas partes accommodata, in quas eos diviserai, quos curabat : parvos, medios et tirones, pro quibus instructissimas fecerat officinas et villam apparaverat. Ipse domorum administrationi, etiam minimis in rebus, consulebat, adiutus, quod ad minores natu pertinebat, a Filiis Caritatis Sancti Vincentii de Paulo et, quod ad maiores natu, a Fratribus Scholarum Christianarum, ac dein a coetu Sacerdotum ad id ipsum electorum et formatorum.

Constanter inter suos pueros vivebat, eos singillatim cognoscebat, diligebat, docebat probos fieri cives et sibi constantes christianos. Cum moderatione et prudentia veram erga eos exercuit paternitatem, magna benignitate et animi firmitudine insignitam. Cum sibi persuasum haberet unicum animarum educatorem divinum esse Magistrum (cf. *Mt* 23, 10), suos pueros adduxit ad Christum cognoscendum et imitandum per paenitentiae et eucharistiae sacramenta. Pietas in Sacrum Iesu Cor et in Virginem Mariam, boni amor et mali odium alia fuerunt eius actionis institutoriae fundamenta.

Eius apostolatus multos tulit fructus tum quia sapienter et ardenter explicabatur, tum quia validior et efficacior reddebatur vitae eius sanctitate, gloriae Dei et regni Christi aedificationi omnino addictae. Quo melius pueris serviret omni ope et opera enisus est in se imaginem exprimere boni Pastoris, rebus omnibus renuntiavit, et, ut cum eis maneret, bis nominationem in episcopatum renuit.

Eius ad perfectionem iter continenter fidei lumine est illustratum, quod aeternarum veritatum meditatione alebat, Missae et liturgiae horarum fervida celebratione, deprecatione assidua, longa Eucharistiae adoratione, filiali in Virginem Mariam pietate, superioribus oboedientia. Mente et corde divinae revelationi assensus est atque ecclesiae magisterio, et per caritatis opera, praedicationem et catechisticam institutionem ad Dei cognitionem et evangelii, atque ad animos incendendos ut Christum sequerentur, magnopere contulit.

Vehementer Dominum amavit vixitque arcte cum eo coniunctus, studens eius voluntatem quam optime facere, prompte gratiis respondendo et quodlibet vitans peccati genus. Caritati Dei inseruit proximi caritatem. Animadvertit se debere omnibus bene facere, quos providentia in eius vitam immittebat, praesertim orphanis, operariis, pauperibus, aegrotis, dolentibus, qui per eum hominum necessitudinem et maternam Ecclesiae sollicitudinem multimodis experti sunt. Ne ipsa quidem tenuis valetudo eum impedivit quominus totum se omnibus dederet alacriter et perseveranter. Etsi nobili et divite familia ortus erat, honores neglexit, divitias, commoda et omnia, quae poterant hominum animos in eum convertere. Christum imitando didicit et coluit egregie humilitatem et paupertatem. Sciebat enim se parvum esse in manibus Dei instrumentum et quae faciebat non e suis viribus proficisci, sed e providentiae auxilio, in qua spem suam collocaverat. Hoc Deo in laude ponebat, quod difficultates superaverat, in quas inciderat propter temporum nequitiam.

Accurate, constanter et spiritali cum delectatione usque ad dierum suorum exitum omnibus munibus sacerdotalibus et officio educatoris satisfecit, virtutum suarum singularium odorem circumfundens. Obiit die 25 mensis Martii anno 1910 pulmonei sanguinis congestu, extremis religiosis solaciis piissime acceptis.

Sanctitatis fama, qua vivus est fruitus, post mortem duravit; quam ob rem archiepiscopus Camberiensis canonizationis causae initium fecit per celebrationem processus ordinarii informativi (anno 1927), cui adiunctus est processus ordinarius rogatorialis Carcasonensis (anno 1926). Die 25 mensis Ianuarii anno 1961 decretum promulgatum est introductionis causae et anno 1964 decretum super non cultu. Annis 1964-1965 apud eandem curiam Camberiensem celebratus est processus apostolicus, cuius auctoritas decreto diei 10 mensis Iulii anni 1970 agnita est. Apparata Positione, ex normis inspectae sunt virtutes. Die 24 mensis Aprilis anno 1990, faventi cum exitu actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Antonius Petti. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 18 mensis Decembris eiusdem anni, causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, professi sunt Servum Dei Camillum Costa de Beauregard heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Camilli Costa de Beauregard, sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

68 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

GNESNEN, SEU VARSAVIEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Raphaelis Chylinski (in saec.: Melchioris), sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium (1694-1741).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Raphaël Chyliñski, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium sacerdos professus, in oppido loci sermone *Wysoczha* appellato, apud urbem polonam *Buk* sito, die 8 mensis Ianuarii anno 1694, a probis piisque parentibus ortus est. Anno 1712, exercitui nomen dedit et per tres annos fideliter implevit officia mili-

tiae. Quibus absolutis se exauctoravit, ut Ordinem Fratrum Minorum Conventualium Cracoviae ingrederetur. Die 26 mensis Aprilis anno 1716 professionem religiosam emisit et insequenti anno est sacerdos ordinatus. Poloniae in diversis urbibus habitavit, ubi cum indefatigato ardore et humilitate, sacrum exercens ministerium, praedicationi et praesertim sacramentalibus audiendis confessionibus et caritatis operibus implendis totum se dedit. Singulari cum amore et zelo, pauperibus et aegrotis, in quibus Christi patientis imaginem videbat, spiritaliter et corporaliter aderat. Memorabilis mansit benefica illa industria, quam pro civitate Cracoviensi explicavit peste correpta (annis 1736-1738).

E continua cum Deo coniunctione, assidua deprecatione et ferventi in Virginem Mariam pietate vim hausit ad progrediendum sine intermissione in imitatione Christi, secundum sancti Francisci Assisinatis doctrinam et exemplum.

Virtutibus locuples et meritis sancte obiit die 2 mensis Decembris anno 1741 in Conventu oppidi Lagiewniki apud Lodzam positi, a fratribus sodalibus et a populo desideratus.

Post peracta omnia, quae iure praecipiuntur, Summus Pontifex Pius XII, die 13 mensis Maii anno 1949, Servum Dei heroum in modum virtutes exercuisse théologales, cardinales et adnexas edixit.

Causae Actores, ad obtinendam patris Raphaelis Chylinski beatificationem, ad Sedem Apostolicam sanationem detulerunt, miram habitam, quae accidit eiusdem Venerabilis Servi Dei intercessione, mense Ianuario anno 1764 pro domino Sigismundo Staniszewski, 63 annos nato, nobili Polono Varsaviensi. Is, cum iter faceret, gravem sensit offensam, quam Medicorum Consilium Congregationis de Causis Sanctorum ita descripsit : « Abdomen acutum ex probabili processu infiammati vo sedem habente hepatiariam-biliarem cum progressu ingravescente usque ad statum "shock" ». Cum vero inutiles fuissent et irritae medicorum curae et edita esset prognosis infausta quoad vitam, aegrotus ipse cum uxore et aliquibus amicis adstantibus divinum imploravit auxilium per intercessionem patris Raphaelis **Chylinski,** cuius imago apud lectum afiixa erat. Interea somno sopitus est mediam fere horam et inter somnum coram se tres vidit personas, quarum una his verbis eum est allocuta : « Bono animo sis ; sanatus es ; surge ». Statim est experrectus et vere se esse sanatum animadvertit.

Hic mirus eventus ilico et uno ore est deprecationi Servi Dei tributus, qui erat paulo ante invocatus. De quo eventu iudicialia docu-

menta collecta sunt in Processu Apostolico super virtutibus, apud Curiam archiepiscopalem Gnesnensem et Varsaviensem acto annis 1773-1777, cuius auctoritas agnita est per Decretum diei 31 mensis Maii anni 1786.

Nuper memorata sanatio, ex more, inspecta est a Consilio Medicorum huius Dicasterii die 7 mensis Martii anno 1990 ; cuius mèmbra, omni re attente considerata, eam fassa sunt subitaneam, perfectam et duraturam nec ex hodiernis scientiae cognitionibus explicabilem. Deinde exploratio theologica facta est. Die 5 mensis Iulii anno 1990 Congressus Peculiaris actus est Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor; postea, die 23 mensis Octobris eodem anno, habita est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de praefatis rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Servo Dei Raphaele Chylinski, Sacerdote professo Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, videlicet de subitanea, perfecta ac duratura sanatione domini Sigismundi Staniszewski ab abdomine acuto ex probabili processu inflammativo sedem habente hepatiariambiliarem cum progressu ingravescente usque ad statum "shock".*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri praecepit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI**, *Praefectus*

L. & S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

MONTIS REGALIS

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Antonii Augusti Intrecciatagli, ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, Archiepiscopi Montis Regalis (1852-1924).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Pascite, qui est in vobis, gregem Dei, providentes non coacto sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia sed voluntarie, neque ut dominantes in cleris sed formae facti gregis » *(1 P e* 5, 2-3).

Haec apostoli Petri adhortatio norma fuit — dicere licet — quae semper regimen direxit pastorale Servi Dei Antonii Augusti Intrec**ciargli** in Ecclesia Calatanisiadensi et postea in Ecclesia Montis Regalis. Ita arduum caritatis pastoralis iter ascendit, quae propria est pastoris animarum in Ecclesia Christi.

Dei Servus in oppido *Montecompatri* patrio sermone appellato ortus est, die 18 mensis Februarii anno 1852, in regione Arcium Romanarum, intra Tusculanae dioecesis fines. Parentes eius fuerunt Iosephus Intrecciargli et Maria Annuntiata Raffaelli. Frequentis familiae maximus natu fuit. Piissime educatus est, praesertim a patre viro ab omnibus civibus aestimato et dilecto propter eius studium reconciliationis et pacis. Baptizatus est die 22 mensis Februarii in ecclesia paroeciali nominaque cepit Augustum Beniaminum. Die 8 mensis Ianuarii anno 1858 Confirmationis sacramentum accepit, et anno 1862 primum ad eucharisticam mensam accessit.

Cum patre ecclesiam frequentans Fratrum Discalceatorum B. Mariae V. de Monte Carmelo in colle S. Silvestri positam necnon parvum finitimum fanum veneratissimae « Virginis a Castanea », animadvertit in corde suo vocationem ad Carmelum nasci. Die 19 mensis Ianuarii anno 1868 ingressus est novitiatum S. Mariae a Scala, Romae situm, vocatusque Frater Antonius a Iesu. Priore facta professione, studia philosophica et theologica perfecit in ephebeo Fratrum Discalceato-

rum B. Mariae V. de Monte Carmelo Caprarolae (in provincia Viterbiensi). Anno 1875, die 22 mensis Maii sacerdos est ordinatus in cathedrali ecclesia Civitatis Castellanae.

Mox, ob morum probitatem eximiamque prudentiam, est ei fratrum sodalium regimen concreditum, quod primum prior sustinuit, deinde, ter, Antistes provincialis. Ordinis sui postulator etiam fuit generalis. Eius administratio fructibus spiritalibus fecunda fuit ac temporalibus eius religiosae provinciae. Confessarius quoque fuit et magister spiritus valde laudatus a fidelibus et ecclesiasticis.

Festinato facultates eius etiam extra familiam religiosam cognitae sunt. Anno 1896 est nominatus S. Congregationis Episcoporum et Regularium Consultor; anno 1904 Visitator Apostolicus dioecesium Viterbiensis et Tuscaniensis, Civitatis Castellanae, Hortanae et Gallesinae; anno 1905 Nepesinae; anno 1906 Aquinatensis, Soranae et Pontiscurvi atque Abbatiae Montis Casini ; anno 1907 Eugubinae et Perusinae; anno 1908 Visitator Seminariorum Bruttii, Pedemontii et Aemiliae.

Officia magni momenti praestitit pluribus Institutis religiosis tum uti legum inspector, tum uti visitator. Illis large fruitae sunt Societates Divini Salvatoris (aa. 1896-1913), Apostolatus Catholici (aa. 1897-1913), Sororum Missionariarum Apostolatus Catholici (aa. 1906-1922), Sororum Dorothearum, Sororum Caritatis ab Immaculata Conceptione, Sororum Carmelitarum a Divino Corde Iesu, Carmelitidum Teresianarum loci italice « Campi Bisenzio)) appellati. Eum memori et filiali animo atque veneratione prosecuta est sancta Francisca Xaverio Cabrini propter accepta a sua Congregatione beneficia.

Mense Aprili anno 1907 Pius X, qui eum amabat et aestimabat, illum Episcopum Calatanisiadensem nominavit, eius **vicus** renisibus. Consecratus est die 28 mensis Iulii in ecclesia S. Mariae a Scala. In dioecesim introivit die 3 mensis Novembris anno 1907 statimque vivere incepit vitam impensissimi ministerii pastoralis fructibus copiosam. Ante omnia cogitavit de magno seminario aedificando, quandoquidem semper potissimum sacerdotum formationem, praecipue iuvenis cleri, curavit. Opus inchoavit anno 1909 illudque ad finem adduxit anno 1912.

Duas explevit visitationes pastorales, annis 1908-1909, 1911-1915, se ostendens alta vita spiritali praeditum, cupidum cum omnibus communicandi, sed praesertim cum presbyteris et mulieribus consecratis, divinam illam flammam, qua flagraba!.

Magnam adhibuit sedulitatem de sanctificatione et commodo, etiam materiali, cleri et de decore domus Dei. Assidue favit institutioni catechisticae, operibus catholicis, orphanotrophiis pecuniae suppeditandae institutisque feminis, Actioni Catholicae. Frequenter fossores visebat, milites sauciatos, bello captos. Semper erga pauperes caritatis plenus fuit.

Die 24 mensis Iunii anno 1911 nominatus est Administrator Apostolicus Montis Regalis, anno 1914 Archiepiscopus titularis Sardicensis et Coadiutor cum iure successionis Archiepiscopi Montis Regalis, Dominici Gasparis Lancia di Brolo. Plus decem annos in ambas dioeceses regendas incubuit, ab altera ad alteram commeans. Hamaxosticho itinera faciebat, inter bellum, cum tota multitudine et militibus. Die 31 mensis Iulii anno 1919 praefato Archiepiscopo successit. Montis Regalis condicio difficilis erat. Episcopus Intrecciargli exercitata prudentia et alacritate se gessit, imprimis sanctae vitae exemplo, et intra aliquot annos dioecesim reiecit. Praeter cetera Consociationem Mutui inter se auxilii instituit pro Clero mense Iulio anno 1919. Hospitio pauperum Montis Regalis consuluit, quod pendebat ex reditibus mensae episcopalis capaxque erat vel 400 personarum; praescripta dedit pro perfecta sodaliciorum functione, oratoriorum et quorundam pro feminis institutorum.

Duas egit visitationes pastorales : alteram ab anno 1914 ad annum 1917, alteram ab anno 1922 ad annum 1923. Harum visitationum relationes eum Episcopum effingunt omnium virtutum exemplar, utpote Episcopum sanctum, Episcopum indefatigabilem, Episcopum admodum pastoralem et usu peritum.

docentium factio, quae italica lingua *mafia* appellatur, se interponere conata est interdum in ecclesiasticas nominationes, sed Servus Dei summa cum animi fortitudine renisus est.

Per suum episcopatum (aa. 1907-1924) duodeviginti ad suos fideles Epistulas pastorales scripsit, quae simplicitate designantur et contractione orationis, cum ea semper tractent, quae vitam veram contingant communitatis christianae. Signum illae sunt indolis pastoralis Servi Dei.

Servi Dei semper magni interfuit ut instituta religiosa spiritaliter crescerent, quoniam conscius erat grandis eorum muneris in Ecclesia. Archiepiscopus Montis Regalis, moderatione spiritali, temperatione, legum latione, auxilio fovit institutionem Sororum Oblatarum a Divino Amore, quarum conditrix fuit Soror Margarita Crispi. Varius eius interventus tanti fuit momenti, ut iure ab Instituto alter Conditor habeatur.

Alia Servi Dei ministerii pastoralis proprietas, charisma fuit moderationis spiritalis. Cum, religiosus, erat in Sancta Maria a Scala, eius sedes confessionalis a fidelibus frequentabatur et ab ecclesiasticis, spiritus rectionem quaerentibus. Episcopus factus, dum operam visitatoris et consiliatoris institutorum religiosorum continuabat, insigne moderationis spiritalis ministerium perrexit. Praeter alias animas, eo usus est abundanter non solum memorata Mater Margarita Crispi, sed etiam iuvenis Antonilla Mazzone, quae, sapienter et paterne Dei Servo regente, altos est consecuta perfectionis gradus. Episcopus Intrecciargli, cum, instante ministerio pastorali, per confessionem eam prosequi non potuit, per epistularum commercium eam attendit. Sunt hae epistulae non tantum eius sapientis moderationis testimonium, verum et argumentum, quod altam ostendit Episcopi Intrecciargli vitam spiritalem. Is namque semper vir fuit ardentis deprecationis, silentii et animi intentionis studiosus, alienus ab omni conquisitione comprobationis et famae, humilis, pauper, mundi bonorum neglegens, continenter rigidae ascesis, quam in Carmelo didicerat, custos ; vir vehementis fidei et pietatis, qui longas agebat horas in Eucharistiae adoratione defixus ; qui divina celebrabat mysteria tanta cum meditatione et pietate, ut fideles eum sacerdotibus suis ad imitandum proponerent.

Iuste affirmari potest ardorem et fecunditatem servitii pastoralis Servi Dei ex altitudine oriri vitae interioris eius.

Extremis vitae mensibus medici ei caelum natale suaserunt. Consilio assensus, ad oppidum *Montecompatri* se contulit. Sed mense Augusto anni 1924, etsi medici et sodales fratres repugnabant, voluit ad dioecesim redire ut Congressui Eucharistico interesset, qui Panormi celebrabatur. Quamvis benevole curabatur, eius valetudo in peius versa est. Die 12 mensis Septembris sanctum Viaticum accepit, sedens in margine lecti, veste religiosa indutus, in angelico gestu. Prius quam Sanctam excepit Hostiam, ab iis qui aderant veniam petivit, ac si sua pastoris officia non bene esset exsecutus, et praesentibus lacrimantibus, ad humillimum habitum compositus, Hostiam Sanctam accepit.

Die 18 mensis Septembris vota religiosa renovavit in manibus P. Villelmi a S. Alberto, qui Roma venerat. Servus Dei sancte obiit Monte Regali die 19 mensis Septembris anno 1924.

Servus Dei sancte obiit Monte Regali die 19 mensis Septembris anno 1924. Iamdiu laborabat ex gravi stomachi distonia.

Sollemnissimae fuerunt exsequiae : tribus diebus fideles concurrerunt, dicti tan tes : « Sanctus est mortuus ».

Sanctitatis fama, quam sibi vivus comparaverat, post eius mortem perrexit; qua re Archiepiscopus Montis Regalis Causam iniit canonizationis celebratione Processus Informativi Ordinarii (aa. 1952-1954), quem aliquot secuti sunt Processus Rogatoriales. Edito Decreto super Introductione Causae (die 14 mensis Novembris anno 1966), apud eandem Curiam Montis Regalis instructus est Processus Apostolicus (aa. 1975-1978) et apud Curiam Calatanisiadensem (aa. 1976-1978) et Romae Vicariatum (aa. 1976-1977) duo distincti Processus Rogatoriales. Die 18 mensis Martii anno 1982 proditum est Decretum de auctoritate et vi Processuum, qui sunt supra memorati.

Absoluta Positionis praeparatione, inspectae sunt, ad normas, Servi Dei virtutes. Die 27 mensis Martii anno 1990 actus est, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, Fidei Promotore, Domino Antonio Petti, praesidente. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 6 mensis Novembris anni 1990 collecti, Causae Ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, professi sunt Servum Dei Antonium Augustum Intrecciargli heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibuê theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Antonii Augusti Intrecciatogli, ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, Archiepiscopi Montis Regalis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavti.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. *m* S.

£& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

V

SUBLACEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Didaci Oddi (in saec.: Iosephi), laici professi O. F. M. (18391919).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, **Spe** *et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

«Quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret » *(1 Cor* 1, 27-28). Si his verbis Apostolus Paulus hinc videtur altum detegere sensum arcani operis Dei in hominum historia, hinc certum est eum velle credentibus ostendere « crucis stultitiam » et attentum ac sincerum humilitatis, simplicitatis et paupertatis exercitium tutam esse viam qua quis fieri potest perfectus Christi discipulus, et efficaciter eius regno dilatando opera navatur. Scriptum est enim : « Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam » *(lac* 4, 6).

Clarissimum huius veritatis exemplum, ad effectum adductae per vitam simplicem, pauperem et demissam ac sobriam, solo lumine «sapientiae crucis » illustratam, est Servus Dei Didacus Oddi, frater laicus professus Provinciae Romanae Fratrum Minorum.

Is ortus est die 6 mensis Iunii anno 1839 in pago *Yallinfreda* (intra fines provinciae Romae) ad dioecesim Tiburtinam pertinente, a Vincentio Oddi et Bernardina Pasquali, pauperibus piisque coniugibus, qui eum eodem die baptizandum curaverunt eique nomen indiderunt Iosephum atque illum a pueritia altae pietatis sensibus imbuerunt. Eius christianae formationi non parum etiam parochus profuit, cuius praecepta et consilia Servus Dei obsequenter et utiliter exsequebatur. Duodecim annos natus primum ad eucharisticam mensam accessit et quasi 16 annorum, animadvertens se a Deo vocari ad vitam plenae consecrationis, coepit suam significare voluntatem conventum ingrediendi, sed difficilis familiae condicio non sivit eum confestim eius-

modi sequi appetitum. Interea in agros colendos incumbebat inque alias manuum operas et in precationem, dictum perficiens Sancti Benedicti « Ora et labora ». Familiares volebant eum uxorem sibi adiungere probam vici puellam, sed semper is humane et firmiter uxoriam illam condicionem reiecit, paratus ad suam sequendam vocationem, ubi id fieri posset. Non paulum ei fuit exspectandum. Eius tamen fervorem exspectatio non attenuavit; quin immo illum solidiorem reddidit et acriorem. Demum anno 1871 intra vit conventum Fratrum Minorum in opido *Bellegra* situm, in animo habens omnibus viribus viam conficere perfectionis : « ire volo me sanctificatum », tum dixit : et ad vitae usque finem in hoc laudando mansit proposito.

Verum, nec serena nec secunda vitae religiosae tempora erant propter institutorum religiosorum abolitionem, quam ne ille quidem conventus effugit. Hinc multos etiam annos fuit ei exspectandum, uti simplici oblato et adspiranti. Eius patientia est praemio donata die 12 mensis Februarii anno 1885, cum vestem induit franciscanam et novitiatum iniit nomen capiens Didacum, quod in Ordine seraphico illustre fecerat sanctus Didacus Complutensis, humilis frater laicus, in quem postea oculos convertit constanter tamquam ad exemplar imitandum. Temporaneam professionem fecit die 14 mensis Februarii anno 1886 et die 16 mensis Maii anno 1889 sollemnem et perpetuam.

Reliquos annos egit omnes in eodem illo Conventu «Recessus», rigidas eius regulas observans egregie, quas ante duo saecula conscripserat beatus Thomas Coranus, precationi se dedens et labori et omnibus exemplum praebens mirae simplicitatis, humilitatis, patientiae et incommodorum perpessionis. Antistitibus obsequens, diligens et prudens factus est rogator, ostiatim mendicans secundum patris sancti Francisci Asisinatis consilium, accipiens et colligens quae bonorum fidelium liberalitas offerebat ad fratres « Recessus » sustentandos, vicissim ipse offerens suavitatem suae subrisionis, sui verbi solacium, gratae suae deprecationis adiumentum. Emetitus est, semper nudis pedibus, vias et semitas impervias, frigoris et caloris neglegens, pulveris vel luti ; sicque ad omnia loca habitata pervenit, pagos, vicos, oppida dioecesis Tiburtinae dioecesiumque Sublacensis et Praenestinae, suae sanctae vitae ubique odorem relinquens.

Vix legere didicerat suumque nomen subscribere. Atque tamen Deus, qui superbos disperdit et humiles exaltat (cf. *Lc* 1, 51), pauperem hunc servum suum eligere voluit, ut eum faceret, pro exemplo consuetudinis franciscanae, verum Pacis et Boni instrumentum quot-

quot in eum incurrerunt, vel breviter, pervagantem continenter alio aliunde plus quadraginta annos, usque ad provectam admodum aetatem.

Ita, pro necessitatibus, suasor fuit illuminatus et prudens multis animis dubiis et incertis; consolator alacer et particeps afflictorum, maerentium et dolentium; dissolutorum et peccatorum duraturum corrector benignus et patiens ; veritatum evangelicarum confirmator certus et securus omnibus, sermone vitae actae potius quam verbo. Omnia cum simplicitate faciebat, cum laetitia, amore et perfectione, numquam quaerens vel exspectans **laudes,** honores vel gratias, quae Deo tribuebat, in quo totam suam fiduciam et spem collocaverat. Fratres sodales et populus in eo videbant hominem iustum, qui ex fide vivit (cf. *Rom* 1, 17), semper Dei voluntati oboedientem ac semper studiosum Iaborandi et patiendi pro eius gloria. Continuus de Deo eiusque mysteriis sermo, fervida precatio diurna ac nocturna, attenta mandatorum et votorum observantia, magni in Eucharistiam et in Virginem Mariam pietas, cuiuslibet generis peccati et vitii fuga, laetus mortificationis cultus, sui omniumque terrestrium bonorum neglegentia, fortitudo in difficultatibus, sedulitas in fratrum servitio et animarum salute persequenda, ostendebant quam alta esset eius fides et vera eius caritas.

In quadam audientia pontificia, cui Servus Dei fortunate interfuerat mense Novembri anno 1913, Papa Pius X, cum eum spectasset sicut soli Sancti spectare sciunt, praelatis propinquioribus summissa voce dixit de eo : « Ille verus est Sancti Francisci filius ». Revera haec fuerat eius appetitio, ex quo statuerat frater minor esse. Quam ob rem Sanctum Franciscum est imitatus in omni se gerendi ratione, et sicut Sanctus Franciscus, ipse quoque, octoginta annorum, post brevem morbum « mortem cantando suscepit », dum popularem modulabatur cantiunculam Mariae dicatam, quae verborum simplicitate plene significabat id, quod totius eius vitae fuerat desiderium : « Andrò a vederla un dì ... al ciel ... al ciel ... patria mia ». Hoc contigit die 3 mensis Iunii, tempore postmeridiano, anno 1919.

Sanctitatis fama et miraculorum, quam sibi vivus comparaverat, perrexit et aucta est post mortem, adeo ut eius sepulcrum multorum fidelium meta factum sit, qui sponte ibant impetrationem petituri. Qua re Abbas Ordinarius Sublacensis Causam iniit canonizationis Processus Ordinarii Informativi celebratione (annis 1933-1937), cui adiunctus est Processus Rogatorialis Tiburtinus. Die 2 mensis Augusti

anno 1941 Sacra id temporis Rituum Congregatio Decretum promulgavit super scriptis Servi Dei, et calendis Iuliis anno 1964 Decretum super Causae introductione. Apud eandem Sublacensem Curiam actus est Processus Apostolicus annis 1968-1972. Apparata Positione, die 10 mensis Iulii anno 1990 habitus est faventi cum exitu Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor, praesidebat. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria eiusdem anni, Causae Ponente Exc.mo Domino Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano, agnoverunt Servum Dei Didacum Oddi virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Didaci Oddi, Laici professi O. F. M., in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 7 Februarii 1991. — Cathedrali Ecclesiae Oppidensi-Palmarum R. D. Dominicum Crusco, Vicarium episcopalem pro actione pastorali et Seminarii Sancti Marci Argentanensis-Scaleensis dioecesis Rectorem.

die 18 Martii 1991. — Cathedrali Ecclesiae Iaurinensi R. D. Ludovicum Papai, hactenus curionem paroeciae « Regina Mundi » in urbe Veszprém.

— Abbatiae territoriali S. Martini in Monte Pannoniae Exc.mum P. D. Emericum Astricum Várszegi, O.S.B., hactenus Episcopum titularem Culusitanum et Auxiliarem archidioecesis Strigoniensis.

die 25 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Caesenatensi-Sarsinatensi Exc.mum P. D. Linum Estherinum Garavaglia, O.F.M.Cap., hactenus Episcopum Tiburtinum.

die 27 Martii. — Episcopum Coadiutorem Pesqueirensem R. D. Bernardinum Marchiò, e clero dioecesis Salutiarum, Vicarium generalem Palmopolitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Pragensi Exc.mum P. D. Miloslav Vlk, hactenus Episcopum dioecesis Budovicensis.

die 2 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Leonensi in Nicaragua Exc.mum P. D. Boscum Vivas Róbelo, hactenus Episcopum titularem Mididitanum et Auxiliarem archidioecesis Managuensis.

die k Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Melipillensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Paulum Lizama Riquelme, hactenus Episcopum Praelatum emeritum Ilapensem et Auxiliarem Talcensem.

die 6 aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Anconitanae-Auximanae R. D. Franciscum Festorazzi, Vicarium generalem Comensem.

CONGREGATIO PRO CLERICIS

URBIS ET ORBIS

DECRETUM

Quoad stipendia a sacerdotibus pro Missis celebrandis accipienda, regulae quaedam dantur.

Mos iugiter obtinuit in Ecclesia — quemadmodum affirmavit piae recordationis Paulus Papa VI in Motu Proprio *Firma in traditione* — « ut fideles, religioso et ecclesiali sensu ducti, Sacrificio Eucharistico quo actuosius participent, quoddam quasi sacrificium sui ipsorum adiungant, hoc modo consulentes pro sua parte necessitatibus Ecclesiae, maxime vero eiusdem ministrorum sustentationi » *(AAS,* vol. LXVI [1974] 308).

Antiquitus sane collatum hoc tributum praesertim ex naturae fructibus constitit; nostris vero diebus ex sola fere consistit pecunia. Causae autem eaedem et intenti huiusmodi fidelium oblationum fines iidem perstant, quibus novus etiam Iuris Canonici Codex fert suffragium (cf. cann. 945, § 1; 946).

Augustissimum porro Sacramentum cum haec proxime tangat materia, inde vel minima lucri species est removenda, magisque simoniae, quae si admitteretur scandalum gigneret. Apostolica igitur Sedes piae huic traditioni, temporum vicibus obnoxiae, semper intra honestos terminos custodiendae invigilavit, opportune curans ut, pro societatis et civilis cultus mutatis adiunctis, apta ratione ordinaretur, ita quidem ut vitarentur vel, si irrepsissent, tollerentur abusus (cf. cann. 947 et 1385).

Nuper vero, plures Episcopi Sanctam Sedem consuluerunt de iudicio ferendo circa agendi rationem, haud ita pridem inductam, qua Sanctae Missae celebrantur ad satisfaciendum intentionibus, quas « collectivas » appellant.

Utique non est ambigendum iam ab antiquo solitos esse fideles, iis praesertim in regionibus ubi secundae non sunt fortunae, modica sacerdoti ferre donaria, non exinde expresse postulantes ut pro sua particulari intentione particularis Missa applicetur. His in casibus licet unire plures oblationes pro celebrandis totidem Missis quot correspondeant stipi dioecesanae.

Planum est fideles libere semper **conferre** posse in unum intentiones et oblationes, unam tantum **requirentes** Missam pro suis nempe intentionibus celebrandam.

Longe alia est rerum conditio apud eos sacerdotes qui stipendia pro celebrandis distinctis Missis iuxta distinctas intentiones oblata promiscue colligunt et in unum conflant, sese susceptis obligationibus satisfacere autumantes unica Missae celebratione iuxta intentionem quam ecce "collectivam" nuncupant.

Quae tamen ad hanc defendendam agendi rationem adducuntur argumenta speciosa sunt, immo et praetexta, quin etiam falsam redolent ecclesiologiam.

Gliscens hic mos grave periculum facit utcumque, ne debitum solvatur ex iustitia erga stipes offerentes ac, labente tempore, ne extenuentur, immo et evanescant in popolo christiano pius ille sensus et ille conscientiae impulsus, quibus rationes et proposita intelleguntur et suscipiuntur, ob quae ad celebrandas Missas pro particularibus intentionibus propriae offeruntur stipes; quo cum malo hoc inconveniens coniungetur quod illi sacrorum ministri, quibus in praesenti necessaria ad vitae sustentationem inde proveniunt, his oblationibus destituentur, et pluribus particularibus Ecclesiis adiumenta deficient quibus indigent ad apostolicam navitatem explicandam.

Quapropter, officio sibi a Summo Pontifice commisso fungens, Congregatio pro Clericis, cui competit hac in non levi materia canonicam statuere et tueri disciplinam, late diligenterque inquisivit, sententiamque rogavit Conferentiarum Episcopalium.

Acceptis vero perpensis responsionibus, implexae quaestionis variis consideratis aspectibus, collatis demum consiliis cum aliis Romanae Curiae Dicasteriis, quorum interest, eadem Congregatio haec, quae sequuntur, decrevit :

Art. 1.

§ 1. Ad tenorem can. 948 : « Distinctae applicandae sunt Missae ad eorum intentiones pro quibus singulis stips, licet exigua, oblata et acceptata est ». Itaque sacerdos, qui stipem accipit pro celebranda iuxta particularem intentionem Missa, *ex iustitia* obligatione tenetur vel ut ipse per se suscepto oneri satisfaciat (cf. can. 949), vel ut onus alteri sacerdoti adimplendum committat, servatis condicionibus iure determinatis (cf. cann. 954-955).

§ 2. Hanc violant normam, ac pro tanto in conscientia respondendi officio gravantur, sacerdotes illi qui promiscue stipes colligunt pro celebrandis Missis iuxta peculiares intentiones, et illas insciis oblatoribus in unum confiantes, unam tantum Missam celebrant iuxta intentionem quam « collectivam » nuncupant, sese hoc modo susceptis oneribus satisfacere arbitrantes.

Art. 2.

§ 1. Quo casu oblatores, praevia et explicita ratione praemoniti, libere consentiant ut ab ipsis traditae stipes cum aliis in unum conflentur ad unicam Missam celebrandam, licebit unica Missa, iuxta ((collectivam » intentionem applicata, susceptis oneribus satisfacere.

§ 2. At vero officium tunc ex hac lege incumbet publice nuntiandi locum et horam celebrandae istius Missae, ad summum bis in hebdomada.

§ 3. Id autem secum diligenter reputent Pastores illarum dioecesium, in quibus huiusmodi casus eveniunt, recensitum morem, quippe qui exceptio relate ad normam iuris, si nimis extenderetur — ex erratis etiam opinionibus de significatione oblationum pro Missis celebrandis — habendum esse abusum, qui magis in dies natus est inducere in fideles desuetudinem offerendi oblationes pro celebrandis distinctis Missis iuxta distinctas singulares intentiones, et ita extinguere venerandam consuetudinem singulis animabus et toti Ecclesiae salutarem.

Art. 3.

§ 1. In casu considerato sub § 1 art. 2, celebrandi licebit retinere solam stipem in Dioecesi statutam (cf. can. 950).

§ 2. Pecuniae summa hanc dioecesanam stipem excedens, remittenda erit Ordinario, de quo in can. 951 § 1, qui illam impendet in fines iure determinatos (cf. can. 946).

Art. 4.

Praesertim in Sanctuariis aliisque piis locis, quo frequentes peregrinantur fideles, et solent affluere oblationes pro celebrandis Missis, Rectores, onerata conscientia, officio tenentur invigilandi ut ad amussim observentur normae universali lege statutae in hac materia (cf. praesertim cann. 954-956) et ea quae praesenti Decreto iubentur.

Art. 5.

§ 1. Sacerdotes, qui copiosas recipiunt oblationes pro celebrandis Missis iuxta particulares intentiones, exempli gratia in Commemoratione omnium fidelium defunctorum, vel in aliis specialibus adiunctis, quique intra annum ipsis susceptis oneribus satisfacere non possunt, ne illas recipere abnuant, quod piam offerentium voluntatem frustraret et illos amoveret a laudando proposito, sed acceptas aliis sacerdotibus remittant (cf. can. 955) vel proprio Ordinario (cf. can. 956).

§ 2. Quod si in his et similibus adiunctis casus detur consideratus in art. 2 § 1 huius Decreti, sacerdotes stare debent praescriptionibus in articulo 3 determinatis.

Art. 6.

Praesertim Episcopis dioecesanis officium incumbit harum normarum quam primum et quam clarissime perferendarum in notitiam sacerdotum sive saecularium sive religiosorum, pro quibus pariter ipsae vim obligandi habent, et super earum observantiam invigilandi.

Art. 7.

Laici fideles quoque apte edocendi sunt de hac disciplina ope peculiaris catecheseos, quae prae primis complecti debet :

a) eximiam significationem theologicam oblationis sacerdoti datae ut Eucharisticum celebretur Sacrificium, ne scilicet scandalum oriatur ex specie mercimonii rerum sacrarum;

b) asceticum momentum quod in vita christiana competit eleemosynae, quam Ipse Dominus Iesus docuit faciendam : nam oblatae stipes pro Missarum celebratione excellentissimum sunt eleemosynae exemplum;

c) bonorum participatio qua scilicet fideles, oblatis pro Missarum celebratione, alendis sacrorum ministris et fovendae apostolicae navitati Ecclesiae cooperantur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II, relati Decreti normas in forma specifica die 22 ianuarii 1991 approbavit, easque promulgare et vigere iussit.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Clericis, die 22 februarii 1991.

ANTONIUS card. **INNOCENTI**, *Praefectus*

L. © S.

© Gilbertus Agustoni
archiep. tit. Caprulanus, *Secretarius*

In Congr. pro Clericis tab., n. 189.216.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita di Stato:

Lunedì, **22** Aprile **1991**, S. E. il Signor **PATRICIO AYLWIN AZÓCAR**, Presidente della Repubblica di Cile.

Venerdì, **3** Maggio **1991**, le Loro Maestà il Re **CARL** XVI **GUSTAV** e la Regina **SILVIA**, Sovrani di Svezia.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza-.

Sabato, **20** Aprile **1991**, l'On. Signor **ALCENI GUERRA**, Ministro per la Sanità del Brasile.

Giovedì, **25** Aprile **1991**, l'On. Sig. **LORENZO OLARTE CULLEN**, Presidente del Governo della Comunità autonoma di Canarias.

Lunedì, **29** Aprile **1991**, S. E. il Signor **CARLOS TORRES Y TORRES LARA**, Primo Ministro e Ministro per gli Affari Esteri di Perù.

Lunedì, **29** Aprile **1991**, S. E. il Signor **CARLOS ITURRALDE BALLIVIÁN**, Ministro per gli Affari Esteri della Bolivia.

Da Giovedì 4 a Domenica 7 aprile 1991 il Santo Padre ha tenuto Concistoro straordinario.

Martedì 9 aprile 1991 il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Presidenti delle Conferenze episcopali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

12 aprile 1991. S. E. mons. Luigi Conti, Arcivescovo tit. di Graziana, *Nunzio Apostolico in Honduras.*

20 aprile 1991. S. E. mons. Fortunato Baldelli, Arcivescovo tit. di Bevagna, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Dominicana.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

15 novembre 1990. Il prof. Alessandro Beretta-Anguissola, *Consultore dello Stato della Città del Vaticano.*

20 marzo 1991. Mons. Fernando Ocariz e P. Bonifacio Honings, OCD., *Consultori della Congregazione per la Dottrina della Fede «in aliud quinquennium,)).*

21 » » Il Dott. Ing. Gaetano Rebecchini, *Consultore dello Stato della Città del Vaticano.*

27 » » Il Sig. Gr. Uff. Camillo Cibin, *Ispettore Generale del Corpo di Vigilanza dello Stato della Città del Vaticano.*

NECROLOGIO

1 aprile 1991. Mons. Jesús Antonio Castro Becerra, Vescovo em. di Pälmira *(Colombia).*

18 » » Mons. Thomas Arthur Connolly, Arcivescovo em. di Seattle *(Stati Uniti d'America).*

20 » » Card. Emmanuel Kiwanuka Nsubuga, del titolo di S. Maria Nuova.

20 » » Mons. Angel María Ocampo Berrío, Arcivescovo em. di Tun ja *(Colombia).*

24 » » Mons. Matija Zvekanovié, Vescovo em. di Subotica *(Jugoslavia).*

27 » » Mons. Pasquale Venezia, Vescovo em. di Avellino *(Italia).*

Recens nuntiatum est Petrum Nguyên Huy Mai, episcopum Baumethuotensem, die 4 m. Augusti a. 1990 de vita decessisse.

An. et vol. LXXXIH 6 lumi 1991 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatum Rochum González et socios martyres sanctos esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

((Nam si evangelizavero, non est mihi gloria ; necessitas enim mihi incumbit » *(1 Cor* 9, 16). Quod Gentium Apostolus dicit, bene spiritum exprimit, qui Rochum González duosque eius socios, P. Alfonsum Rodríguez et P. Ioannem dei Castillo excitabat, dum alia Sancti Pauli verba eorum missionalem actionem breviter absolvunt: «Didicistis... sicut est veritas in Iesu : deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris » *(Eph* 4, 20-21). Animas Christo lucrari flagrantes. P. Rochus et eius fratres sodales per omnes terras percurrerunt ab aestuario fluminis Argentei ad fluviorum Paranae et Uruquariae fontes, ad montes usque Mbaracayuenses in Paraquaria superiore, incommoda omne genus et pericula adeuntes. Indefatigabiles in praedicatione, austeri in se ipsos, amore Christi et indigenarum ducti sunt ad novas vias aperiendas novasque constituendas missiones, quae fidei diffusionem facilem redderent et dignis vitae condicionibus prospicerent fratrum suorum. Multae ab iis constitutae missiones, quae ((reductiones » vocantur, sedes sunt alacritatis, quae per hos sanctos historiae partes factae sunt.

Rochus González, in urbe Assumptione Paraquariensi nobili genere anno 1576 natus, adolescentiam innocentissime emensus, ac sacerdotali

ministerio sanctissime in sua dioecesi perfunctus, postquam Societati Iesu, praesertim ad vitandos honores, nomen dedit, eo impenso studio ad lucrandas Christo silvicolarum animas flagravit, ut apostolici viri laudem prae primis sit assecutus. Nullis enim fatigatus laboribus, nullis periculis territus difficillima itinera ad inexploratas regiones suscepit, ut pauperes illas tribus ad Christi lumen adduceret.

In postrema, quam paulo ante instituerat, huius generis missionali statione sanctissimus presbyter, nequissimo viro magicis artibus addicto mandante, sicariis ex improviso aggredientibus effracto ei capite occisus est. Id contigit die 15 Novembris mensis, anno 1628, in reductione cui Omnium Sanctorum nomen indiderat, eo quod in eorum festo die, quindecim ante diebus eam constituisset.

Comites ei fuere apostolatus ac martyrii, quos supra nominavimus, Alfonsus Rodríguez et Ioannes dei Castillo. Ambo hi in Hispania nati et in adolescenti aetate Societati Iesu adlecti, Cordubae in America perfectis studiis et sacerdotio aucti, mira morum innocentiae et pietatis laude florentes, urgente Christi caritate, se, ut novi milites veterano duci, adiunxeruiit Rocho ; eum in postrema sua apostolica peregrinatione ad derelictas et incultas prae ceteris tribus interiorum Uruquariensium regionum secuti.

Alfonsus eodem die eodemque loco, quibus Rochus, trucidatus est, dum, populi clamoribus excitus, ad socium iam vulnere confectum accurrebat. Moriens Alfonsus prope ecclesiae limen procubuit, in qua paulo ante missae sacrificium peregerat.

Ioannes dei Castillo perendie in proxima reductione ab Assumptione nuncupata, quam Rochus die 15 Augusti mensis eodem anno fundaverat, eique concrediderat, multis suppliciis antea affectus, lapidibus obrutus, Iesu nomine pie invocato, expiravit.

Sic tres gratissimae Deo hostiae terram illam, quam sudoribus rigaverant, suo sanguine purpurantes, cecidere, ut olim, Deo donante, uberiores fidei segetes orirentur.

Alfonsus aetatis annum trigesimum primum agebat, Ioannes tertium et trigesimum quum mortem oppetiere.

Frustra in martyrum cadavera ira persecutorum desaeviit, ea discerpens atque comburens; nulla enim umquam aetas gloriosi martyrii famam abolevit, quae coaevis consignata gravissimis documentis quin et tribus statim post beatam eorum mortem in curiis Bonaerensi, Correntensi et apud Candelariam confectis processibus confirmata, ad nostra usque tempora vividissima permansit.

Cum autem adversae circumstantiae politicae prosecutionem Causae impedivissent, novus informativus processus in archiepiscopali curia Bonaerensi anno 1928 instructus existentiam famae martyrii eiusque causae luculenter demonstravit ita ut praehabitis de more discussionibus Commissio introductionis Causae a Summo Pontifice Pio XI die 13 Septembris anno 1932 signaretur.

Deinde universa historicorum documentorum mole a Consultoribus Historicae Sectionis Congregationis cribrata eorumque suffragiis illustrata, in tribus Congregationibus, Antepraeparatoria, scilicet, Praeparatoria et Generali, res de more acta est. Tandem die 3 mensis Decembris anno 1933 Summus Pontifex Pius XI sollemni decreto edixit constare de martyrio et causa martyrii Venerabilium Servorum Dei Rochi Gonzalez, Alfonsi Rodríguez et Ioannis del Castillo, eosque die 28 mensis Ianuarii anno 1938 Beatos renuntiavit.

Cum vero in dies augesceret beneficiorum numerus Beatorum intercessione a christifidelibus acceptorum, Causae Actores e variis sanationibus quae, invocatis Beatorum nomine, mirum in modum patratae videbantur, unam «elegerunt eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt, ut eisdem Beatis Sanctorum honores decernerentur. .

Post actam Processus Canonici celebrationem apud Curiam Uruguaianensem (anno 1957), sanatio illa est ad Medicorum Consilium posteaque ad Theologos delata, ut de eadem deliberarent : quae quidem deliberatio prosperum habuit exitum. Deinde, rebus omnibus secundum consuetas normas peractis, est approbata favens ea sententia, de qua supra diximus, per Decretum super miro coram Nobis die 28 mensis Martii anno 1988 promulgatum. Suffragantibus Fratribus Cardinalibus et Episcopis, in Consistorio diei secundi mensis Maii anni 1988, congregatis, statuimus ut canonizationis ritus die 16 mensis Maii eiusdem anni celebraretur.

Hodie igitur, inter Missarum sollemnia, hanc ediximus formulam :

« En honor de la Santísima Trinidad, para la exaltación de la fe católica y el crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los santos apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente e invocado muchas veces la ayuda divina, y oído el parecer de numerosos hermanos en el episcopado, declaramos y definimos santos a los beatos : Roque

González de Santa Cruz, Alfonso Rodríguez y Juan del Castillo, presbíteros y mártires, los inscribimos en el católogo de los santos y mandamos que en toda la Iglesia sean devotamente honrados entre los santos. En el nombre del Padre, y del Hijo y del Espíritu Santo ».

Datum Assumptione, die sexto decimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo duodenonagesimo, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



In Secret. Status tab., n. 278.162.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Fines archidioecesis Capitis Haitiani atque dioecesis Hinchensis commutantur nonnullisque locis de utraque detractis nova conditur Ecclesia Castelli Libertatis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem ubique terrarum quantum fieri potest oportet Ecclesiis particularibus ita prospiciatur, « ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant » (CD, 22), audiendae nunc Nobis videntur preces Archiepiscopi Capitis Haitiani et Episcopi Hinchensis, qui, collatis consiliis cum Conferentia Episcopali Haitiana atque rem comprobante assensu suo Venerabili Fratre Paulo Romeo, Archiepiscopo titulo Vulturiensi illaque in Republica eo utique tem-

pore Apostolico Nuntio, a Sancta hac Sede poposcerunt, ut nova illic dioecesis conderetur nonnullis ex locis adhuc ad memoratas duas Ecclesias pertinentibus. Quare de consilio Congregationis pro Episcopis, quod ratum habemus, deque potestate Nostra Apostolica per has Litteras haec, quae sequuntur, decernimus atque iubemus, eo intendentes ut inter gentes Reipublicae Haitianae bonum Christifidelium debite procuretur. Ab archidioecesi Capitis Haitiani seiungimus civilem regionem, cuius vulgare nomen est *Département du Nord-Est;* ab Hinchensi autem dioecesi circumscriptiones paroeciales vulgo appellatas *Mombin-Crochu* atque *Bois Laurence.* Quibus locis tribus distractis simulque sumptis novam Ecclesiam particularem condimus nomine *Castelli Libertatis,* iisdem definitam finibus hactenus trium quae diximus locorum propriis. Unoque tempore loca paroeciarum « Pignon » et ((La Victoire » ab Hinchensi dioecesi disiungimus et archidioecesi Capitis Haitiani adicimus ; loca autem paroeciarum « Saut-d'Eau)), « Mirebalais », « Boucan-Carré », « Las Cahobas », « Savanette » et « Belladère » ab archidioecesi Portus Principis separata dioecesi Hinchensi addimus. Statuimus ut dioecesis Castelli Libertatis nunc conditae sedes in urbe collocetur, cui nomen vulgo ((Fort-Liberté », cuius paroeciale templum Deo in honorem S. Ioseph B.M.V. Sponsi dicatum ad Ecclesiae Cathedralis gradum evehimus omnibusque augemus insignibus privilegiis honoribus, quae ad reliqua eiusmodi ordinis templa pertinent. Quoniamque novam dioecesim suftraganeam archidioecesi Capitis Haitiani facimus, simul eius pro tempore Ordinarium loci honoribus insignibus privilegiis iuribus quidem auctum, sed oneribus etiam et officiis cuiusque Episcopi residentialis propriis adstrictum, metropolitico iuri Praesulis Capitis Haitiani pro tempore subicimus. Utque praesens auxilium Pastori novae dioecesis feratur in pastorali munere exercendo, iubemus Collegium Consultorum illic quam primum constitui ad normam iuris. Congrue Praesul Castelli Libertatis sustentetur tum Curiae emolumentis ac Fidelium stipibus, tum iusta ex can. 122 CIC bonorum parte, in quibus « Mitras » quae vulgo dicuntur consistunt, et ab Ecclesia Capitis Haitiani et ab Hinchensi dioecesi ad novam mensam episcopalem iam nunc deferenda. In iis deinde, quae Seminarii dioecesani aedificationem respiciunt sacrorumque alumnorum institutionem aut formationem, praescripta iuris communis serventur necnon normae retineantur ipsae a Congregatione de Institutione Catholica propositae. Opera etiam detur, ut selecti tirones

philosophicis et theologicis disciplinis probe instruendi, sicut sacerdotes quibus altiora fuerint studia complenda, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum in Urbe situm mittantur. Ibi quoque de dioecesis regimine, de bonorum ecclesiasticorum gestione, de dioecesano Administratore sede vacante eligendo, de oneribus iuribusque Christifidelium, deque aliis talibus, vigentibus standum est canonicis normis. Constitutione novae dioecesis illic ad effectum adducta, sacerdotes adscripti censeantur Ecclesiae, intra cuius fines ecclesiasticum habent officium; in cuius autem Ecclesiae finibus ceteri clerici et Seminarii tirones legitimum domicilium habent, Ecclesiae addicantur illi. Omnia denique actorum scripta documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum et Fideles, aut ad bona temporalia pertinent, a Curiis Capitis Haitiani et Hinchensi rite ad Curiam Castelli Libertatis transmittantur, ut in condendo archivio reposita custodiantur. Quae hic statuta iubemus, ea exsequatur Venerabilis Frater Iosephus Leanza, Archiepiscopus titulo Lilybaetanus et Apostolicus nunc Nuntius in Republica Haitiana, quem ad id deputamus, facta etiam facultate id ipsum delegandi alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, onere tamen addito curandi certum verumque de acta re litterarum exemplum Congregationi pro Episcopis cito mittendum. Quas Apostolicas Litteras Nostras ratas esse nunc et in posterum volumus, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et tricesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri decimo tertio.

93 ANGELUS SODANO, *archiep.*
Prosecretarius Status

£ß BERNARDINUS card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 278.202.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Servis Dei Christophoro, Antonio et Ioanni, Haxcalensibus pueris, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quasi filii oboedientiae, non configurati prioribus in ignorantia vestra desideriis, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum, et ipsi sancti in omni conversatione sitis » *(1 Pt* 1, 14-15). Dubitari nequit, quin Venerabiles Servi Dei Christophorus, Antonius et Ioannes, qui olim in Mexico martyrium tulerunt, Domino omnes ad sanctitatem vocanti parere non titubaverint. Tres pueri primum Tlaxcala in urbe a Patribus Franciscalibus sedulo initiati sunt atque instituti, ac deinde, ex idolorum cultu omnino digressi atque Christiani facti, non solum Evangelium ardenter alacriterque susceperunt, verum etiam amore Christi tam celeriter creverunt, ut libentes mortem obierint Fidei vulgandae causa. Paulo post, quam gens Mexicana evangelizari coepta est, suprema eorundem immolatio tamquam semen fuit, unde copiosi sive Dei gloriae sive animorum saluti prolati sunt fructus. Christophorus, qui ad MDXIV-MDXV annum in pago « Atlihuetzia » natus est haud longe a Tlaxcala, anno aetatis suae circiter decimo baptisma percepit, necnon iam tunc, debitis cum eiusmodi Sacramento cohaerentibus assensus, ad se pertinere censuit verum fortemque ((Christi baiulnm » esse intra parietes domus sui, ubi nec pauci re vera nec parvi retinebantur perturbati vivendi mores. Variis ipse modis pro suorum conversione, maxime patris, laboravit; pater autem, cum violentus homo esset et a famulis praeterea ab unaque ex uxoribus suis in eum instigaretur, consilium iniit necandi filium, tenebris luci praepositis. Anno anim MDXXVII inter domesticum diem festum saeve pater eum caedere coepit, confectumque gravibus vulneribus in rogum iniecit; at Christophorus miserrimus dum torrebatur flammis, oculis in bona aeterna defixis, opem Dei ac Virginis Mariae pie invocabat. Nocte summorum dolorum exacta patrem vocavit, eique, verbis veniae insusurratis, gratias egit, quod eius opera is sineretur coronam vitae capere, dein obdormivit in Domino. Prope Tlaxcalam in pago ((Tizatlán » anno circiter MDXVI-MDXVII nati sunt Antonius et Ioannes, qui, postquam Tlaxcalae apud Patres Franciscales, quorum

auctoritati obtemperando disciplinam etiam imitabantur, manserunt, anno **MDXXIX** illinc cum Fratre Bernardino Minaya, sodali Ordinis Praedicatorum tunc ad evangelizandam provinciam Oaxacensem proficiscente, ii quoque sua sponte magnoque animo ad locum petitum discesserunt. Quoniamque deliberatum sibi erat haud paulum sua quoque opera et ad Evangelium divulgandum conferre et ad Ecclesiam illis in plagis augendam, periculorum nuntiis prompte respondentes confirmaverunt se Dei causa etiam ad amittendam vitam, exemplo Apostolorum Petri et Pauli ac Bartholomaei, paratos omnino esse. Hac de causa eo in itinere adulescentuli ad apostolicas vias et rationes, quae tunc temporis illis in locis adhibebantur, sese conformantes, magnam sane idolis delendis operam dabant, ut, cohibitis peccatis ex idolatria emanantibus, autochthonibus auxiliaren tur in uno Deo vero agnoscendo. Cumque ad oppidulum « Cuauhtinchán » pervenissent, quandam Antonius domum ingressus est, ut delenda quaereret idola, Ioannes autem extra domum ad ianuam sese tenebat. At eo ipso tempore quidam illuc supervenerunt autochthones, qui, et suis superstitionibus fortiter adhaerentes et a Christiana doctrina abhorrentes, statim Ioannem verberando necaverunt. Antonius egressus domo eos de tanto crimine obiurgavit, se solum asseverans accusari posse de idolorum excidio. Quapropter is quoque similiter necatus est. Nuper ergo, propterea quod praeclari illi famuli Dei ex illo tempore, ut memoriae proditum est, ad nostram usque aetatem a populo Dei in martyrum numero ob Christianam fortitudinem ac diligentiam positi sunt, sapienter Episcopus Tlaxcalensis eorum Canonizationis Causae initium fecit anno **MCMLXXXII**. Expletis idcirco usitatis historicis theologicisque inquisitionibus, quae scilicet apud Congregationem de Causis Sanctorum certo responso felicem exitum habuerunt, die in mensis Martii anno **MCMXC** Nobis astantibus editum est Decretum, quo veritatem agnoscentes statuimus mortem Christophori, Antonii et Ioannis verum esse martyrium. Constituimus praeterea, ut ritus exspectatae Beatificationis paulo post, seu die vi mensis Maii hoc anno celebraretur in Mexico, oblata occasione itineris Nostri pastoralis. Hodie igitur Mexicopoli, quae Mexici est urbs princeps, in perillustri Basilica Beatae Virginis Mariae de Guadalupa inter Sacra Servos Dei Christophorum, Antonium et Ioannem, necnon Iosephum Mariam de Yermo y Parres, ad Beatorum honores eveximus, hac pronuntiata Beatificationis formula : « Nos, acogiendo los deseos de nuestros hermanos Luis Munive Escobar, Obispo de Tlaxcala, y Rosendo Huesca

Pacheco, Arzobispo de Puebla, así como de otros muchos Hermanos en el episcopado y de numerosos fieles, después de haber escuchado el parecer de la Congregación para las Causas de los Santos, con Nuestra Autoridad Apostólica concedemos, que los Venerables Siervos de Dios : Cristóbal, Antonio y Juan, y José María de Yermo y Parres, de ahora en adelante sean llamados Beatos, y se podrá celebrar su fiesta en los lugares y en el modo establecido por el Derecho, cada año, el 23 de septiembre para Cristóbal, Antonio y Juan, y el 20 de septiembre para José María de Yermo y Parres. — En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo ». — Orationem deinde pio quidem habuimus studio qua tum eximiam vivendi viam concelebravimus tum singulas simul christianas virtutes horum quos mememoravimus modo Beatorum Caelitum. Qua diligenter peracta publice pariter illos sumus Nos cum adstantibus cunctis venerati atque consentanea nimirum prece quasi anteeuntes Ipsi primi eos in adiutorium Ecclesiae totius advocavimus caelitus.

Datum Mexicopoli, apud Basilicam B. V. Mariae de Guadalupa, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Maii, anno **MCMXC**, Pontificatus Nostri duodecimo.

£B AUGUSTINUS card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco Œ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 261.901.

II

Venerabili Servae Dei Alfonsae ab Immaculata Conceptione Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me » *(Mt* 16, 24). Amore Eius capta, « qui solus non decipit, qui solus non fallitur, solus non fallit » (S. Augustinus, *Serm.* 96, 9 : PL 38, 588), et molesta omnia amans ob amorem Eius, qui « mori dignatus est propter amorem amoris nostri » (S. Franciscus Assisiensis, *Fonti Francescane* 277), Venerabilis Serva Dei Soror Alfonsa ab Immaculata Conceptione Muttathupadathu, primus sanctitatis flos in India ortus, nihil aliud a pueritia cupivit, quam in corde Christi abscondita esse, Eius se iungere doloribus et per omnia divinae obsequi voluntati, cotidie cum

gaudio crucem suam portando. « Ego — aiebat — animadverto Dominum me constituisse, ut oblatio sim, sacrificium doloris ... Quo die non passa sum, is est mihi dies amissus ».

In vico Kudamaloor nata, in Keralensi regione Arpukara, in India, a parentibus christianis, die xix mensis Augusti anno **MCMX**, eiusdem mensis die xxix est baptizata eique nomen est inditum Anna. Condicio familiaris et ecclesia Syro-Catholica ad quam pertinebat, in Dei Servae animam multum valuerunt.

Yivaci et prompta intellegentia praedita, puellula Anna (Annakutti) inter aequales excellebat in diligentia acri et impensa, qua in studium incumbebat et in ea, quae ab illa flagitabantur.

Tredecim annos nata, pro loci more Anna est desponsa. Iam ardenter se Domino consecrare exoptabat. Ut ab hoc se subtraheret coactu, Anna corporis sui partem statuit deturpare, igne se urens. Ex gravibus adustionibus recreata, petiit et obtinuit ut in Clarissas Tertiarias S. Francisci Malabarienses adscisceretur, die Pentecostes anno **MCMXXVII**. Post duos postulatus annos nomen religiosum cepit Sororem Alfonsam ab Immaculata Conceptione.

Ab inito novitiatu duabus hebdomadis transactis, graviter aegrotavit, crebris cum haemorrhagiis ét ulcerationibus in diversis corporis partibus. Facta professione perpetua die xn mensis Augusti anno **MCMXXXVI**, missa est ad urbem Bharananganam, ubi ad mortem usque mansit. Ibi febribus arrepta est aliisque gravibus morbis, qui finem eius acceleraverunt.

Decem brevis vitae eius anni postremi, crucis signo notati, inenarrabilium dolorum Servae Dei fuerunt anni, qui potentiam virtutum eius duriter exercuerunt. « Sponsa Christi sum — aiebat — et idcirco cuiuslibet doloris Sponsi mei sum heres », addens : « Contendam ne minima quidem amoris mei portiuncula ad creaturas pertineat. Domino namque cor divisum non placet ».

Amor in Deum et in proximum, una cum doloribus, Servae Dei vitam in summum fastigium e vexer unt. Semel atque iterum suo dixit episcopo suum esse devovere se et pati, sicut iuvenem sanctam Lexoviensem, pro humani generis peccatis. Iure igitur Serva Dei proponi potest tamquam nuntia muneris, quam maxime ad nostram aetatem apti : commonefaciendi videlicet hominem difficilium nostrorum temporum, sicut iam fecimus per recentem Nostram Epistulam Apostolicam « Salvifici doloris », de vehementi et excelsa veritate virtutis redimendi, quae in dolore inest.

Somno consopita in spe resurrectionis die xxvni mensis Iulii anno **MCMXXXXVI**, iam anno **MCMLV**, novem post mortem annis, inchoati sunt Processus dioecesani super fama sanctitatis, super scriptis et super « non cultu ». Introductionis Causae Decretum editum est calendis Iuniis anno **MCMLXXIX**. Processus Apostolici de heroicitate virtutum annis **MCMLXXX-MCMLXXXI** celebrati sunt. Die ix mensis Novembris anno **MCMLXXXIV** Decretum promulgatum est, quo Serva Dei Alfonsa ab Immaculata Conceptione agnita est virtutes heroum in modum exercuisse. Postquam autem disceptatum est de mira sanatione Thomae Abraham Athialil, pueri annorum undecim qui, mense Ianuario anno **MCMXXXXVII**, intercedente eadem Venerabili, consanuit fere temporis puncto ac perfecte a pede congenito, bilaterali, equinovaro-supinato, ac per Decretum Nostrum die vi mensis Iulii anno **MCMLXXXV** sancita, decrevimus sollemnem beatificationem Venerabilis Servae Dei Alfonsae ab Immaculata Conceptione Muttathupadathu, die viii mensis Februarii anno **MCMLXXXVI**, per Nostrum iter in India peragere.

Consapevole che ogni vocazione è dono di Dio, da impetrare con la preghiera e da meritare con la testimonianza della vita, mi rivolgo a voi, come ogni anno, per invitare tutta la grande famiglia cattolica a partecipare spiritualmente alla XXVIII Giornata Mondiale di Preghiera per le Vocazioni, che celebreremo il prossimo 21 aprile.

Questa Giornata è divenuta da tempo occasione privilegiata per riflettere non solo sulla vocazione al sacerdozio e alla vita consacrata, ma altresì sul dovere, che spetta a tutta la comunità cristiana, di favorire la nascita di queste vocazioni e di collaborare nella percezione, chiarificazione e maturazione dell'interiore chiamata di Dio.[1]

Quest'anno desidero attirare la vostra attenzione su quel momento fondamentale dell'esperienza religiosa di ciascun cristiano che è la catechesi : essa infatti sta alla base di qualsiasi autentico e libero dialogo vocazionale con il Padre celeste. Nella catechesi la Chiesa guida i fedeli, mediante un itinerario di fede e di conversione, verso l'ascolto responsabile della parola di Dio e la generosa disponibilità ad accoglierne le intrinseche esigenze. In tal modo essa intende favorire il personale incontro con Dio, formando attenti discepoli del Signore, partecipi della sua missione universale. La catechesi si rivela così la via specifica per scoprire non soltanto il generale disegno salvifico di Dio e il significato ultimo dell'esistenza e della storia, ma anche il particolare progetto che Egli ha su ciascuno nella prospettiva dell'avvento del Regno nel mondo.

« La catechesi, infatti, tende a sviluppare la comprensione del mistero del Cristo alla luce della Parola, perché l'uomo tutto intero ne sia impregnato. Trasformato dall'azione della grazia in nuova creatura, il cristiano si pone così alla sequela del Cristo e, nella Chiesa, impara sempre meglio a pensare come Lui, a giudicare come Lui, ad agire in conformità dei suoi comandamenti, e a sperare secondo il suo invito)).[2]

[1] **Cf. *Optatam totius,* 2.**
[2] ***Catechesi tradendae,* 20**

Il cammino nella catechesi raggiunge un suo momento particolarmente qualificante quando si fa scuola di preghiera, cioè di formazione al colloquio appassionato con Dio, Creatore e Padre ; con Cristo, Maestro e Salvatore; con lo Spirito Santo vivificatore. Grazie a un tale colloquio, ciò che si ascolta e si impara non resta nella mente, ma conquista il cuore e tende a tradursi nella vita. La catechesi, infatti, non può accontentarsi di annunciare le verità della fede, ma deve mirare a suscitare la risposta dell'uomo, affinché ciascuno assuma il proprio ruolo nel piano della salvezza e si renda disponibile ad offrire la propria vita per la missione della Chiesa, anche nel sacerdozio ministeriale o nella vita consacrata, seguendo il Cristo più da vicino.

È necessario che i credenti, specialmente i giovani, siano guidati a comprendere che la vita cristiana è anzitutto risposta alla chiamata di Dio e a riconoscere, in tale prospettiva, il peculiare carattere delle vocazioni presbiterali, diaconali, religiose, missionarie, consacrate nella vita secolare, e la loro importanza per il Regno di Dio.

In tale contesto i catechisti devono sentirsi responsabili di fronte alla Chiesa e- ai destinatari del messaggio. Il loro insegnamento, che mira a condurre l'uomo moderno a scoprire Dio Amore come Creatore, Redentore e Santificàtore, guiderà i fanciulli ed i giovani a considerare il dovere che ogni cristiano ha di aiutare la Chiesa a compiere la sua missione, la quale può realizzarsi solo grazie all'apporto dei vari ministeri e carismi, di cui lo Spirito Santo l'ha dotata; cercherà di far scoprire che il sacerdozio ministeriale è grande dono gratuito, da Dio offerto alla sua Chiesa, in una comunione più radicale con il Sacerdozio di Cristo;[3] metterà nella giusta luce il valore della verginità e del celibato ecclesiastico, come vie evangeliche che portano alla totale consacrazione a Dio e alla Chiesa e moltiplicano la fecondità dell'amore spirituale cristiano.[4]

I responsabili della catechesi rispettino sempre l'integrità dell'annuncio del Vangelo, che comprende anche la chiamata a seguire il Cristo più da vicino. Si facciano intelligenti esecutori dell'appello che il mio predecessore Paolo VI rivolse nel suo ultimo Messaggio per questa Giornata : « Fate conoscere queste realtà, insegnate queste verità, rendetele comprensibili, stimolanti, attraenti, come sapeva fare

[3] Cf. *Lumen gentium,* 10.
[4] Cf. *Perfectae caritatis,* 12.

Gesù, Maestro e Pastore. Che nessuno per colpa nostra ignori ciò che deve sapere per orientare, in senso diverso e migliore, la propria vita)).[5]

Desidero che la mia parola raggiunga tutti coloro che lo Spirito Santo chiama a collaborare con lui : i genitori cristiani, i sacerdoti, i religiosi e i numerosi laici impegnati nell'azione educativa. Desidero, in modo particolare, che questa esortazione arrivi al cuore e alla mente dei tanti catechisti, che nelle diverse Chiese particolari collaborano generosamente con i Pastori nella grande opera di evangelizzazione delle nuove generazioni.

Cari catechisti, importante e delicata è la vostra missione ! Dal vostro servizio dipende la crescita e la maturazione cristiana dei fanciulli e dei giovani a voi affidati. Nella Chiesa c'è bisogno di catechesi per la conoscenza della Parola di Dio, dei sacramenti, della liturgia, e dei doveri propri della vita cristiana. Ma, specialmente in alcuni momenti dell'età evolutiva, c'è bisogno di catechesi per l'orientamento nella scelta dello stato di vita. Solo alla luce della fede e della preghiera è possibile cogliere il senso e la forza delle chiamate divine.

Il vostro ministero di catechisti sia compiuto nella fede, alimentato dalla preghiera e sorretto da una coerente vita cristiana. Siate esperti nel parlare ai giovani d'oggi, pedagoghi validi e credibili nel presentare l'ideale evangelico come universale vocazione e nell'illustrare il senso e il valore delle varie vocazioni consacrate.

Ai Vescovi e ai Presbiteri chiedo di mantenere sempre viva la dimensione vocazionale della catechesi, curando in modo particolare la formazione spirituale e culturale dei catechisti, e sostenendo le loro proposte vocazionali con l'efficace testimonianza di una vita ricca di santità pastorale.

Alle Famiglie religiose maschili e femminili domando di consacrare il massimo delle loro capacità e delle loro possibilità all'opera specifica della catechesi, per cooperare a far sì che essa non sia un momento isolato del cammino pastorale, ma si inserisca in un ampio ed organico progetto. La fatica spesa per la catechesi è stata sempre ripagata abbondantemente dalla Provvidenza con il dono di nuove e sante vocazioni. Incoraggio in particolare i Religiosi insegnanti e responsabili di scuole cattoliche a mettere in chiara luce il valore della vocazione sacerdotale, religiosa e missionaria nel loro progetto educativo.

[5] *Insegnamenti di Paolo VI,* XVI (1978) 259.

Esorto i genitori a collaborare con i catechisti offrendo un ambiente familiare impregnato di fede e di preghiera, così da orientare tutta la vita dei figli secondo le esigenze della vocazione cristiana. Ogni chiamata particolare è infatti un gran dono di Dio che entra nella loro casa.

La comunità cristiana nel suo insieme s'impegni, infine, a riconoscere con autentica passione missionaria i germi di vocazione che lo Spirito Santo non cessa di suscitare nei cuori e cerchi di creare, specialmente con la preghiera assidua e fiduciosa, un clima adatto perché gli adolescenti e i giovani possano sentire la voce di Dio e rispondere ad essa con generosità e coraggio.

((O Gesù, Buon Pastore della Chiesa, a Te affidiamo i nostri catechisti ; sotto la guida dei Vescovi e dei Sacerdoti, sappiano condurre quanti sono loro affidati a scoprire l'autentico significato della vita cristiana come vocazione, perché, aperti ed attenti alla Tua voce, Ti seguano generosamente.

Benedici le nostre parrocchie, trasformale in comunità vive, dove la preghiera e la vita liturgica, l'ascolto attento e fedele della Tua parola, la carità generosa e feconda, diventino il terreno favorevole per la nascita e lo sviluppo di una abbondante messe di vocazioni. O Maria, Regina degli Apostoli, benedici i giovani, rendili partecipi del tuo docile ascolto della voce di Dio ed aiutali a pronunciare, come Te, il loro "sì" generoso e incondizionato al mistero di amore e di elezione, al quale il Signore li chiama ».

Dal Vaticano, il 4 ottobre, Festa di San Francesco d'Assisi, dell'anno 1990, dodicesimo di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ad catholicos Praesules in Libano degentes missus.

Aux PATRIARCHES, AUX ARCHEVÊQUES ET AUX EVÊQUES DES EGLISES CATHOLIQUES DU LIBAN.

Béatitudes et chers Frères dans Vépiscopat,

A l'occasion de la réunion annuelle de l'Assemblée des Patriarches et des Evêques catholiques du Liban, je désire vous donner l'assurance que je suis spirituellement présent au milieu de vous et que

je prends part avec intensité à vos préoccupations de pasteurs en ce moment décisif pour les communautés qui vous sont confiées.

Les fidèles de vos Eglises ont été profondément éprouvés et beaucoup d'entre eux, poussés par un sentiment d'insécurité, par la peur, et préoccupés pour le sort de leurs familles, ont quitté le pays ou pensent le faire. D'autres se sentent désorientés et, voyant que l'avenir est très incertain, peuvent être facilement victimes du découragement ou, pire encore, de la tentation de s'en remettre une nouvelle fois à la violence destructrice.

Ce sont là, je le sais, quelques-unes des graves préoccupations qui vous assaillent, mais je suis certain que, fidèles à la responsabilité de votre ministère, vous saurez, avec votre paternelle sollicitude, avec l'aide des prêtres et celle des personnes consacrées, assurer l'animation spirituelle, les priorités pastorales et la coordination des diverses activités, plus que jamais nécessaires.

J'invoque avec vous le Seigneur afin qu'il vous donne la force et la grâce de conforter vos fils spirituels dans la foi au Christ, source de la conversion des cœurs, de la pacification des âmes et, surtout, du sentiment d'appartenance à « une seule Eglise », rassemblée autour de Lui. Ainsi, il sera non seulement plus facile de surmonter les divisions imposées par la guerre et les divergences créées par les choix politiques, mais l'on pourra également rendre plus vive l'espérance dans le futur. Avec votre aide et votre témoignage, les fidèles de vos Eglises sauront traduire le grand commandement de l'amour dans la vie si exigeante de chaque jour : par la miséricorde et le pardon, ils sauront dominer les rancœurs causées par la violence aveugle de la guerre, être ouverts à un dialogue respectueux avec tous et, en particulier, avec ceux de leurs compatriotes qui appartiennent à d'autres familles spirituelles, être compatissants et solidaires à l'égard des personnes les plus éprouvées par les circonstances douloureuses dans lesquelles elles se trouvent.

Je partage avec vous la conviction que seules cette force spirituelle et cette bonne volonté permettront le retour progressif d'une situation normale dans le pays et la renaissance en profondeur d'un Liban ouvert au pluralisme où tous les habitants, chrétiens et non chrétiens, pourront se sentir citoyens à part entière et responsables. Un immense champ d'action s'ouvre aujourd'hui aux laïcs catholiques du Liban, en vue de contribuer à la reconstruction morale du pays et de préparer des jours meilleurs pour leur patrie. Votre Assemblée fera naître

sans doute des orientations très utiles pour guider les catholiques de votre nation dans leur apostolat.

De mon côté, je confie vos travaux à la protection maternelle de Notre-Dame de Harissa et je l'invoque avec vous afin qu'elle obtienne à tous, pasteurs et fidèles, la lumière et la force nécessaires pour répondre aux urgences apostoliques de l'heure présente.

Avec ma Bénédiction apostolique.

Du Vatican, le 24 novembre 1990.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

LEODIEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Theresiae Haze, Fundatricis Congregationis Filiarum a Cruce (1782-1876).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Theresia a Sacro Corde Iesu, in saeculo Ioanna Haze, Leodii orta est die 27 mensis Februarii anno 1782. Post felicem pueritiam magnae acerbitatis annos agere incepit propter rerum mutationes, quae Belgicam turbaverunt, et graves luctus quibus est affecta eius familia. Temporum nequitia non eam induravit gratiae Dei obsequentem et magnis patentem propositis. Christi amore eiusque crucis capta, sensit debere se caritatis ardorem pro pauperibus emittere, eos adiuvare nitendo optimo modo, secundum Evangelii praecepta. Alacritatis plena praecipue pueros pauperes curavit docendos, etiam matrimonio recusato. Die 8 mensis Septembris anno 1833 Congregationem Filiarum a Cruce condidit, et vota religiosa nuncupavit, quae diligentissime semper observavit. Eius impulsu novum Institutum praeceptioni addidit aegrorum curam in domibus, orphanorum, puellarum ex infamia eripiendarum ac mulierum in carceres inclusarum. Solida circumdata sanctitatis fama, die 7 mensis Ianuarii obiit anno 1876.

Rebus peractis normis canonicis praescriptis, Summus Pontifex Pius XII, die 9 mensis Februarii anno 1941 iussit promulgari Decretum, quo declarabatur Matrem Mariam Theresiam Haze heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Ut optatam Venerabilis Servae Dei beatificationem consequerentur, Causae Actores ad Congregationem de Causis Sanctorum sanationem detulerunt, miram assertam, eadem Serva Dei intercedente patratam. Singularis hic eventus ad dominam Belgicam Melaniam Lagamme-Scheuren attinet, 48 annos natami, quae a mense Ianuario anni 1922 animadvertere coepit gravia stomachi incommoda, quibus ingravescentibus necesse fuit eam in valetudinarium urbis *Malmedy* deduci. Medici quidem morbi naturam recognoverunt, sed efficaciter manu curare nequiere, quia aegrotae condicio irreparabiliter erat in discrimen adducta et extrema habita.

Tunc, die 14 mensis Aprilis anno 1922, Filiae a Cruce, quae aegrae assidebant, sacrum novendiale ad Matrem suam Conditricem inierunt, ut dominae Melaniae sanationem obtinerent, cui super stomachum reliquiae impositae sunt Venerabilis Servae Dei. Mane diei 23 mensis Aprilis eiusdem anni, post noctem acrium dolorum et febris ardentis, aegra experrecta animadvertit se esse omnino sanatam.

Ex multiplicibus explorationibus sanatio emersit, quae duratura fuit, adeo ut domina Melania senectute sit mortua anno 1957.

De hoc casu instructus est Processus Apostolicus apud Curiam Leodiensem annis 1925-1926, cuius auctoritas agnita est a Sacra id temporis Rituum Congregatione per Decretum die 24 mensis Aprilis anno 1942 editum. Postea, die 7 mensis Martii anno 1990, Consilium Medicorum Congregationis de Causis Sanctorum, pro suo munere, mirum eventum inspexit hancque emisit diagnosim : « Contractio pylori ex probabili stomachi neoplasmate sedem habente ante pylorum, cum vomitione incohibili et acerbis doloribus epigastricis ; status cachecticus gravissimus ». Prognosis declarata est « infausta quoad vitam » et sanatio « subitanea, perfecta et duratura, diligentibus studiis clinico-radiologicis probata, pro nostris scientiae cognitionibus inexplicabilis ».

Post haec, disceptatio facta est theologica ad normam iuris. Die 5 mensis Iulii anno 1990 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor, et die 23 mensis Octobris eiusdem anni Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Causae Ponente Exc.mo Domino Iosepho Mees, Archiepiscopo titulari Yprensi. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de miraculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum afiirmativum.

Facta demum de praefatis rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinali infrascripto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Maria Theresia Haze, Fundatrice Congregationis Filiarum a Cruce, videlicet de subitanea, perfecta ac duratura sanatione dominae Melaniae Lagamme-Scheuren ab contractione pylori ex probabili stomachi neoplasmate sedem habente ante pylorum, cum vomitione incohibili et acerbis doloribus epigastricis necnon a statu cachectico gravissimo.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri praecepit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

MEDELLEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi Montoya, Fundatricis Congregationis Sororum Missionariarum B. M. V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis (1874-1949).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quod vos apostolatus Ecclesiae participes estis, a vestro sponsali amore erga Christum proficiscitur. Si semper in communione cum Ecclesia manebitis, semper episcopis cooperabimini tamquam unita-

tis principio in suis Ecclesiis particularibus, omnium populorum evangelizationi operam navare scietis et vàlebitis, adiuvantes ita ecclesiales communitates indigentiores » *(Insegnamenti di Giovanni Paolo II,* IX, 2 [1986] 165).

Haec verba, quibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II est Religiosas allocutus inter Columbiae visitationem pastoralem, iam erant ad effectum adducta in vita operaque apostolica Servae Dei Laurae a Sancta Catharina Senensi Montoya, eiusdem illius terrae filiae. In oboedientia voluntati Dei — quae omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire (cf. *1 Tim* 2, 4) — et in communione cum Ecclesiae pastoribus, vitam suam dedidit amori et servitio Christi atque animarum, impense et fructuose laborando ut salutis veritatem iis suae nationis Indiis nuntiaret, ad quos nondum nec evangelii praedicatio pervenerat nec sacerdotum ministerium.

Dei Serva die 26 mensis Maii orta est anno 1874 in urbe Iericoënsi, intra fines provinciae Antioquiensis, in Columbia, a Ioanne a Cruce Montoya González et Maria Perdolenti Upegui Echevarría, probis sincerisque christianis. Eodem die est baptizata nomenque est ei inditum Maria Laura a Iesu.

Anno 1876 pater eius, qui factionem catholicam sequebatur, est ab adversariis in re publica dissentientibus interfectus. Bona familiae confiscata sunt; unde Servae Dei tempus incepit paupertatis et acerbitatum, quae eius indolem corroborarunt et ad incommoda paraverunt muneris obeunda, quod Providentia erat ei in posterum creditura. A propinquis ditioribus domo accepta, pueritiam variis in locis egit, semper bona christiana educatione eminens, qua erat a matre imbuta et ab avis paternis, atque ludi munium diligentia. Anno 1881 in paroeciali ecclesia Amalfitana primum Eucharisticum sumpsit Panem et sacramentum Confirmationis accepit. Eodem anno, improviso et inopinato, peculiarem obtinuit Dei cognitionem, altum et diuturnum simul gaudium experiens.

Magistrae diploma egregie consecuta, annis 1893-1909 institutioni se tradidit in scholis. Moderatrix etiam fuit Ephebei Immaculatae Conceptionis Medellii, ubi cum amore, peritia et efficacia in alumnarum formationem culturalem, humanam et religiosam incubuit, eas in Dei viis diligenter ducens. Sed alieni a religione conati sunt methodos eius paedagogicas detrectare multis calumniis contendentes, quas cum dignitate obiit et patientia; attamen, ut Ephebei bonam famam et institutionis religiosae principia defenderet, Vicarius Capi-

tularis Medellensis Servam Dei propalam se tueri iussit; ideo opusculum edidit, quod veritatem redintegravit et quaestioni finem fecit.

Illis annis, in educanda iuventute consumptis inque apostolatus operibus, non solum sine intermissione in exercitio christianarum virtutum progressus fecit, sed clarius et fortius animadvertit se a Domino ad vitam vocari plenae consecrationis. Aliquamdiu putavit suum locum esse in aliquo vitae contemplativae Instituto ; postea vero intellexit a Deo sibi difficile munus missionariae concredi inter Indios et novae Congregationis religiosae femininae conditricis.

Mense Decembri anno 1908 primum confecit iter in missionis terram; posthaec non aliud appetivit, nisi tribus illas evangelizare, quae, in Columbianis silvis degentes, nec Evangelium cognoscere poterant, nec maternam Ecclesiae curam experiri. Eius apostolica consilia, haud dubie animosa, amicos et incolas Medellenses stupefecerunt et affecerunt admiratione, sed probata sunt et sustenta ab episcopo Antioquiensi, domino Maximiliano Crespo, qui eam arcessivit ut in sua dioecesi operaretur. Hinc, anno 1914, cum nonnullis sociis et matre sua, missionalem iniit inter Indios Catios Dabeibae navitatem. Nec pauca, ut par est, nec levia incommoda et difficultates fuerunt; ad pessimas namque locorum condiciones initio indigenarum accessit diffidentia et eorum simultas, cuia intererat multitudinem illam simplicem et inermem quaestui habere.

Magna impulsa caritate et singulari perpessionis spiritu, deterrita non est, et iter, quod erat ingressa, perrexit. Indigenarum culturam reverita est, eorum captui se accommodavit eorumque moribus; cum perseverantia et amabilitate catechesi tradendae se dedidit; überaus fuit in ferendo quolibet auxilii genere ad corpora pertinentis et ad spiritus. Ita ipsa et sodales sibi aestimationem compararunt eorum incolarum et fecundissimum explicare potuerunt apostolatum. Brevi earum campus amplior est factus in aliisque locis nova orta sunt instituta.

Interea harum missionariarum laicarum vita, Serva Dei moderante, similior in dies esse videbatur vitae germanarum sororum. Progrediens mutatio talis evasit, ut episcopus Antioquiensis, permissu Sanctae Sedis, canonice instituent Congregationem Sororum Missionariarum a Maria Immaculata et a Sancta Catharina Senensi, cuius conditrix ipsa fuit Serva Dei. Calendis Ianuariis anno 1917, duodecim sociis novitiatum incipientibus, vota simplicia ea nuncupavit nomenque cepit Matrem Lauram a Sancta Catharina Senensi estque prima

Antistita Generalis nominata : quod munus continenter obtinuit usque ad annum 1929.

Suis sororibus, quae celeriter numero auctae sunt, mater fuit sedula et intellegens atque prudens gubernatrix. Peculiari modo earum valetudini invigilabat, in multis versanti periculis. Sapientibus consiliis et vitae suae exemplo eas adiuvabat ad temperandum contemplationis amorem cum continuo missionalium operum studio. Benigne eas in difficultatibus confirmabat et in incommodis, ita quidem ut nulla animo deficeret in tam arduo et laborioso negotio. Saepe et libenter earum exquirebat consilia de rebus ad Instituti regimen et ad apostolica coepta pertinentibus.

Illis annis fuerunt ei non paucae nec leves falsae interpretationes subeundae quorundam ecclesiasticorum, qui non aequis oculis videbant eius evangelizationis et moderationis rationes. Fiducia Dei f ulta et episcopi Crespo aliorumque episcoporum consiliis, summa cum prudentia, humilitate et caritate se gessit, ita efficiens ut veritas vincerei et opus feliciter inchoatum confirmaretur.

Munere deposito Antistitae Generalis, sui Instituti vitam cum industria et modestia sequi perrexit, filiarum suarum spiritalium formationem curare et actionem missionalem pro Indiorum conversione provehere. Extremis vitae annis, singulari cum interiore tranquillitate, acerbum est passa morbum, qui eam impedivit quominus deambularet, non tamen quin utilis esset animabus et Ecclesiae. Hoc modo tota eius vita, a iuventute usque ad finem dierum, in dilatandum Christi regnum in terris est impensa, primo per iuventutis educationem et deinde per humanam christianamque progressionem eorum qui, in Columbiana terra, pauperiores erant et desertiores. Tantoque ardore, animo sapientiaque hoc est munere iuncta totque est fructus assecuta, ut habita sit una ex eminentissimis missionariis mulieribus Americae Latinae.

Multa fecit pro Evangelii propagatione et animarum salute, quia viva eius fides erat, ardens eius caritas, eius spes firma. Mente et corde fortiter in Deum credidit et in eius verbum semperque gaudium sensit vivendi coniuncte spiritu cum Domino, operam navando aedificationi eius regni, pie sacra liturgica communicando, multum temporis deprecationi, Sacrarum Litterarum meditationi, aeternarum veritatum contemplationi tribuendo. Singularem coluit pietatem erga Eucharistiam, quae alimentum fuit eius missionalis fervoris, et erga Virginem Mariam, quam praecipue venerabatur in Immaculatae Con-

ceptionis mysterio. Quo docilior usque gratiae dono esset, nono quoque die ad sacramentum accedebat paenitentiae, et quodlibet vitabat peccati genus et vitii. Castigationem, continentiam, paupertatem excoluit tamquam vias ad progrediendum in Christi imitatione utque efficaciorem suum redderet apostolatum. Vera Ecclesiae filia, Summi Pontificis magisterio obsecuta est et auctoritatum ecclesiasticarum normis. Episcoporum quoque et sacerdotum consilia ei erant divinae voluntatis signa, eaque cum simplicitate et humilitate sequebatur.

Omnibus viribus Deum dilexit nullumque aliud vitae suae voluit esse propositum, quam Dei faciendi voluntatem et ad eius gloriam Iaborandi. Nulla difficultas nec ulla acerbitas potuit umquam eam ab hoc amore separare, qui purus fuit, fortis et industrius. Patet eam magna usam esse caritate in proximum : alumnas scholarum in quibus docuit; Congregationis Sorores, multas personas, quibus obviam in vita fuit, et maxime Indios, quos tamquam veros filios tractavit, eorum necessitatibus consulendo spiritalibus et corporalibus. Pro animarum salute se ipsam renuntiavit et, cum amabilitate atque constantia, omnia omnibus facta est. Eos quoque dilexit, a quibus est offensa quique eius operi impedimento esse conati sunt. Non solum iis ex animo ignovit, sed pro iisdem precabatur et, cum eorum aliqui necessitatibus pressi sunt, abstinenter eos adiuvit.

Animo libera ab omni immoderato personarum et rerum studio, suam collocavit in Deo spem et in Providentiae auxilio; et etiam in difficilioribus casibus miram servavit interiorem quietem atque aequabilitatem.

Magna cum perfectione virtutes etiam coluit prudentiae, iustitiae, fortitudinis et temperantiae, votaque religiosa et Instituti sui regulas observavit.

Vera circumdata sanctitatis fama, sacramentorum solacio confirmata; die 21 mensis Octobris obiit anno 1949 in Congregationis suae Domo Generalitia, in oppido Belencito apud Medellium.

Canonizationis Causa inchoata est ab Archiepiscopo Medellensi Processus Ordinarii celebratione (annis 1963-1964). Anno 1973 est Decretum editum super Dei Servae scriptis. Post Causae Introductionem Processus Apostolicus est instructus (annis 1976-1979), cuius auctoritas a Congregatione pro Causis Sanctorum agnita est Decreto die 22 mensis Iunii anno 1982 prodito. « Positione » apparata, inspectae sunt pro normis Servae Dei virtutes. Prospero cum exitu die 12 mensis Decembris anno 1989 actus est Consultorum Theologorum Con-

gressus Peculiaris praesidente Fidei Promotore Domino Antonio Petti. Die 23 mensis Octobris anno 1990 Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria collecti, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, fassi sunt Matrem Lauram a Sancta Catharina Senensi Montoya heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi Montoya, Fundatricis Congregationis Sororum Missionariarum B. M. V. Immaculatae et Sanctae Catharinae Senensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

6B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

POTOSIEN. SEU PAMPILONEN.

Canonizationis Servi Dei Vincentii Bernedo, sacerdotis professi, Ordinis Praedicatorum (1562-1619).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

In allocutione, quam Ioannes Paulus Pp. II Oruri in Bolivia habuit, ad agrícolas, fossores metallarios, opifices et suburbanos, haec protulit verba : « Vestra in natione spem seminaverunt missionarii, qui, suae vitae sacrificio, hanc in terram montanae planitiei semen iecerunt illius fidei, quam, Dei iuvante gratia, vos integram servastis. Huius rei testes praeclari exstant Pater Vincentius Bernedo atque Soror Nazaria Ignatia» *(AAS,* LXXX [1988] 1571).

In oppido regionis Navarrae, hispanorum lingua *Puente la Reina* appellato, incepto anno 1562 is Dei Servus natus est, ex parentibus Ioanne de Bernedo et Elisabeth de Albistur. Die 1 mensis Februarii in ecclesia paroeciali Sancti Petri sacramento fidei ablutus fuit et Martinus nominatus. Gramaticam artem Pampelone didicit atque Compiuti, in studiorum Universitate, ad philosophiam se contulit. Ibidem post biennium Fratrum Praedicatorum Ordinem elegit, sumpto cum habitu eodem nomine ac sancto Vincentio Ferrer imposito. Erat enim aetate duodeviginti annorum, ad divinarum rerum cogitationem inclinatus et illecebrorum appetituum oppugnator. Nam perpetuae castitatis et ingrediendi religionem votum adolescens nuncupaverat postquam, animo perculsus, quemdam propinquum, vestium et armorum cultu decorum, repente vita defunctum novit et lugubri comitatu vidit funere elatum.

Salmanticae, in alma studiorum altrice, et mentem et cor theologiae lumine locupletavit; anno autem 1586 in presbyterorum ordinem est adscitus. Sedulus per patriam terram Christi Iesu evangelium proclamavit, cuius vitae mysteria populum edocuit, marialis praesertim rosarii praedicatione et eiusdem sodalitatum fundatione. Teste

Lázaro de Bernedo, ipsius germano, multas fecit res mirandas illumque sanctum cuncti dictitabant.

Saeculo xvi ad finem vergente, a praesule suo veniam petiit ad Indias Occidentis iturus, ubi primo in conventu Bogotensi duos annos sacrae theologiae lectorem egit. Arduum tamen ac diutinum maius eum manebat munus : docendi scilicet et sanctificandi in excelsis Peruviae montibus gentem, quae nunc intra Boliviae terminos continetur. Ex urbe ideo Lima cito profectus, anno 1600 altam perrexit Potosinam civitatem, undique circumdatam argenti fodinis omneque genus habitantibus redundantem : proceres siquidem aderant et imi, hispani, indi, mixtoque sanguine nati, locupletes uni, egentes alteri. Dei igitur vir, aliam aliis allaturus opem, praecelsae christianae gratiae divitias distribuit necnon quotidianum optatum panem ; dies autem suos asperrimo cum egestate duxit rigore, cibi et somnii parcissimus, silentii tenax, perfrigidam passus tempestatem, indesinenti nutritus precatione. Tantae fuit in eucharisticum convivium pietatis, ut reconciliationis sacramento, priusquam summo quolibet mane litaret, expiari soleret. Nec scholae ofiicio impar, in doctrinam Sancti Thomae commentaria exaravit.

Buri saepius moratus, divini verbi semen ore et opere profudit. Voluisset pariter, nisi valetudine fuisset imbecillus, infidelium tribubus evangelium invehere et animam suam pro fratribus ponere (cf. *1 Io* 3, 16). Voluisset simul, pacifica emptione, indos liberare captivos de manu barbarorum, quos in tutelam traderet christianis, corporis levamen et fidei veritatem adipiscendi causa. De quo proposito Philippo Tertio, Hispaniarum regi, litteras dedit. Huius autem rei meritum non illi defuit, quamquam manus sine culpa defecit. Pro comperto tamen habemus et eumdem, non uno gratiarum dono, ceteris profuisse bono.

Anno 1619 decem dierum correptus morbo, sed indefessus animo, obeundae se apparavit morti, quae die 19 mensis Augusti evenit. Ob suam sanctitatis famam et gratam civium mentem, triplici funere publico Potosii elatus est, incunctanter dignus habitus qui caelestibus incolis accenseretur. Primi namque de iure informativi processus constructi sunt Pampelone, Potosii et alibi, ab anno 1627 ad annum 1678. Servi Dei vita, a Ioanne Meléndez O.P. conscripta, Limae et Romae typis fuit excusa annis 1675 et 1682. Effigies nonnullae, in ipsius venerandam memoriam, in America et Europa visae sunt. Scripta atta-

men cum non reperirentur, introductio Causae apud Sanctam Sedem dilata est.

Sane non decidit ex fidelium cordibus pia Famuli Dei recordatio, quinimmo, signis et prodigiis aucta, ad nos usque pervenit : maxime Potosii, ubi intactum Vincentii corpus in Sancti Dominici ecclesiam fuit translatum. Hispaniae et Boliviae Episcopi et earum supremi Moderatores ac Praedicatorum Ordo, nostra aetate iterato efflagitarunt ut Causa ab hac Congregatione resumeretur. Scriptis ergo inventis et anno 1976 rite revisis, *Positio super vita, virtutibus et fama sanctitatis* apparata est et anno 1986, eodem quo prodiit, ab Historicis Consultoribus disputata. Anno 1990, die 13 mensis Martii, faventi cum exitu, coadunatus est Peculiaris Theologorum Congressus, cui Rev.mus Antonius Petti, Fidei Promotor, praesidebat. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 20 mensis Novembris eiusdem anni collecti, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, professi sunt Servum Dei Vincentium Bernedo heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Vincentii Bernedo, Sacerdotis professi Ordinis Praedicatorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£ß Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

ROMANA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Theclae Merlo (in saec.: Mariae Theresiae), Confundatricis et Superiorissae Generalis Congregationis Filiarum a S. Paulo (1894-1964).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

In Adhortatione Apostolica *Evangelii nuntiandi* Summus Pontifex Paulus VI scripsit : « Nostra vero aetate, quae socialis instrumentis communicationis, vulgo mass-media appellatis, distinguitur, primus nuntius, catechetica institutio, vel penitior fidei consideratio horum usu subsidiorum carere nequit [...]. Eaedem, cum ad inserviendum Evangelii causae adhibentur, ad prolatandum veluti in immensum spatium, ubi Dei Verbum auditur, valent, nuntiumque salutis ad milia et milia hominum afferunt. Ecclesia coram Domino suo quasi conscia reatus adesset, nisi praevalidis hisce subsidiis uteretur, quae humana mens in dies expolit perficitque. Etenim, eorum ope illum praedicat super tecta nuntium, qui ipsi concreditus est; in iis recentiorem quandam efficacioremque formam sacri suggestus, seu cathedrae, invenit ; per ea alioqui multitudines potest » *(AAS,* LXVIII [1976] 35).

De his rebus multos ante annos etiam Serva Dei Thecla Merlo certissima erat, quae Dei Servo Iacobo Alberione cooperando, pro mundi evangelizatione et Christi regno, magnopere laboraverat per communicationis socialis instrumenta.

Nata ea est in pago Castagnito d'Alba patrio sermone vocato, in provincia Cuneensi sito, die 20 mensis Februarii anno 1894, ex Hectore Merlo et Vincentia Orlando, humilibus agricolis probisque christianis. Postridie est baptizata et appellata Maria Teresia. Octo annorum primum ad eucharisticam mensam accessit et die 29 mensis Septembris anno 1907 Confirmationem accepit. Viginti primos egit annos in familiae, scholae et paroeciae ambitu, apostolatui catechesis dedita et puellarum formationi.

Anno 1915 in Iacobum Alberione sacerdotem incurrit, Familiae Paulinae conditorem, qui eam invitavit ut secum in constitutione novae Congregationis Filiarum a Sancto Paulo particeps esset.

Quamquam demisso habitu erat et gracili valetudine, dominus Alberione clare intellexit Dei Servam facultatibus instructam esse ad novum Institutum regendum, quod se collaturum erat ad arduum apostolatus instrumentorum communicationis socialis negotium. Venerabili Servo Dei Francisco Chiesa, eius spiritus magistro, suadente, conscia quantum in se susciperet onus, Deo fisa est invitationi assensa. Anno 1922, cum aliis puellis, vota nuncupavit nomenque cepit Theclam, ut discipulam Sancti Pauli sibi repraesentaret. Eodem anno officium accepit primae Antistitae Generalis (((Primae Magistrae »), quo ad mortem usque est iuncta.

Suum gubernavit Institutum maxima cum cura et caelesti prudentia. Sororibus vera fuit mater, benignitate praedita, sed etiam non communi animi firmitudine. Domini Alberione praecepta sequens volebat earum consecrationem deprecatione fulciri, studio, apostolatu et paupertate. *

Aequa fuit in omnes, etiam in eas, quae indolis diificilis erant; numquam gratiam exercuit et varia munia sororibus delegabat, quae verum ostendebant spiritum religiosum et dotes ad munus sibi creditum aptas. De earum vita spiritali magnam adhibuit curam, id spectans, ut iis exemplo, verbis et scriptis moderaretur in sanctitatis via simulque earum saluti et tranquillitati necessaria provideret. Earum cuiusque facultatibus auctoritatem tribuit et earundem formationem, quod ad mentem et ad apostolatum pertinebat, magni fecit. Pluries Domus visit toto terrarum orbe sparsas, odorem virtutum suarum ardorisque apostolici ignem quolibet ferens. Vocationes curavit, attenta observatione eas bene noscitando.

Magno animo ordinativo praedita et regni Dei sincero studio, egregia domini Alberione apostolica proposita participavit eique semper cooperata est maxima cum sedulitate atque ingeniosa et conscia oboedientia. Idem Institutor scripsit Servam Dei ipsi constanti auxilio fuisse : ad bene formandas, secundum earum vocationis spiritum, Filias a Sancto Paulo ; ad eas in apostolatum in Ecclesia immittendas ; ad duas alias instituendas Congregationes Paulinas : Pias Discipulas a Divino Magistro et Sorores a Bono Pastore.

Ratio vitae Matris Theclae Merlo sententia colligi potest, quae erat ei familiaris : ((Omnia solum et semper pro Dei gloria et anima-

rum bono)) ; hocque proposito illuminante omnibus omnia fieri voluit. Dei esse voluit ante omnia, firmiter eius amorem credendo, eius voluntatem faciendo fideliter, intimam colendo cum eo coniunctionem et verbum divinum in mundo divulgando. Humiliter et ardenter suae respondit vocationi et ad finem usque perseveravit, etsi non pauca fuerunt ei incommoda oppetenda. Deo semper confisa est ; etiam in difficilioribus discriminibus et acerbioribus, Providentiae fisa, spiritus quietem servavit. Eius fides, solida et simplex, apparebat, praeter cetera, in ardenti pietate erga Eucharistiam et Virginem Mariam, in producta deprecatione, in Sacrarum Litterarum meditatione, in indefatigabili studio disseminandi in mundo Evangelium, in amore erga Christi Ecclesiam, erga Summum Pontificem et sacerdotes.

Solius Dei fuit, quem cum vigore dilexit et perseverantia, quemque honorare et glorificare tota se ipsa est nisa. Vera Divini Magistri discipula, progredi sine intermissione exoptavit in Christi imitatione, prompte et accurate eius respondere donis omneque peccati et vitii genus vitare. « Si Dominum diligimus — aiebat — bene ei serviamus, cum amore eius voluntatem facientes ». Propter Dei amorem cum gaudio et fidelitate suam coluit consecrationem et vota religiosa, Constitutiones ceterasque sui Instituti normas quam optime observa vi. Magnopere laboravit et precata est, ut animae omnes Deum cognoscerent eique servirent secundum Christi doctrinam et exemplum. Sorores suas ita monebat : ((Professio religiosa officium est se sanctificandi : sanctae fimus Dominum multum amando, cum facile est cumque magni laboris ».

Mira cum intentione et liberalitate virtutem quoque caritatis in proximum exercuit, quem semper quoad spiritum et quoad corpus adiuvare voluit. In eius corde, quod est dictum « ut mundus magnum », sorores sodales erant, sacerdotes, missionarii, pauperes, aegroti, familiae calamitatibus naturae affectae vel bello, et omnes terrae populi. Pro animarum salute nulli .pepercit incommodo et libenter est apostola facta, ut ubique lumen Evangelii diffunderet et maternam Ecclesiae sollicitudinem : idque matura cum prudentia fecit, animi fortitudine, cum iustitia, humilitate et neglegentia sui.

Sanctitatis suae omniumque Congregationis Sororum siti consumpta, Divini Magistri imitans exemplum, Serva Dei voluit mortem suam in supremum mutare fidei et amoris actum, cum sua scripsisset manu die 28 mensis Maii anno 1961 : « Quaeso vos, Divinae SS. Trinitatis Personae, Pater, Fili et Spiritus Sancte, meae vitae accipite devotionem pro tota Congregatione Filiarum a Sancto Paulo, ut omnes sanctae fiant ». Mense Iunio anno 1963 in primam thromboseos temptationem incidit. Morbum tamquam Dei donum accepit et multa

cum pietate ad supremum cum Domino occursum se praeparavit. Eo tempore gaudio donata est et Summi Pontificis Pauli VI salutationem. Albani obiit die 5 mensis Februarii anno 1964.

Fama sanctitatis, quam Serva Dei viva sibi comparaverat, crevit post eius mortem; quam ob rem inchoata est canonizationis Causa acto Processu Ordinario Informativo apud Romae Vicariatum (annis 1967-1972), ac dein Processu Rogatoriali Albae Pompeiae (annis 1968-1971). Anno 1974 Congregatio pro Causis Sanctorum Decretum edidit super scriptis Servae Dei et die 15 mensis Februarii anno 1982 Decretum Introductionis Causae. Secuti sunt Processus Apostolici apud Romae Vicariatum et apud Curiam episcopalem Albae Pompeiae (prior annis 1983-1987 ; alter annis 1982-1987) ; quorum auctoritas est agnita per Decretum die 18 mensis Decembris anno 1987 proditum.

Secundo cum exitu die 22 mensis Iunii anno 1990 habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Antonius Petti, Fidei Promotor. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 21 mensis Ianuarii anno 1991, Causae Ponente Exc.mo Domino Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi, Servam Dei Theclam Merlo virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Theclae Merlo, C on fundatricis et Superiorissae Generalis Congregationis Filiarum a S. Paulo, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

U

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

URBINATENSIS-URBANIENSIS-SANCTI ANGELI IN VADO ET FANENSIS-FOROSEMPRONIENSIS-CALLIENSIS-PERGULANAE

DECRETUM

De finium mutatione

Quo aptius Christiani gregis fidelibus consuleretur fieretque sacrorum Antistitum fructuosior labor, visum est aetatis nostrae necessitatibus congruens ac votis Concilii Oecumenici Vaticani II de aptiore dioecesium territoriorum compositione consentaneum, si fines dioecesium Urbinatensis-Urbaniensis-Sancti Angeli in Vado et Fanensis-Forosemproniensis-Callie'nsis-Pergulanae aliquantulum immutarenjtur ita ut unitas iurisdictionis in municipio vulgo ((Piobbico)) efficiatur.

Auditis ideo locorum Ordinariis quorum interest et praehabito favorabili voto Conferentiae Episcoporum Italiae necnon Exc.mi P. D. Aloisii Poggi, Archiepiscopi tit. Forontonianensis et in Italia Apostolici Nuntii, Congregatio pro Episcopis, rata huiusmodi immutationem in bonum animarum accessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia PP. II, tributarum, suppleto quatenus opus sit eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur lingua vernacula decernit, ita quidem ut ecclesiastici fines cum civilis municipii « Piobbico » appellati limitibus ibi conveniant :

viene separato dalla diocesi di Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola ed aggregato all'arcidiocesi di Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado l'intero territorio delle parrocchie di :

— S. Donato, sita in 61046 S. Donato di Piobbico, comune di Piobbico (Pesaro e Urbino) ;

— S. Maria in Val d'Abisso, sita in 61046 S. Maria di Piobbico, comune di Piobbico (Pesaro e Urbino).

Statuit quoque eadem Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, Ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias praefatas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta territoria dismembrata, clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri autem clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium. Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Hugonem Donatum Bianchi, Archiepiscopum Urbinatensem-Urbaniensem-Sancti Angeli in Vado, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 1 mensis Ianuarii anno 1990.

© **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Praefectus

L. & S.

£B Iustinus Franciscus Rigali
archiep. tit. Volsiniensis, *a secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 960/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 6 Februarii 1991. — Metropolitanae Ecclesiae Sanctae Crucis de Sierra Exc.mum P. D. Iulium Terrazas Sandoval, C.SS.R., hactenus Episcopum Orurensem.

die 18 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Dunensi et Connorensi Exc.mum P. D. Patricium Walsh, hactenus Episcopum titularem Rosgrensem et Auxiliarem Dunensem et Connorensem.

die 20 Martii. — Archiepiscopali Ecclesiae Lucensi, Exc.mum P. D. Brunonem Tommasi, hactenus Episcopum Massensem-Apuanum.

die 25 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Hieritanae R. D. Gerardum Clifford, e clero archidioecesis Armachanae et Conferentiae Episcoporum Hiberniae a secretis adiutorem quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis Armachanae.

die 11 Aprilis. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis Bernard, Episcopi Nanceiensis, R. D. Ioannem Paulum Jaeger, presbyterum dioecesis Insulensis et Seminarii interdioecesani rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Guarandensi R. D. Michaelem Angelum Miranda, hactenus curionem Paroeciae vulgo « Nuestra Señora de la Paz » in urbe Quitensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Strumnitzensi R. D. Georgium Jezerinac, e clero archidioecesis Zagrebiensis, ad praesens curionem paroeciae Sanctissimae Trinitatis in urbe Oakville, intra fines dioecesis Hamiltonensis in dicione Canadensi, quem deputavit Auxiliarem Em.mi Francisci Cardinalis Kuharic, Archiepiscopi Zagrebiensis.

die IS Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Asculanae in Piceno, R. D. Petrum Aloisium Mazzoni, e clero Foroliviensis-Brittinoriensis dioecesis, hactenus in Congregatione pro Episcopis inter primarios Officiales.

die 28 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iusti Exc.mum P. D. Georgium Arturum Mein vielle, S.D.B., hactenus Episcopum Sanctissimae Conceptionis in Argentina.

die 24 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Sinnipsensi E. D. Albertum Taveira Correa, e clero Bellohorizontino, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Brasiliapolitanae.

die 26 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Armidalensi, Exc.mum P. D. Coemgenum M. Manning, e clero dioecesis Bathurstensis, Secretarium generalem Conferentiae Episcoporum Australiae.

die 30 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Calatayeronensi, R. D. Vincentium Manzella, e clero Panormitano, hactenus eiusdem archidioecesis Seminarii rectorem.

— Metropolitanae Ecclesiae Atlantensi, Exc.mum P. D. Iacobum P. Lyke, O.F.M., hactenus Episcopum titularem Furnitanum Maiorem et Auxiliarem dioecesis Clevelandensis, atque Administratorem Apostolicum « sede vacante)) Atlantensem.

— Cathedrali Ecclesiae Iuigalpensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Paulum Antonium Vega Mantilla, hactenus Episcopum titularem Bononiensem et Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

— Cathedrali Ecclesiae Xinoteganae, noviter erectae, Exc.mum P. D. Petrum Lisimacum Vílchez Vilchez, hactenus Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

die 2 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Guayanensis Exc.mum P. D. Osvaldum Raimundum Santana Sequera, hactenus Episcopum titularem Caeciritanum et Auxiliarem archidioecesis Caracensis.

die 8 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Platensi Exc.mum P. D. Carolum Valtherum Galán, hactenus Episcopum titularem Cediensem et Auxiliarem Moronensem.

— Metropolitanae Ecclesiae de Pouso Alegre Exc.mum P. D. Ioannem Bergese, hactenus Episcopum Guaruliensem.

— Cathedrali Ecclesiae Corumbensi Exc.mum P. D. Iosephum Al ves Da Costa, D.O., hactenus Episcopum titularem Thubursicensem et Auxiliarem dioecesis de Ponta Grossa.

— Cathedrali Ecclesiae de Ponta Grossa Exc.mum P. D. Murilum Sebastianum Ramos Krieger, S.C.I., hactenus Episcopum titularem Lysiniensem et Auxiliarem Florianopolitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Rigensi R. D. Ioannem Pujats, e clero eiusdem archidioecesis, curionem et decanum in civitate vulgo Riga.

die 8 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Liepaiensi R. D. Ioannem Bulis, e clero archidioecesis Rigensis, ad praesens curionem paroeciae in oppido vulgo Ludza.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sassuritanae R. D. Iosephum Tunaitis, parochum et cancellarium curiae Vilnensis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turudensi R. P. Sigi tas Tamkevicius, Societatis Iesu sodalem et rectorem Seminarii interdioecesani in civitate vulgo Kaunas, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Kaunensis.

die 11 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iosephi in Brasilia R. P. Iosephum Nelsonium Westrupp, S.C.I., Curiae Generalis Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu consiliarium.

die 1J{ Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Murconensi, R. P. Ioannem R. Sheets, Societatis Iesu sodalem, et Theologiae in Universitate vulgo ((Creighton » in oppido Omahensi magistrum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis M. D'Arcy, Episcopi Vayne Castrensis-Southbendensis.

— Cathedrali Ecclesiae Neuquenianae R. P. Augustinum Radrizzani, Societatis S. Francisci Salesii sodalem.

die 15 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Rivoriensi R. D. Lazarum Pérez Jiménez, e clero archidioecesis Yucatanensis.

die Ti Maii. — Cathedrali Ecclesiae Dertosensi Exc.mum P. D. Aloisium Martínez Sistach, hactenus Episcopum titularem Insulae Viridis et Auxiliarem Archiepiscopi Barcinonensis.

die 18 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Chachapoyasensi R. D. Angelum Franciscum Simón Piorno, hactenus parochum et Curiae cancellarium in Vicariatu Apostolico Giennensi in Peruvia.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit :

die lJf Maii 1991. — Ordinarium Militarem Americae Septemtrionalis, Exc.mum P. D. Iosephum Thomam Dimino, Episcopum titularem Carinensem, hactenus Auxiliarem Ordinarii Militaris praedictae Nationis, quem dignitate archiepiscopali ornavit.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 18 Maggio 1991, S. E. il Signor OSCAR S. VILLADOLID, Ambasciatore delle Filippine presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 16 Maggio 1991, S. E. il Signor HOSNI MUBARAK, Presidente della Repubblica Araba d'Egitto.

Venerdì, 24 Maggio 1991, S. E. il Signor GÉZA JESZENSZKY, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Ungheria.

Martedì, 14 Maggio 1991, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

8 maggio 1991. Mons. Abraham Kattumana, 'Arcivescovo tit. el. di Oebarades, *Pro-Nunzio Apostolico in Chana, Benin e Togo.*

31 » » Mons. Felix del Blanco Prieto, Arcivescovo tit. el. di Vannida, *Pro-Nunzio Apostolico in Sao Tomé e Principe e Delegato Apostolico in Angola.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

3 maggio » I Signori: Arch. Sandro Benedetti, Prof. Claudio Bianchi, Dott. Raffaele Foglia, *Consultori della Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

» » » I Signori: Dott. Giuseppe Camadini, Lord Thomas Camoys, Dott. Orazio Casadei, Antoine Edouard Marie Chappuis, Leandro Ferrari, Edward L.

			Hennessy, Dott. Mario Orazi, Dott. Luigi Roth, William A. Schreyer, *Consultori delia Sezione Straordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*
21	maggio	1991.	Il Signor Hans-Peter Roethlin, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

Protonotari Apostolici soprannumerari.

10	marzo	1990.	Mons. Eteocle Trocchi (Velletri-Segni).
21	settembre	»	Mons. Agustín Casanova (Lomas de Zamora).
25	ottobre	»	Mons. Antonio Bruno (Napoli).
13	novembre		Mons. José Enrique Mejía Razura (Tepic).
15	»		Mons. Paul Katticherry (Cochin).
16	»		Mons. Andrej Patka (Nitra).
30	»		Mons. Luis Carlos Angel Ortiz (Medellín).
»	»		Mons. Luis Alfonso Londoño Bernal (Medellín),
»	»		Mons. Darío Munera Vélez (Medellín).
»	»		Mons. Horacio Salazar Duque (Medellín).
»	»		Mons. Armando Santamaría Ortiz (Medellín).

Prelati d'onore di Sua Santità:

14	giugno	1986.	Mons. Patient Kanyamachumbi Mudachagora (Goma).
30	dicembre	»	Mons. Peter Smith (Southwark).
16	gennaio	1987.	Mons. Joaquim Luis Cupertino (Faro).
2	giugno	»	Mons. John Hine (Southwark).
29	marzo	1988.	Mons. Nicholas Rothon (Southwark).
11	novembre	1989.	Mons. Renato Giovanardi (Modena-Nonantola).
23	gennaio	1990.	Mons. Jorge Arturo Mejía Flores (Tepic).
8	aprile	»	Mons. Seamus Conway (Dublin).
»	»	»	Mons. John M. Nolan (Dublin).
»	»	»	Mons. Michael Rogers (Dublin).
»	»	»	Mons. Conor Ward (Dublin).
30	»	»	Mons. Max-Eugen Kemper (Paderborn).
19	maggio	»	Mons. Osmundo G. Aguilar (San Fernando).
23	»	»	Mons. Bienvenido Bustos (Tarlac).
»	»	»	Mons. Diosdato Guese (Tarlac).
»	»	»	Mons. Lucio Ortiz (Tarlac).
»	»	»	Mons. Monico Pineda (Tarlac).
10	luglio	»	Mons. Andrés Morales Huicochea (Tlalnepantla).
14	»	»	Mons. Jesús Antonio Gallo Gómez (Sonsón-Rionegro).
»	»	»	Mons. Francisco Enrique Hernández Giraldo (Sonsón Rionegro).
»	»	»	Mons. Carlos Emilio Serna Cañas (Sonsón-Rionegro).
8	ottobre	»	Mons. Heinrich Lehrmann (Paderborn).
1	novembre	1990.	Mons. Rudolph Johnson Oyinte Apietu (Keta-Ho).
»	»	»	Mons. Philip Bonto (Keta-Ho).
»	»		Mons. Joachim Bouman Kwamina Eleeza (Keta-Ho).
2	»	»	Mons. Antonino Calanna (Catania).
»	»	»	Mons. Francesco Guarrera (Catania).

10	novembre	1990.	Mons. Arthur Bradley (Dromore).
»	»	»	Mons. Loughlin McAleavey (Dromore).
13	»	»	Mons. Giovanni Pignata (Torino).
15	»	»	Mons. Jacob Mavumkal (Cochin).
16	»	»	Mons. Rudolf Bosnák (Nitra).
»	»	»	Mons. Theophil Kapusta (Nitra).
»	»	»	Mons. Jozef Poléin (Nitra).
»	»	»	Mons. Jozef Vrablec (Nitra).
30	»	»	Mons. Macario Botero Jaramillo (Medellín).
»	»	»	Mons. Gustavo Calle Giraldo (Medellín).
»	»	»	Mons. Jesús Giraldo Ramírez (Medellín).
»	»	»	Mons. Héctor Fabio Henao Gaviria (Medellín).
»	»	»	Mons. Julio Jaramillo Martínez (Medellín).
»	»	»	Mons. José Emilio Lema Escobar (Medellín).
»	»	»	Mons. Carlos Luque Aguilera (Medellín).
»	»	»	Mons. Ismael Mejía Benjumea (Medellín).
»	»	»	Mons. Augusto de Jesús Molina Jaramillo (Medellín)
»	»	»	Mons. Iván Moreno Agudelo (Medellín).
»	»	»	Mons. Jorge Moreno Palacio (Medellín).
»	»	»	Mons. Luis Fernando Pérez Peláez (Medellín).
»	»	»	Mons. Gonzalo Rivera Gómez (Medellín).
»	»	»	Mons. Nahum Ruiz Palacio (Medellín).
»	»	»	Mons. Nelson Sierra Pérez (Medellín).
»	»	»	Mons. Javier Tobón López (Medellín).
»	»	»	Mons. Carlos Hernán "Vélez Saldarriaga (Medellín).
»	»	»	Mons. Eugenio Villegas Giraldo (Medellín).
»	»	»	Mons. Miguel Angel Villegas Ramírez (Medellín).
15	dicembre	»	Mons. Joaquim Antonio Mabuiangue (Maputo).
21	»	»	Mons. Ricardo Antonio Ferrara (Buenos Aires).
»	»	»	Mons. Héctor Delfor Mandrioni (Buenos Aires).
»	»	»	Mons. Isidoro Argentino Piedrabuena (Buenos Aires).
»	»	»	Mons. Luis Heriberto Rivas (Buenos Aires).
»	»	»	Mons. Joaquín Sol (Buenos Aires).
»	»	»	Mons. Alfredo Bernardo Trusso (Buenos Aires).
26	»	»	Mons. Jacques Braux (Lyon).
»	»	»	Mons. Guy Terrancle (Nice).
6	gennaio	1991.	Mons. Joseph Kaniamattam (Mananthavady).
12	»	»	Mons. Henri Fontaine (Blois).
»	»	»	Mons. Pierre Sandrin (Blois).
28	»	»	Mons. Artemio Baluma (Ozamis).
5	febbraio	»	Mons. Nicola Gambino (Avellino).
»	»	»	Mons. Ferdinando Renzulli (Avellino).
»		»	Mons. Erich Pepfík (Olomouc).
»	»	»	Mons. Josef Vesely (Olomouc).
21	»	»	Mons. Eliseo Segalini (Piacenza-Bobbio).
16	marzo	»	Mons. Agostino Panattoni (Tivoli).

Cappellani di Sua Santità:

25	novembre	1983.	Il sac. Patrick Olivier (Arundel and Brighton).
4	»	1985.	Il sac. Jesús Rodríguez Otero (Tui-Vigo).
18	febbraio	1986.	Il sac. Patrick Wymes (Arundel and Brighton).
15	gennaio	1987.	Il sac. Antonio Dalcovolo (Belluno-Feltre).
7	aprile	1989.	Il sac. Bento Fernando Dias de Miranda (Viia Real)
24	gennaio	1990.	Il sac. Marian Rola (Warszawa).
10	febbraio	»	Il sac. Elia Volpi (Piacenza-Bobbio).
»	»		Il sac. Amaro Cavalcanti de Albuquerque Filho (Sâo Se bastiäo do Rio de Janeiro).
»	»	»	Il sac. Lucas Rabelo Malaquias (Säo Sebastiâo do Rie de Janeiro).
11	aprile	»	Il sac. Erich Echmid (Rottenburg-Stuttgart).
31	maggio	»	Il sac. Arnaldo Pinto Cardoso (Lamego).
18	giugno	»	U sac. Francesco Saverio Manco (Andria).
10	luglio	»	Il sac. Roberto González Orendain (Hermosillo).
6	agosto	»	Il sac. Mario Vásquez Domínguez (Barcelona, Venezuela)
25	settembre	»	Il sac. Claudio Gugerotti (Verona).
29	»	»	Il sac. Herbert Gropper (Rottenburg-Stuttgart).
»		»	.11 sac. Peter Schmid (Rottenburg-Stuttgart).
»	»	»	Il sac. Helmut Waibel (Rottenburg-Stuttgart).
8	ottobre	»	Il sac. Adam Karl Cisek (Paderborn).
15	novembre	»	Il sac. Mathew Athipozhy (Cochin).
»	»	»	Il sac. Joseph Kalapurakal (Cochin).
»	»	»	Il sac. George Malat (Cochin).
»	»	»	Il sac. Joseph Puthenparambil (Cochin).
»	»	»	Il sac. Mathew Valiaparambil (Cochin).
»	»	»	Il sac. Francis Majenjeke (Moroto).
16	»		Il sac. Justin Benuáka (Nitra).
»	»		Il sac. Jan Michaliéka (Nitra).
»	»	»	Il sac. Michal Sinsk^ (Nitra).
22	»	»	Il sac. Rinaldo Donghi (Bergamo).
27	»	»	Il sac. Filippo Cornali (Grosseto).
»	»	»	Il sac. Roberto Nelli (Grosseto).
»	»	»	Il sac. Tarcisio Leonardo Rossi (Grosseto).
28	»	»	Il sac. Narciso Ponferrada (Manila).
»	»		Il sac. David Palomo Solis (San Luis Potosí).
»	»	»	Il sac. José Jesús Urizar García (San Luis Potosí).
29	»	»	Il sac. Carlos Alberto Viña (Barcelona, Venezuela).
»	»	»	Il sac. Ugo Ughi (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
30	»	»	Il sac. Francesco Alfieri (Sessa Aurunca).
»	»	»	Il sac. Cosma Capomaccio (Sessa Aurunca).
19	dicembre	»	Il sac. Vincenzo Fiore (Bari-Bitonto).
»	»	»	Il sac. Silvestro Ranieri (Bari-Bitonto).
26			Il sac. Juan Severino y Germán (Baní).

26 gennaio 1991. Il sac. Léon Badikebele Kalenga (Luebo).
29 » » Il sac. Francesco Lasca (Ancona-Osimo).
» » » Il sac. Candido Petra ccini (Ancona-Osimo).
» » » Il sac. Cesare Recanatini (Ancona-Osimo).
» » » Il sac- Antonio Fiurmani (Ascoli Piceno).
» » Il sac. Baldassarre Riccitelli (Ascoli Piceno).
» » Il sac. Loris Susanetto (Belluno-Feltre).
» » Il sac. Ugo Borlenghi (Boma).
» » » Il sac. Edward Howlett (Witbank).
o febbraio » Il sac. Pietro Palena (Casale Monferrato).
21 Il sac. Jozef Valko (Banska Bystrica).
» » Il sac. Arrigo Arrigoni (Bergamo).
» » Il sac. Basilio Bellotti (Bergamo).
» » » Il sac. Mario Giavazzi (Bergamo).
» » Il sac. Gian Maria Pizzigalli (Bergamo).
» » » Il sac. Gian Luca Rota (Bergamo).
» Il sac. Tarcisio Tironi (Bergamo).
22 » » Il sac. Stanislaw Irek (Wroclaw).
» » Il sac. Norbert Jonek (Wroclaw).
» » Il sac. Henryk Kowalski (Wroclaw).
24 » » Il sac. Franco Molinari (Piacenza-Bobbio).
» Il sac. Antonio Tagliaferri (Piacenza-Bobbio)
Il sac. Marco Villa (Piacenza-Bobbio).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

Il Collare dell'Ordine Piano:

5 febbraio 1991. A S. E. il sig. Lech Walçsa, Presidente della Repubblica Polacca.

La Cran Croce dell'Ordine Piano:

5 febbraio 1991. A S. E. il sig. Krzysztof Skubiszewski ***(Polonia).***
27 » » Al sig. Marcello Sacchetti (Roma).
14 marzo » A S. E. il sig. Paul Verbeek ***(Germania).***

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

10 dicembre 1990. Al sig. Francesco Andrisani (Taranto).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

10 novembre 1990. Al sig. James F. Creagan ***(Stati Uniti d'America).***
28 » » Al sig. Alwi Anas ***(Indonesia).***

1 febbraio 1991. Al sig. Manuel Urueta Avola *(Colombia).*
16 » » Al sig. Mcola Antamoro (Roma).

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

4 maggio 1990. Al sig. Abelardo Pachano Bertero (Quito).
30 agosto » Al sig. Paul Hoffacker (Essen).
25 settembre Al sig. Etienne Mertens (Mechelen-Brussel).
10 novembre » Al sig. Nelson Antonio Tabajara de Oliveira *(Brasile).*
15 » Al sig. Pasquale Cuomo (Roma).
» » » Al sig. Gianmauro Pelliccia (Roma).
17 » » Al sig. Joseph Minoru Takashima *(Giappone).*
30 » » Al sig. Iskandar Guerghes Ghattas (Alessandria dei Copti).
15 dicembre » Al sig. Emilio Magi Braschi (Milano).
19 » » Al sig. Ugo De Robertis (Bari-Bitonto).
22 gennaio 1991. Al sig. Josserand de Saint-Priest d'Urgel (Avignon).
29 » » Al sig. Siro Fiorucci (Milano).
1 febbraio » Al sig. Leonel Searle Couve *(Cile).*
12 » » Al sig. Ernesto Zambonelli (Bergamo).
19 » Al sig. Giusto Giusti *(Italia).*
7 marzo » 'AI sig. Alberto Cerise (Aosta).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

19 giugno 1990. Al sig. Bruno Scosceria (Roma).
» » » Al sig. Tommaso Caiazza (Roma).
25 settembre Al sig. Petrus M. J. Rompa (Breda).
» » » Al sig. Petrus V. Hendrickx (Rotterdam).
» » Al sig. Hermannus M. J. Hepmann (Rotterdam).
» » » Al sig. Antonius H. M. Jürgens ('s-Hertogenbosch).
13 ottobre » Al sig. Josef Heinzelmann (Rottenburg-Stuttgart).
15 novembre » Al sig. Pietro Mezzaroma (Roma).
10 dicembre » Al sig. Hildebrando Landázuri Fuentes (Lima).
27 » Al sig. Charles Groult (Paris).
12 gennaio 1991. Al sig. Etienne Arquillère (Lyon).
» » » Al sig. Louis Burger (Strasbourg).
29 » » Al sig. Umberto Lorenzetti (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
» » » Al sig. Angelo Consonni (Milano).
» » » Al sig. Paolo La Forgia (Milano).
» » » Al sig. Pietro Nicora (Milano).
21 febbraio 1991. Al sig. Mario Capaldo (Avellino).
» » » Al sig. Giovanni Sica (Avellino).
22 » » Al sig. Giuseppe Biondi (Parma).
7 marzo » Al sig. Lorenzo Besanzini (Aosta).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

13 ottobre 1990. Al sig. Giovanni Napolitano *(Italia).*
22 gennaio 1991. Al sig. Nicola A veta *(Italia).*

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

22 luglio 1990. Al sig. Claudio Mazzoni (Roma).
» » » Al sig. Pietro Loria (Roma).
3 agosto » Al sig. Jan H. B. Maria Beks (Rotterdam).
14 » » Al sig. Johannes A. M. Mullink (Rotterdam).
13 novembre » Al sig. Berthold Naarmann (Paderborn).
15 » » Al sig. Elio Manieri Elia (Nardo-Gallipoli).
» » » Al sig. Domenico Agasso (Torino).
27 » » Al sig. Enzo Pisaneschi (Grosseto).
12 dicembre » Al sig. Domenico Sciarpelletti (Roma).
12 gennaio 1991. Al sig. Carlo Esposito (Salerno-Campagna-Acerno).
29 » » Al sig. Francesco Panni (Roma).
21 febbraio » Al sig. Gian Carlo Pesenti (Bergamo).
26 » » Al sig. Antonio Gonizzi (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa.

23 giugno 1988. A sig. Sliwa Yousif Seman (Babilonia dei Caldei).
26 novembre 1989. A sig. Raffaele De Innocentiis (Lanciano-Ortona).
21 luglio 1990. A sig. Arnold Schmidt (Osnabrück).
26 agosto » A' sig. Adrianus Johannes Baptista W. Schellekens ('s-Hertogenbosch).
30 » » A: sig. Georg Dechamps (Aachen).
2 novembre » A sig. Henricus P. G. van Eupen ('s-Hertogenbosch).
15 » » A sig. Drago Petaros (Trieste).
27 » » A sig. Luigi Piccionetti (Grosseto).
2 febbraio 1991. A sig. Lino Rossi (Roma).
21 » » A sig. Giuseppe Di Cuonzo (Trani-Barletta-Bisceglie).
26 » » A Guido Ferraro (Roma).
» » » A Alberto Franci (Roma).
» » » A sig. Stefano Franci (Roma).
» » » A sig. Francesco Pasquino (Roma).
» » » A sig. Gianfranco Stefanucci (Roma).
27 » » A: sig. Francesco Barbati (Roma).
» » » A sig. Alessandro Moneta (Roma).
» » » A: sig. Luigi Paolo Turchi (Roma).
5 marzo » A sig. Vittorio Maccalli (Crema).
7 » » A: sig. Leone Bellini (Orvieto-Todi).
15 » » A sig. Amerigo Fabbri (Civita Castellana).

NECROLOGIO

30	aprile	1991.	Mons. Thaddeus Schubsda, Vescovo di Monterrey *(Stati Uniti d'America).*
»	»	»	Mons. Michel Canonne, Vescovo em. di Tuléar *(Madagascar).*
1	maggio	»	Mons. Crispulo Benitez Fontuvel, Arcivescovo em. di Barquisimeto *(Venezuela).*
»	»	»	Mons. José Lázaro Neves, Vescovo em. di Assis *(Brasile).*
7	»	»	Mons. Theodorus van den Tillaart, Vescovo em. di Atambua *(Indonesia).*
11	»	»	Mons. Antoon Konings, Vescovo em. di Keta-Ho *(Gana).*
15	»	»	Mons. Carlos José Santi, Vescovo di Matagalpa *(Nicaragua)*.
»	»	»	Mons. André Lefebvre, Vescovo eni. di Kikwit *(Zaire).*
16	»	»	Mons. Philip Ekka, Vescovo em. di Raipur *(India).*
18	»	»	Mons. Nicholas Elko, Arcivescovo tit. di Darà.

Recens nuntiatum est Antoninum Fishta, episcopum tit. Amyzonensem anno 1979, et Ernestum Çoba, episcopum tit. Midaënsem die 12 m. Ianuarii a. 1980, de vita decessisse.

CORRIGENDA

In vol. LXXXII (1990) Commentarii Acta Apostolicae Sedis pag. 1635, linea 10 : loco *1991* legatur *1993*.

An. et vol. LXXXHI 10 Iuffi 1991 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatam Rosam Philippinam Duchesne Sanctam esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

((Instituta religiosa, vitae contemplativae et activae, maximam hucusque partem in mundi evangelizatione habuerunt et habent » *(Ad gentes,* n. 40). His verbis Concilium non solum revocat se ad sacerdotes et fratres missionarios qui, saeculorum decursu in bonum nuntium diffundendum incubuerunt, verum etiam ad innumeras religiosarum multitudines quae, saepe secreto et magno cum abnegationis spiritu, totam suam Christo donationem amoris exercuerunt per indefatigabile missionale servitium.

In eiusmodi sanctarum religiosarum numero, quae fulgidum nobis reliquerunt vitae et spiritus missionalis exemplum, iure habenda est Rosa Philippina Duchesne.

Gratianopoli in Gallia orta die xxix mensis Augusti anno **MDCCLXIX,** a monialibus Visitationis monasterii vocati « S.te Marie d'en Haut)) educata, harum vita contemplativa se allici animadvertit, et apud easdem duodeviginti annos nata novitiatum inchoavit.

Gallica orta rerum mutatione, communitas dispersa est eamque ob rem Philippinae fuit domum redeundum. Illa in condicione tempus consumpsit in multorum levandis doloribus, in visendis captivis civilibus et in aegrotis subveniendo, pauperibus, pueris. Post factam

anno MDCCCI pactionem, Philippina nisa est monasterio de S.te Marie d'en Haut vitam restituere, ubi aliquas excepit alumnas internas.

Anno MDCCCiv, cum audivisset aliam esse Congregationem, videlicet Societatem a Sacro Corde, Philippina Duchesne statuit se ipsam offerre et monasterium huius religiosi Instituti conditrici, Magdalenae Sophiae Barat. Eodem anno Mater Barat ad S.te Marie d'en Haut se contulit et Philippinam eiusque sodales novitias accepit in Societate.

Professione religiosa facta, acrior in ea evasit vocatio ad missiones, quam a pueritia aluerat, sed duodecim annis fuit ei exspectandum, ante quam suum assequeretur propositum; namque nonnisi anno MDCCCXViii est in Ludovicianam Regionem missa, ut rogatui responderet Episcopi, novam educatricum Congregationem quaerentis, quae ipsum adiuvaret ad Evangelium nuntiandum Indis et iuvenibus Gallicis in eius dioecesi degentibus. Sancti Caroli, apud Sanctum Ludovicum (in Missuria) Philippina primam constituit Societatis communitatem extra Continentem Europaeam. In humili ligneo gurgustio omnes tulit austeritates verorum antesignanorum proprias ; et tamen, cum quattuor suis sociis, plures aperuit scholas iuventuti educandae. Duorum et septuaginta annorum optatum, quod diu coluerat, ad effectum adduxit, Iaborandi scilicet pro Indis; sed anno MDCCCXXXXII valetudinis causa impulsa est ad revertendum Sanctum Carolum. Mulier magnae fidei et ardentis caritatis omnibus viribus operata est ut Evangelium diffunderet, forti animo et interiore pace multa oppetens incommoda. Coniunctione cum Deo et continua deprecatione confirmata, sine intermissione progressa est in imitatione Christi et ad magnam pervenit perfectionem. Sancti Caroli obiit (in Missuria) die duodevicesimo mensis Novembris anno MDCCCLII.

Sanctitatis fama, quam sibi viva pepererat, post mortem crevit; quam ob rem inita est canonizationis Causa. Processibus canonicis celebratis, iure praescriptis, et exitu cum prospero ex more virtutibus inspectis deindeque duabus sanationibus miris, precibus Servae Dei tributis, Decessor Noster Pius XII, die duodecimo mensis Maii anno MCMXXXX sollemnem peregit Beatificationem.

Causa resumpta, apud curiam Sancti Francisci in California et Tokiensem annis MCMLX-MCMLXI actus est Processus canonicus de asserta mira sanatione. Post hanc a medicis et a theologis disputatam, coram Nobis editum est Decretum super miro die vicesimo tertio mensis Octobris anno MCMLXXXVII.

Fratribus Cardinalibus et Episcopis suffragantibus, in Consistorio collectis die secundo mensis Maii habito anno **MCMLXXXVIII**, decrevimus ut canonizationis ritus die tertio mensis Iulii eiusdem anni celebraretur.


Hodie igitur, inter Missarum sollemnia, hanc sumus formulam elocuti : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Simonem de Rojas et Rosam Philippinam Duchesne Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

His prolatis verbis praecepimus ut hae conficerentur expedirenturque Decretales Litterae. Gratiis inde Deo actis cum praesentibus et sermone habito de novensilibus Sanctis deque eorum eximiis virtutibus et operibus, caeleste eorum patrocinium primi invocavimus et augustiore ritu divinum sacrificium ad eorundem honorem facere perreximus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Mariali **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Eugenius Sevi, *Protonot. Apost.*



Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 277.163/782.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MINSCENSIS-MOHILOVIENSIS LATINORUM

Minscensis-Mohiloviensis Latinorum conditur archidioecesis

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quadam praeteritorum temporum veluti caligine exsurgere communitates illas fidelium videmus, qui in Rerumpubliearum Foederativarum Socialistarum Sovieticarum Unione commorantur. Nos autem hac de re summa affecti laetitia, ecclesiastica instituta felicioribus condicionibus commodare properamus. Itaque quandoquidem Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus idemque apud Unionem quam supra diximus Apostolicae Sedis legatus, poposcit ut prisca Sedes Mohiloviensis episcopali Ecclesiae quae est in urbe Minscensi iungeretur atque Archidioecesis metropolitana Minscensis-Mohiloviensis Latinorum conderetur, faventibus Venerabilibus Fratribus Angelo Sodano, Archiepiscopo titulo Novacaesariensi eodemque Prosecretario Status atque Ioanne Ludovico Tauran, Archiepiscopo titulo Theleptensi et ipso Pontificiae Commissionis pro Russia Praeside, haec quae sequuntur statuimus et iubemus. Regiones civiles seu « Oblasti », ut ibidem incolae aiunt, Minsk, Mohilev et Vitebsk Archidioecesim constituent Metropolitanam, *Minscensem-Mohiloviensem Latinorum* appellandam, iisdem terminatam finibus quibus ad hoc usque tempus iidem « Oblasti » circumscribuntur, atque ipsius sedes in urbe quam inibi incolae Minsk appellant locatur. Ad ea demum perficienda quae has per Litteras iussimus, Venerabilem Fratrem Franciscum Colasuonno, Archiepiscopum titulo Trnentinum, legamus, vel quem ipse delegaverit, modo sit in ecclesiastica dignitate constitutus. Re autem peracta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla

ad Pontificiam Commissionem pro Russia nrimo quoque tempore mittantur, nullis quibuslibet rebus obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

f& **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

© **IOANNES LUDOVICUS TAURAN**
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.818.

II

GRODNENSIS LATINORUM

Grodnensis conditur Latinorum dioecesis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui operam damus, ut in Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis restauretur Ecclesia Catholica, hisce utentes Litteris Apostolicis nunc libenter spiritali consulimus utilitati Catholicorum ritus latini Communitatum in regione commorantium Grodnensi, quae ipsa in Republica Bielorussica locata pars est Foederatarum quas diximus Civitatum. Hac de causa precibus annuendum censemus Nobis adhibitis, quibus Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus, idemque Sanctae Sedis partes apud Sovieticas illas Civitates gerens, poposcit ut dioecesis in regione Grodnensi conderetur. Audito praeterea consentaneo rei voto tum Venerabilis Fratris Angeli Sodano, Archiepiscopi titulo Novacaesariensis, Prosecretarii Status, tum Venerabilis Fratris Ioannis Ludovici Tauran, Archiepiscopi titulo Theleptensis atque Praesidis Pontificiae Commissionis pro Russia, vi et potestate Nostra Apostolica haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Cunctis simul sumptis locis, quibus civilis Grodnensis constat regio seu « Oblast », dioecesim condimus Grodnensem Latinorum appellandam eandemque finibus definitam in

praesens eiusdem « Oblast » propriis, quae dioecesis erit archidioecesi Minscensi-Mohiloviensi suffraganea sedemque episcopalem habebit in urbe vulgo Grodno. Quae hic iubentes statuimus exequatur memoratus Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, quem ad id deputamus, necessariis et opportunis factis facultatibus, ipsaque facultate idem eiusmodi officium delegandi alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, iniuncto onere mittendi autenticum litterarum exemplum de re peracta ad Pontificiam ipsam Commissionem pro Russia. Has denique Apostolicas Litteras Nostras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo tertio mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS SODANO, *archiep.*
Prosecretarius Status

SR IOANNES LUDOVICUS TAURAN
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.880.

III

PINSKENSIS

Territorium aptius definitur simulque dioecesis Pinskensis suffraganea archidioecesis Minscensis-Mohiloviensis declaratur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quia ob rerum eversionem alterum bellum pancosmicum subsequentem etiam fines territoriales dioecesis Pinskensis mutationem quandam passi sunt, et quae antea constituta erat sub dicione Poloniae, nunc fere integra est posita intra politica confinia Reipublicae Bielorussicae in Sovietica Unione, opportunum duximus aptius territorium dioecesis Pinskensis Latinorum definire, ratione habita etiam novae finium

mutationis. Qua de causa Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus, in Foederatis Civitatibus Socialisticis Sovieticis Apostolicae Sedis Legatus, quo melius spiritualibus necessitatibus communitatum dioecesis Pinskensis aliarumque ritus Latini exstantium in parte meridiana Bielorussiae caveretur, petivit ab Apostolica Sede ut dioecesis Pinskensis Latinorum fines comprehenderent etiam duas regiones, quibus vulgo nomen Brest et GomeP, atque ut suffraganea fieret Archidioecesis Minscensis-Mohiloviensis noviter creatae. Nos autem, rebus attente perspectis, audito favorabili voto Venerabilis Fratris Angeli Sodano Archiepiscopi titulo Novacaesariensis, Prosecretarii Status, necnon Venerabilis Fratris Ioannis Ludovici Tauran, Archiepiscopi titulo Theleptensis, Commissionis pro Russia Praesidis, postulationi concedendum esse censuimus. Quapropter, Nostra utentes Apostolica potestate et auctoritate, his Litteris, fines dioecesis *Pinskensis* Latinorum ita immutamus, ut iidem cum limitibus civilium regionum seu « Oblasti » Brest et Oomel' conveniant, sede tamen manente in urbe vulgo Pinsk. Ad haec perficienda Venerabilem Fratrem legamus Franciscum Colasuonno, omnibus eidem factis necessariis et opportunis facultatibus etiam alium sacerdotem delegandi ad effectum de quo agitur, onere imposito remittendi ad Pontificiam Commissionem pro Russia actus peractae exsecutionis sincerum exemplar.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

££ **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

£g **IOANNES LUDO VICUS TAURAN**
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco & Plumbi
In Secret. Status tab. n. 281.882.

IV
NOVOSIBIRSKENSIS LATINORUM

In Foederatis Civitatibus Sovieticis Administratio Apostolica Novosibirskensis Latinorum conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iam pridem Decessor Noster Pius PP. XI, ven. mem., ut apte provideretur curae pastorali fidelium Latini ritus degentium in Mohiloviensi archidioecesi, cuius iurisdictio a Bielorussia usque ad Siberiani extendebatur, Motu Proprio « Plenitudine potestatis » atque Decreto ((Quo aptius » diei x Martii **MCMXXVI**, nominavit in territorio memoratae Archidioecesis quinque Apostolicos Administratores : Mollilo viae, Leninopoli, Moscuae, Kharkoviae et Kazaniae-Samarae-Sinibirski. Nunc, septuaginta post plus annos libertate religiosa restituta in Foederatis Civitatibus Sovieticis atque hierarchia Latini ritus in Bielorussia nova ratione ordinata, Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus atque apud easdem Foederatas Civitates Apostolicae Sedis Legatus, ad inchoandam ordinationem canonicam catholicarum communitatum Latini ritus in Siberia, ab hac Apostolica Sede petivit ut in illo territorio conderetur Administratio Apostolica Novosibirskensis, cuius iurisdictio pro nunc proferatur etiam ad territorium Vladivostokensis Dioecesis. Nos vero, faventibus eidem rei Venerabili Fratre Angelo Sodano, Archiepiscopo titulo Novacaesariensi ac Prosecretario Status atque Venerabili Fratre Ioanni Ludovico Tauran, Archiepiscopo titulo Theleptensi et Pontificiae Commissionis pro Russia Praeside, quo melius pastorali curae catholicarum communitatum ritus Latini, quas diximus, prospiciatur, oblatis precibus benigne libenterque annuendum esse putamus. Summa igitur Nostra usi potestate harumque Litterarum virtute quae sequuntur decernimus : Territorium regionis Siberiae, quod olim ad Mohiloviensem Archidioecesim pertinebat, in Administrationem Apostolicam erigimus Novosibirskensem Latinorum appellandam, cuius sedem in urbe « Novosibirsk » ponimus, cuiusque iurisdictio, attamen, iisdem circumscribetur finibus, quibus in praesens eadem Siberia terminatur. Insuper Praelato Ordinario novae erectae Administrationis

Apostolicae omnia tribuimus iura, facultates et officia, quae Episcopis residentialibus, congrua congruis referendo, ad normam Iuris Communis, competunt. Haec, quae praescripsimus, perficienda committimus Venerabili Fratri Francisco Colasuonno, quem diximus, tribuentes eidem necessarias opportunasque facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Pontificiam Commissionem pro Russia authenticum exemplar actus effectae exsecutionis remittendi. Has denique Litteras Nostras firmas esse foreque volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

£B **IOANNES LUDOVICUS TAURAN**
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tao., n. 281.884.

V

MOSCOVIENSIS LATINORUM

Administratio Apostolica Moscoviensis Latinorum constituitur

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pro vidi quae Decessores Nostri feliciter suo tempore consilia de Catholica Ecclesia latissimis in Russiae finibus ceperint, permagno Dei ipsius beneficio licet iam Nobis multo etiam felicius explere perficereque cum, interiectis non nullis annis, sic rerum sit commutata condicio illic ut maiori iam ecclesialis communitatis fiori ac progressui f a veri videatur quin immo plenae inibi Ecclesiae renovationi. Etenim litteris suis motu proprio editis « Plenitudine potestatis » tum dein Decreto « Quo aptius » Romanus Pontifex Pius XI vene-

randae memoriae die decimo mensis Martii anno **MCMXXVI** quinque destinaverat Administratores Apostolicos in interminata paene archidioecesis Mohiloviensis regione, a Bielorussia scilicet ad Siberiani usque patente, plagis in illis quibus est hodie nomen : Mohilovia, Leninopolis, Moscua, Kharkovia et Kazania- Samara-Sinibir ski. Compositis itaque tandem Civitatis religionisque causis, suasit huic Apostolicae Sedi vehementius quidem Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus atque simul in Foederatis Civitatibus Sovieticis Sedis Apostolicae Legatus, ut iis omnino in finibus Administratio Apostolica Moscoviae legitime excitaretur, unde initium convenienter fieret canonicae efficiendae ordinationis singularum communitatum catholicarum ritus Latini in Europaea Reipublicae Foederativae Russae provincia. Sententiis ideo diligenter exceptis atque opinionibus auditis tum Venerabilis Fratris Angeli Sodano, Archiepiscopi titulo Novacaesariensis Prosecretarii Status, tum Venerabilis Fratris Ioannis Ludovici Tauran, Archiepiscopi titulo Theleptensis Pontificiae Commissionis pro Russia Praesidis, propositis illis ipsis perlibentes Nos adstipulamur precibusque admotis obsequendum esse arbitramur, quo certius in posterum tempus curationi pastorali catholicorum gregum ritus Latini superius memoratorum consulatur. De auctoritatis propterea Nostrae apostolicae plenitudine harumque Litterarum virtute censemus legitime omnia loca quae communiter dicta ((Russia Europaea » complectitur ab archidioecesi Mohiloviensi seiungi atque in Apostolicam Administrationem converti cui deinceps titulus sit *Moscoviensis Latinorum* cuiusque fines iidem pariter habeantur quibus in praesentia definitur « Russia Europaea ». Sedem autem illius Administrationis Apostolicae in urbe esse volumus *Mosca* vulgari sermone. Ordinario insuper Praelato novae huius Administrationis singula addimus iura et officia, facultates et obligationes quibus reliqui per orbem Episcopi residentiales pro re nata augentur tenenturve. Ad iussa vero haec Nostra quam absolutissima exsequenda constituimus memoratum Venerabilem Fratrem......Franciscum Colasuonno, tributis necessariis cunctis et opportunis agendi potestatibus etiam subdelegandi, ad effectum de quo hic agitur, quemvis virum dignitate in ecclesiastica constitutum, officio tamen iniuncto ad Pontificiam Commissionem pro Russia germanum perferendi exemplum actus ipsius completae exsecutionis. Quandoquidem tantopere laetamur fieri licuisse quae hisce Litteris denique tandem instituerimus, omni proinde animi Nostri cum firmitate atque pulcherrima cum

rerum venturarum exspectatione has iubemus Apostolicas Litteras tam in praesens quam in subsequens ratas esse tempus, contrariis quibuslibet rationibus haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

©. **IOANNES LUDOVICUS TAURAN**
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.88(5.

VI

KARAGÀNDENSIS LATINORUM

Administratio Apostolica Karagandensis Latinorum constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum propter populorum commigrationes, quae his septuaginta annis evenerunt in Foederatis Civitatibus Socialisticas Sovieticis, multi hodie sint in Republica Kazakistaniae catholici ritus Latini, horum spiritali curae est prospiciendum non longiore intermissa mora. Eam ob rem Venerabilis Frater Franciscus Colasuonno, Archiepiscopus titulo Truentinus, in Civitatibus Foederatis Socialisticis Sovieticis Apostolicae Sedis Legatus, petivit ut in supra commemorata Republica Kazakistaniae initium fieret canonicae dispositionis communitatum catholicarum ritus Latini per institutionem Administrationis Karagandensis, et Administratoris Apostolici dicio extenderetur, ad tempus, ad sparsas catholicas communitates, quae in finitimis sunt Rebuspublicis Tagikistaniae, Kirghizistaniae, Uzbekistaniae et Turkmenistaniae. Nos idcirco, attente huius Administrationis constitutione considerata, auditis probatisque Venerabilis Fratris Angeli Sodano, Archiepiscopi titularis Novacaesariensis, Prosecretarii Status, necnon Venerabilis Fra-

tris Ioannis Ludovici Tauran, Archiepiscopi titularis Theleptensis, Commissionis pro Russia Praesidis, eiusdemque Commissionis consiliis, huic postulationi concedendum esse censuimus. Quapropter, Nostrae usi Apostolicae potestatis et auctoritatis plenitudine, his Litteris territorium Reipublicae Kazakistaniae in Administrationem Apostolicam erigimus *Karagandensem* appellandam, iisdem circumscriptam finibus, quibus in praesens eadem Respublica terminatur, cuius sedem in urbe Karaganda collocamus. Praelato Ordinario noviter constitutae Administrationis Apostolicae omnia iura tribuimus et facultates ac officia imponimus, quae Episcoporum residentialium propria sunt, congrua congruis referendo, ad normam Iuris Communis, et, donec aliter provideatur, curam pastoralem omnium Christifidelium in Rebuspublicis Tagikistaniae, Kirghizistaniae, Uzbekistaniae et Turkmenistaniae habitantium committimus. Haec perficiendi munus delegamus Venerabili Fratri Francisco Colasuonno, eidem facultates dantes necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere iniuncto ad Pontificiam Commissionem pro Russia sincerum exemplar actus peractae exsecutionis mittendi.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ç& **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

£B **IOANNES LUDOVICUS TAURAN**
Pont. Comm. pro Russia Praeses

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco ij Plumbi
In Secret. Status tab. n. 281.888.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Michaeli Augustino Pro Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Dominus « in propria venit, et sui eum non receperunt » *(Io* 1, 11) ; sed ipse « in finem dilexit eos » *(Io* 13, 1) ; traditus est (cf. *Io* **8, 2),** capite damnatus (cf. *Io* 19, 7 s.) et cruci afiixus *(Io* 19, 17). Hoc modo amoris sacrificium consummavit, ut nos vitam haberemus (cf. *Io* 10, 10).

Ut vitam et sacrificium Domini continuarent « ad hoc maximum amoris testimonium reddendum coram hominibus, praesertim persecutoribus, aliqui christiani iam a primo tempore vocati sunt et semper vocabuntur» (**CONC. OEC. VAT**. II, *Lumen gentium* **42).** Venerabilis quoque Servus Dei Michael Augustinus Pro vocationis ad martyrium insigne indubitanter donum accepit, huic prompte respondit et vitam suam iunctus Christo devovit, ob Regni eius propagationem.

Ortus est Venerabilis Servus Dei in vico Guadalupa apud Zacatecas in Republica Mexicana, die xin mensis Ianuarii anno **MDCCCXCI.** Die x mensis Augusti anno **MCMXI** est Societatem Iesu ingressus et, novitiatu peracto, a Superioribus Zamoram Mexici est missus et deinde Guadalaxaram. Propter internam Reipublicae condicionem et simultatem contra religionem, quae cito in manifestam persecutionem est mutata, est ad Foederatas Civitates Americae Septentrionalis missus, et inde in Hispaniam ut studia philosophica exerceret. Tum ardore eminuit quo, cum vacabat, nomadibus catechizandis se dedidit. In Americam Centralem reversus, est in Nicaraguam translatus, ubi duobus mansit annis, praeceptoris cuiusdam ephebei munere fungens. Postea est rursus in Europam missus ut in theologiae studium incumberet, quodquidem partim in Hispania, partim in Belgica confecit. Sacerdos est ordinatus die xxx mensis Augusti anno **MCMXXV.**

Indole apertus et festivus, etiam in acerbioribus casibus, laetitiam serere est conatus inter fratres sodales, etsi ipse acriter patiebatur ob varias infirmitates, quas toleranter tulit per totam vitam. Denique, aestate anni **MCMXXVI**, eum Superiores in Mexicum revocaverunt. Dei Regni ardor et animarum amor eius indolem incendebant alacrem et generosam eumque impellebant ad appetenda — animo cum hilaro

et audacter, at numquam temerarie — pericula quae ei impendebant, utpote sacerdoti Auctoritatibus notissimo propter ministerii sui exercitium : celebrationes eucharisticae, confessiones, exercitationes spiritales, cura pauperum et aegrorum capita fuerunt eius navitatis apostolicae.

Occasione insidiarum contra Reipublicae Mexicanae designatum Praesidem patratarum, quamquam facinori alienus, fortuito est comprehensus. Iniuste accusatus nec vocatus in iudicium, est Praeside Calles capitis damnatus, qui, quamvis evidenter pateret P. Michaelis Pro innocentia, ex interrogatione intellecta, quam quidam fecerat ministrorum publicorum praefectus, praecepit : « Interficite eum ! ».

Eius occisione cogitabatur gravem Ecclesiae infligere plagam ; sed contra eius mors, tranquilla fortitudine accepta, christianis Mexicanis stimulo fuit eiusque exemplum incitamento ad fideliter perseverandum. Antequam imperaretur ut plumbeae glandes emitterentur in eius pectus, aliquot obtinuit meditationis et precationis momenta. Genibus nixus prompsit e funda vestis Rosarium et Crucifixi effigiem, quam osculatus aliquamdiu in deprecatione mansit. Postea surrexit; denuo Crucifixum est osculatus et bracchia extendit in crucis formam, dextera manu crucem tenens et sinistra Rosarium. Capitis nutu significavit se paratum esse ad accipiendam glandium mortiferam emissionem ; sed priusquam peteretur, elata voce exclamavit : « Vivat Christus Rex ! » ; et ita mortuus est, Christi martyr, die xxin mensis Novembris anno **MCMXXVII.**

Eius martyrii fama durante, inchoata est canonizationis Causa per Processus Ordinarii Informativi celebrationem, annis **MCMXXXV-MCMXLVII**, apud Curiam Mexicanam. Decreto promulgato introductionis Causae, die xi mensis Ianuarii anno **MCMLII**, celebratus est Processus Apostolicus, annis **MCMLII-MCMLIV**. Rebus actis normis praescriptis, coram Nobis, die x mensis Novembris anno **MCMLXXXVI**, proditum est Decretum quo agnovimus mortem P. Michaelis Augustini Pro Juárez verum habendam esse martyrium.

Statuimus dein ut Beatificationis ritus die xxv mensis Septembris anno **MCMLXXXVIII** celebraretur.

Hodie igitur, in foro ad Vaticanam Basilicam Sancti Petri spectante, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam : « Nos, vota Fratrum nostrorum Sergii Obeso Rivera, Archiepiscopi Jalapensis, Aloisii Bommarito, Archiepiscopi Catanensis, Anastasii Alberti Ballestrero, Archiepiscopi Taurinensis, Thaddaei Shubsda, Episcopi

Montereyensis in California, Laurentii Noël, Episcopi Trifluvianensis in Canada, Michaelis Rocha Cabanellas, Archiepiscopi Valentini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Michael Augustinus Pro, Iosephus Benedictus Dusmet, Franciscus Faà di Bruno, Iuniperus Michael Iosephus Serra Ferrer, Fridericus Janssoone Bollengier, Iosepha Naval Girbés, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Michaelis Augustini Pro die vicesima tertia Novembris, Iosephi Benedicti Dusmet die quarta Aprilis, Francisci Faà di Bruno die vicesima septima Martii, Iuniperi Michaelis Iosephi Serra Ferrer die vicesima octava Augusti, Friderici Janssoone Bollengier die quarta Augusti, Iosephae Naval Girbés die vicesima quarta Februarii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXV** mensis Septembris, anno **MCMLXXXVIII**, Pontificatus Nostri decimo.

£8 **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco & Sigilli
In Secret. Status tab., ». 27J,.660.

II

Venerabili Servo Dei Nicolao Stenonis Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Fecisti nos Domine ad te et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te » (S. Aug. *Confess.* I, 1, 1). Recte ad clarum id S. Augustini effatum descriptio itineris Servi Dei Nicolai Stensen (((Stenonis») revocari potest, qui, pro certo habens singula etiam minoris momenti inventa totidem progressiones esse ad assequendam perfectam veritatem ad Deumque, cui omnia subiciuntur, agnoscendum, vitam proinde ut sedulus peregrinator egit, intentus ad veritatem nunc scientia nunc Fide pervestigandam. Hac tandem veritate in Ecclesia Catholica inventa, et submissus ei adhaesit et in vestigiis Divini Magistri premendis se ita tractavit, ut exemplum hominibus fulgidum ediderit fidelitatis erga Evangelium et actuo-

8. En vuestro documento colectivo ((Directrices pastorales)) afirmáis que ((el compromiso de la Iglesia debe ser, como el de Cristo, un compromiso con los más necesitados ».[17] Ello exige por parte de todos un esfuerzo solidario para construir una sociedad verdaderamente cristiana que ponga el ideal de servicio por encima del de explotación y dominio. En la celebración eucaristica en Santa Cruz, durante mi inolvidable visita pastoral a vuestro amado País, me refería a la penosa « situación que afecta a tantas personas y familias bolivianas, y cuyos índices son la alta mortalidad infantil, la desnutrición, los bajos salarios, la elevada tasa de desempleo, la escasez de vivienda, las deficiencias en el campo de la sanidad y la educación, el contrabando, el narcotráfico y sus secuelas internas y externas, que tienden a generalizarse en diversas formas de corrupción ; tantos signos, en fin, de marginación, desigual distribución de la riqueza, desnivel cultural, discriminación de la mujer ».[18]

Estas circunstancias, que describíamos hace poco más de dos años, continúan siendo, por desgracia, retos que habéis de afrontar desde

[16] Cf. *Puebla,* 640-642.

[17] N. 1.1.5.

[18] *Homilia,* 13.V.1988, n. 3.

ei Evangelio* para que su aceión salvadora penetre y renueve todos los aspectos de la vida personal y social.

La fuerza del mal y del pecado puede vencerse con la fuerza del bien que emana del amor cristiano. La Iglesia, desde una actitud de pobreza y libertad ante los poderes de este mundo, ha de anunciar con valentía el mandato del amor fraterno, la necesidad de comunión y solidaridad entre los hombres, las indeclinables exigencias de la justicia, la esperanza luminosa en la vida eterna.

9. Un amplio sector de vuestro pueblo particularmente afectado por la pobreza y la falta de atención son los indígenas. Conozco bien vuestra preocupación pastoral por hacer vivo y presente el mensaje salvador de Jesús entre las comunidades indígenas y elevar su nivel de vida y los valores genuinos de sus culturas. Ellos representan ciertamente una gran riqueza para la Iglesia por la sencillez y la profundidad de su fe, su espíritu comunitario, su sentido de solidaridad. Es necesario, por ello, incrementar la dedicación y el empeño en fomentar vocaciones autóctonas al sacerdocio y a la vida religiosa, así como a aumentar el número de catequistas, delegados de la palabra y otros ministerios. La evangelización integral de estos grupos humanos y el proceso de inculturación serán siempre garantía de defensa y promoción de sus valores propios. Como os decía en nuestro encuentro en el Seminario de Cochabamba, « la genuina inculturación parte de la luz y de la fuerza del Evangelio que sobrepasa las manifestaciones de toda cultura, haciendo así posible el discernimiento de los auténticos valores, su purificación, transformación y elevación ».[19]

Este encuentro de hoy me brinda la oportunidad de manifestaros mi complacencia porque en no pocas ocasiones habéis hecho oír vuestra voz de Pastores en favor de los más pobres y desprotegidos, como son los indígenas, exhortando a la solidaridad y al respeto de los derechos de los individuos y de las etnias. Desde las enseñanzas que dimanan del Evangelio y de la doctrina social de la Iglesia habéis afrontado también la compleja cuestión de la tenencia de las tierras, pidiendo que los derechos sean respetados y que se garantice la propiedad a sus legítimos poseedores.

10. Durante los encuentros personales que hemos tenido estos últimos días, he podido apreciar una vez más la vitalidad de vuestras Igle-

[19] U.V. 1988, n. 4.

sias particulares, que tan cercanas siento a mi corazón de Pastor. Quiera Dios que el impulso y dinamismo apostólico que él Espíritu suscitó durante mi visita pastoral a Bolivia, y que vosotros habéis sabido traducir en eficaces programas pastorales, crezca y se desarrolle, produciendo abundantes frutos de vida cristiana, de amor, de esperanza.

Queridos Hermanos, esta visita « ad Limina)) es una muestra de vuestra profunda comunión con la Sede Apostólica. Que este encuentro confirme y consolide aún más vuestra mutua unión como Obispos y guías de la Iglesia en Bolivia; así vuestra actuación ganará en intensidad y eficacia, y redundará en bien de vuestras comunidades eclesiales.

Os doy, finalmente, un encargo particular : que llevéis a vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas, seminaristas, agentes de pastoral y a todos vuestros diocesanos el saludo y la bendición del Papa.

Os encomiendo a la protección maternal de Nuestra Señora de Copacabana, para que obtenga de su divino Hijo abundantes gracias para todos y cada uno de los amados hijos de la Iglesia en Bolivia.

VI

Ad eas quae generali capitulo Filiarum Mariae sub titulo « Auxilium Christianorum » interfuerunt coram admissas.*

1. Benvenute a questa Udienza, carissime Figlie di Maria Ausiliatrice, mentre si conclude il XIX Capitolo generale della vostra Congregazione.

Voi rappresentate un grande Istituto che opera nei cinque Continenti. Formato da un cospicuo numero di donne, esso si consacra al servizio della Chiesa, impegnandosi in quella nuova evangelizzazione, di cui il mondo attuale ha immenso bisogno.

In questi giorni avete voluto riflettere sull'aspetto qualificante della vostra missione all'interno della famiglia salesiana. Il tema dell'Assemblea Capitolare, « Educare le giovani : apporto delle Figlie di Maria Ausiliatrice per una nuova evangelizzazione nei contesti culturali » esprime la consapevolezza, che voi avete acquistato, circa l'importanza della presenza della donna nell'ora che viviamo. Esso manifesta insieme la vostra comune volontà di assumere coraggiosamente nella Chiesa e nella società il vostro ruolo di religiose consacrate

*** Die 9 m. Novembris a. 1990.**

all'educazione, secondo la specifica pedagogia della Società inaugurata da san Giovanni Bosco e da santa M. Domenica Mazzarello.

Nella storia della Famiglia Salesiana sono già stati molti i frutti di santità maturati tra gli educatori, le educatrici, e soprattutto fra i giovani e le giovani.

Ora tocca a voi, chiamate a continuare l'eredità del carisma salesiano, collaborare all'avvento di una nuova fioritura di santità giovanile in ogni parte del mondo.

La Chiesa attende questo da voi ! Questo sarà l'impegno deï vostro Istituto, proteso ad operare al servizio di una evangelizzazione che dovrà orientare a Cristo l'umanità del terzo Millennio.

2. Nel momento di transizione epocale, che stiamo vivendo, è in gioco anzitutto l'affermazione o la scomparsa della sensibilità dell'uomo per tutto ciò che è essenzialmente umano. Questo, ovviamente, richiede da parte vostra un notevole sforzo per far sì che le nuove generazioni siano consapevoli della loro vocazione e siano all'altezza del compito storico che le attende. Esse dovranno comprendere, altresì, qual è il « genio)) della donna, la sua dignità nel testimoniare quale sia il vero ordine dell'amore, che costituisce la sua vocazione nella Chiesa e nel mondo.[1]

3. Non vi sembri troppo alta la missione che si profila dinanzi a voi. Essa è certamente ardua, richiede generosa dedizione, profonda interiorità, ascolto della Parola di Dio, accoglienza dell'iniziativa divina, audacia di risposte coerenti. Il Padre vi ha consacrate a vivere con maggiore pienezza il vostro Battesimo; vi ha chiamate con il dono dello Spirito, a seguire Cristo casto, povero e obbediente, « per la gloria di Dio, in un servizio di evangelizzazione alle giovani, camminando con loro nella via della santità ».[2]

L'obiettivo del vostro santo Fondatore, « formare buoni cristiani e onesti cittadini », vi addita una meta chiara, un impegno che risponde alle grandi attese del momento presente.

In tal modo contribuirete a far risuonare, nei diversi contesti socio-culturali in cui vivono le vostre comunità, una voce femminile limpida e forte che esprima l'originario disegno di Dio sull'essere umano e affermi l'urgenza di assicurare la dimensione morale della cultura.[3] Nell'attuale società in rapida trasformazione, in cui lo sviluppo economico, scientifico e tecnologico produce spesso inquietanti segni di

[1] Cf. Lett. Ap. *Mulieris dignitatem,* 30.

[2] *Cost.* art. 5.

[3] Of. *Christifideles laici,* 51.

morte, la presenza sempre più generosa di giovani, da voi aiutate e impegnate nella vita civile con la loro specifica sensibilità, può rappresentare una svolta verso una cultura umanistica.

4. Per quanto riguarda poi l'ambito ecclesiale, continuate ad aiutare la gioventù affidata alle vostre cure a divenire capace di comprendere, nella luce della fede, ciò che veramente risponde alla loro dignità personale e alla loro vocazione ; aiutatela a riconoscere ciò che è bene da tutto ciò che, anche in nome della libertà e del progresso, potrebbe renderle responsabili di degrado morale, culturale e sociale. Operare un simile discernimento è per la donna cristiana un'urgenza indilazionabile in questo momento storico, è un segno di partecipazione all'ufficio profetico di Cristo e della sua Chiesa. Tale discernimento ((non è solo valutazione della realtà e degli avvenimenti alla luce della fede ; è anche decisione concreta e impegno operativo non solo nell'ambito della Chiesa, ma anche in quello della società umana ».[4]

5. Nel cuore del sistema educativo di don Bosco, incontriamo la presenza materna di Maria. La Vergine è, nella Famiglia Salesiana, « memoria)) viva delle « grandi cose » che il Signore ha operato e continua ad operare nella storia di ogni tempo, specialmente nelle epoche difficili di grandi mutamenti culturali.

Guardando a Lei ed accogliendo la sfida etica, che emerge dagli attuali contesti socioculturali, dovrete individuare itinerari educativi che accompagnino le giovani verso la scoperta della loro vocazione alla santità, cioè al primato dell'amore per Dio e per i fratelli, nella società e nella Chiesa di oggi.

Con l'aiuto di Maria anche voi quindi siete chiamate a scrivere una nuova pagina della storia della salvezza. Impegnatevi a vivere sempre nello spirito del *Magnificat.* Siate sempre più sensibili al grido dei poveri, dedicando la vostra attenzione alle molteplici forme delle nuove povertà giovanili e femminili. Operate secondo giustizia, testimoniate la solidarietà; contribuirete, in tal modo, allo sviluppo di un'autentica cultura della vita secondo il disegno di Dio.

Auspico che Maria Ausiliatrice, Madre ed educatrice di ogni cristiano, continui ad essere presente nella vostra vita e guidi il cammino del vostro Istituto specialmente in quest'ora di più forte impegno. Don Bosco e la vostra santa Fondatrice vi assistano dal cielo, mentre anch'io di gran cuore vi do la mia Benedizione Apostolica, che volentieri estendo a tutte le vostre consorelle ed alle allieve della vostra famiglia religiosa.

[4] *Ibid.*

NUNTIUS TELEGRAPHICUS

Ad **Lettoniae episcopos missus.***

Notizie inquietanti sulP aggravarsi della situazione sociale in Lettonia, rendono più vicine al mio cuore di Pastore della Chiesa Universale le preoccupazioni e le speranze della diletta Nazione lettone.

Auguro di cuore che attuali tensioni nel Baltico possano risolversi in modo pacifico, in conformità alle norme del diritto internazionale. Il dialogo mutuo e rispettoso tra le parti sostituisca le pressioni ed il linguaggio delle armi, affinché la soluzione sia cercata nel rispetto della dignità di ogni persona umana e di ogni popolo.

Con questi sentimenti, che affido nella preghiera alla protezione della Madre della Speranza, imparto su Vostra Eccellenza, sul Suo Ausiliare Mons. Nukss, e su tutta la nobile Nazione lettone, la Benedizione Apostolica.

18 Ianuarii 1991.

IOANNES PAULUS PP. II

SECRETARIA STATUS

PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Pontificia Commissione pro Russia, Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 13 Aprilis 1991. — Metropolitanae Ecclesiae Minscensi-Mohiloviensi Latinorum noviter erectae R. D. Casimirum Swiatek, e clero dioecesis Pinskensis, Vicarium generalem eiusdem dioecesis, quem etiam cathedralis Ecclesiae Pinskensis Latinorum Administratorem Apostolicum *ad nutum Sanctae Sedis* deputa vit.

— Cathedrali Ecclesiae Grodnensi Latinorum noviter erectae R. D. Alexandrum Kaszkiewicz, e clero archidioecesis Vilnensis, curionem paroeciae Spiritus Sancti in urbe vulgo « Vilnius » appellata.

NOMINATIONES

Latis decretis ab eadem Commissione, Summus Pontifex per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit :

die 13 Aprilis 1991. — Administratorem Apostolicum Moscoviensem Latinorum Exc.mum P. D. Thaddaeum Kondrusiewicz, Episcopum titulo Hipponensem, hactenus Administratorem Apostolicum dioecesis Minscensis Latinorum, quem ad dignitatem archiepiscopalem promovit.

— Administratorem Apostolicum Novosibirskensem Latinorum R. P. Iosephum Werth, Societatis Iesu sodalem, curionem in urbe vulgo « Marks » appellata, quem simul ad titularem episcopalem Ecclesiam Bulnensem promovit.

— Administratorem Apostolicum Karagandensem Latinorum R. P. Ioannem Lenga, e Congregatione Clericorum Marianorum sub titulo Immaculatae Conceptionis B.mae Virginis Mariae, curionem in urbe vulgo « Krasnoarmejsk » appellata, quem simul ad titularem episcopalem Ecclesiam Arbensem promovit.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

ROMANA SEU LUCEN.

DECRETUM

Canonizationis Seryi Dei Petri Casani (in religione; Petri a Nativitate Beatae Mariae Virginis), sacerdotis professi, Ordinis Cler. Reg. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum (t 1647).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ecclesiae sanctitas ((multiformiter exprimitur apud singulos, qui in suo vitae ordine ad perfectionem caritatis, aediflcantes alios, tendunt; proprio quodam modo apparet in praxi consiliorum, quae evangelica appellari consueverunt » (**CONC. OEC. VAT**. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* 39).

Servus Dei Petrus Casani, cum in animo suo instanter resonare animadvertit Evangelii verba : « Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est » *(Mt* 5, 48), ardentissime cupivit « viam angustam » ingredi Consiliorum evangelicorum, ut totus Dei esset et fratribus praesto.

A pueritia est Christum secutus, parentibus vivens obnoxius, probos servans mores, a mundi rebus et illecebris alienus, solum vitae spiritali colendae deditus ac bonae culturae consequendae.

Expertus quae pericula suscipi possint in saeculo vivendo, admodum iuvenis, ingredi statuit Congregationem Lucensem a Beata Virgine, a S. Ioanne Leonardi institutam. Ibi eius spiritus locum invenit itineri aptum magis magisque ad perfectionem pervio.

Appetens se dandi paupertati et Christi servitio in fratribus minoribus, transiit ad Scholas Pias S. Iosephi Calasanctii, quod supererai vitae dedens actuose ei cooperando in confirmando et diffundendo Opere in Italia inque Europa centrali.

Lucae ortus die 8 mensis Septembris anno 1572 a Gaspare Casani et Elisabetha Drago, Servus Dei christiane educatus est bonaque est instructus cultura in scholis urbis. Inter res maioris momenti eius iuventutis consideratione digna est assidua frequentia Conventus Minorum Franciscanorum Lucensis, apud quem in studium incubuit philosophiae et theologiae, et religiosorum S. Ioannis Leonardi, qui Conventum S. Mariae de Corteorlandini habitabant. Necessitudine cum his religiosis eius fides, iam domestica educatione alta, ita est corroborata, ut ea adduceretur ad mundum relinquendum et ad intrandam Congregationem Lucensem a Beata Virgine, illud Ingrediens iter, quo ad sanctitatis verticem erat perventurus.

Non communes eius facultates cito a Conditore S. Ioanne Leonardi animadversae sunt, qui eum voluit secretarium et tabellionem in visitationibus apostolicis Congregationum Montisvirginis et Vallis Umbrosae. Sanctum Fundatorem imitatus, didicit Ecclesiam amare, vitam religiosam existimare, utpote puram et austeram, pro boni victoria niti.

Religiosa professione facta anno 1597 et ordinatione sacerdotali accepta die 23 mensis Septembris anno 1600, Servus Dei Lucae et Romae sacrum exercuit ministerium magna cum animarum utilitate.

Vita Servi Dei momentum maximum subiit cum Papa Paulus V, anno 1614, Congregationi Lucensi, quae tunc a Matre Dei appellabatur, Scholas Pias S. Iosephi Calasanctii concredidit. Nominato Rectori Domus Romanae S. Pantaleonis, Scholarum Piarum sedis, Servo Dei est officium legatum multorum alumnorum religiosam curandi educationem, vitam communem ordinandi et ecclesiae prospiciendi.

Coniunctio religiosorum a Matre Dei et Patrum Scholarum Piarum brevis fuit. Tribus annis post Papa Paulus V, per Breve *Ad ea per quae,* eam dissolvit et « Congregationem Paulinam Scholarum Piarum » constituit. Facultate usus ab Apostolica Sede concessa, P. Casani, cum nonnullis fratribus sodalibus, mansit in Scholis Piis S. Iosephi Calasanctii, illectus apostolatu singulari — videlicet iuventutis institutione et educatione — sed praesertim paupertate, quae in novo Instituto vigebat.

In Scholis Piis, quas postea Papa Gregorius XV anno 1622 ad gradum Ordinis religiosi evexit, P. Casani officiorum onus in se recepit. Magister fuit novitiorum, theologiae praeceptor, aliquot Domuum Antistes, Provincialis Genuensis et Neapolitanus, Adsistens Generalis, Curator Generalis in Moravia.

Incitato studio se contulit ad ingeniosum sancti Iosephi Calasanctii propositum perficiendum; suis est naturae et gratiae dotibus usus pro puerorum institutione, ut eos adiuvaret ad progrediendum in fide et ad vitam praepararet, laetus solummodo Domino servire in parvulis : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis)) {*Mt* 25, 40).

Eius apostolatus ad fideles etiam se extendit in sacerdotalis ministerii exercitio. ((Omnibus omnia factus », sicut Apostolus, in proximum divitias effundebat vitae suae interioris, alitae deprecatione et assidua Passionis Christi et Verbi incarnationis meditatione. Innumerabiles personae ex eius apostolatu fructum ceperunt et efficaciam experti sunt eius interventus in vitam suam spiritalem et, etiam, corpoream. Donum habuit daemoniacos liberandi a spiritibus immundis multosque, religiosos et laicos, ad sanctitatis duxit fastigium. Id potuit, quia « fixum in corde habebat Evangelium », sicut quidam aequalis scripsit, et quia totam suam fiduciam in Deo collocabat, uti in quadam legitur epistula eius : « Spes mea tota in Domino est ».

Dei Servus ultimos annos vitae Romae egit, ubi apud Calasanctium mansit difficilibus aerumnarum temporibus. Si Iosephus Calasanctius definitus est « Iob Novi Testamenti » ob fortitudinem et patientiam quas tunc ostendit, tantundem de Servo Dei licet affirmare : ambo passi sunt, spe confirmati, Ecclesiae auctoritati omnino obsequentes.

Post brevem morbum Servus Dei est morte correptus die 17 mensis Octobris, vesperi, anno 1647. A sancto Iosepho Calasanctio custoditus, qui ei extrema ministra vit sacramenta, tranquille animam exspiravit, manibus Crucifixum adstringens et iaculatoriam precem iterans : « Domine, da mihi intellectum et vivam ».

Eius corpus, in Sancti Pantaleonis ecclesia expositum, multi inviserunt, fama eius sanctitatis inducti. Testes oculati mentionem faciunt de prodigiis peractis in daemoniacos et in aegrotos. Corpus eius in eadem ecclesia humatum est, ubi nunc iacet.

Fama sanctitatis, quam Servus Dei vivus sibi comparaverat quaeque in eius pia morte est confirmata, adhuc usque superstes mansit,

praesertim in Ordine Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, in Religiosis a Matre Dei et Lucae, in urbe patria.

Eius memoria tenetur potissimum ob religiosae vitae integritatem, ob institutionis ' sedulitatem et iuventutis educationem, pauperis imprimis, ob studium quo sacerdotale exercuit ministerium, ob subnisam Providentiae fiduciam, ob constantem perfectionis appetitionem, ob gratias multas quae eius precibus a fidelibus tribuebantur.

De Servi Dei Causa canonizationis ipse Scholarum Piarum Conditor curavit ilico, qui ei annum fere superfuit. Is namque testimonia efflagitavit, respectu processus canonici. Si tristes Ordinis casus instrui non siverunt Causam, sanctitatis fama per opera typis exscripta et copiosam iconographiam permansit.

Nonnisi anno 1905 Causa est publice inchoata et die 22 mensis Martii anno 1922 decretum editum super Causae Introductione.

Posteriora impedimenta Causae continuationem retardaverunt, quae anno 1964 resumpta est atque Officio Historico Sacrae id temporis Rituum Congregationis concredita. Post longum pervestigationum laborem, anno 1982, est *Positio super virtutibus* pervulgata et die 13 mensis Octobris eiusdem anni a Consultoribus Historicis probata. Die vero 15 mensis Maii anno 1990 Consultores Theologi, una cum Promotore Fidei, Rev.mo Domino Antonio Petti, virtutum gradui heroico suffragati sunt. Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 20 mensis Novembris eiusdem anni, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Martínez Somalo, fassi sunt Servum Dei Petrum Casani virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Petri Casani a*

Nativitate Beatae Mariae Virginis, Sacerdotis professi Ordinis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die **22** mensis Ianuarii **A.** D. **1991.**

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. & S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

VENTIMILIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Fratris Alf ani (in saec.: Iosephi Caroli Vaser), religiosi professi, Instituti Fratrum Maristarum a Scholis seu Parvulorum Fratrum Mariae (1873-1943).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sane quidem, Fratres carissimi, Religiosi et Filii Mariae, vestra est gloria Iesum Christum imitari et sequi. Divinus hic Salvator suo vos repleat spiritu, eius sapientia vos dirigat in rebus omnibus, quas ad eius gloriam efiicietis. Nos cupimus et ominamur ut, sicut Iesus, nostrum divinum Exemplar, tenere pueros diligatis » (B. **MARCELLINUS CHAMPAGNAT,** *Litt.* **19.1.1836).**

His verbis B. Marcellinus Champagnat Fratrum Maristarum charisma indicat et munus, quos ipse instituerat. Sed ut hoc plene ad effectum adducant, vult eos « firmos et constantes esse in schola Mariae » : « Fratres Mariam habebunt Matrem suam, Patronam, Exemplar et primam Antistitam. Omnia eius sunt in hoc Instituto : bona et personae ; omnia ad eius gloriam sunt adhibenda. Eam amare, ei

servire, cultum eius diffundere secundum Ecclesiae spiritum, tamquam excellentem viam, qua perfectius et facilius Iesus Christus ametur eique serviatur propositum est, spiritus huius Instituti » *(Regulae Parvulorum Fratrum Mariae,* 1852, VI, 2).

Haec praecepta normasque sancte est exsecutus humilis eius discipulus, Frater Alf anus (in saeculo : Iosephus Carolus Vaser), per totam vitam, heroum profecto magnanimitate.

Semper et per omnia ad Christum intendit, supremam sanctitatis normam (cf. **CONC. OECUM. VAT**. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 2), Conditorem sequens, ad cuius ((primum consilium » se revocabat tum quoad suae ipsius perfectionis curam in diligenter laetanterque cotidianis munibus colendis humilibus et omni varietate carentibus, tum quoad officium novitios iuvenesque Religiosos Instituti sui formandi.

Servus Dei ortus est in vico *Hone* (in provincia Augustana sito) die 10 mensis Septembris anno 1873 a parentibus admodum christianis, estque insequenti die baptizatus.

Anno 1883 Confirmationem accepit et anno 1884 Primam Communionem. A puero animadvertit ad vitam specialem vocationem, cui post quandam inclinationem ad Minus Seminarium, respondit eligendo Congregationem Fratrum Maristarum a Scholis. Haec electio, quam tredecim annos natus fecit, exegit ut a familia prorsus discederet, quoniam fuit ei in Galliam eundum, ad oppidum *Saint-Paul-Trois-Châteauœ,* ubi annos ageret probationis et formationis.

Die 8 mensis Augusti anno 1888 inter postulantes receptus est et die 2 mensis Februarii anno 1890 vestem induit religiosam nomenque cepit Fratrem Alfanum. In novitiatu firmiter statuit similis Christo fieri iuxta spiritum Conditoris et sui Instituti Regulas. Die 17 mensis Septembris anno 1891 oboedientiae votum nuncupavit pro iure tunc vigente.

Ut se ad apostolatum institutorium exercendum in schola praepararet, studia recoluit et iura publici praeceptoris capessivit, adeptus Diniae in Gallia <(Brevet de capacité », qui dicebatur. Anno 1891 est Romam missus ad Ephebeum S. Leonis Magni, primam nempe scholam a Fratribus Maristis in Italia apertam, ibique mansit usque ad annum 1903. Eo tempore, quamvis maxima cum diligentia in institutionem incumberet, studia perfecit. Anno 1895 est consecutus diploma scholae ludi magistris instituendis et anno 1899 diploma professoris linguae gallicae, non ut ambitiosas cupiditates expleret, sed

ut aptior fieret suo educatoris muneri et promptior ad quamlibet superiorum postulationem. Anno 1894, die 16 mensis Septembris, perpetuam votorum professionem fecit : amoris vinculum, quod coluit tamquam sui ipsius donum Christo factum et Mariae. Anno 1903 est Albintimilium missus, ubi, animo proponens ut « humilis, oboediens, pius » esset, praeceptor fuit iuvenum fratrum sodalium.

Anno 1907 votum « stabilitatis » nuncupavit deindeque est magister novitiorum nominatus Monte Regali, donec novitiatus et magister sedem domiciliumque Albintimilii collocaverant mense Septembri anno 1910. Hoc in munere mansit usque ad annum 1922, cum aequo animo probavit sibi repentino officium abrogari, certus se in voluntate Dei esse, in qua facienda suam perfectionem esse putabat et aliorum bonum. Quod superfuit vitae, tamquam rector et postea praeceptor egit in scholarum sede, primum Monte Regali, dein Albintimilii.

Bis, annis scilicet 1920 et 1932, sodales fratres eum membrum elegerunt Capituli Generalis. Est etiam munere functus consiliarii provincialis mira cum alacritate ab anno 1910 ad annum 1941, Octobris mensem, cum se eo propter valetudinis causam abdicavit.

In explendis muneribus rectoris et consiliarii provincialis multum ostendit consilium, tutum spiritale discrimen et singularem perspicientiam in iudicandis ingeniis et habilitatibus iuvenum ad vitam religiosam, adeo ut sponte eius moderatione uterentur fratres sodales. In educando, sapienter et prudenter principium adhibuit proverbii loco celebratum « fortiter et suaviter », se firmiter gerens simulque indulgenter. Persuasum sibi habens de vi evangelica admonitionis, corrigebat ab observantia regulari discedentes, sed in reprehendendo continenter se ostendebat compotem sui, paratum quoque, ob amorem iustitiae, ad satisfaciendum de suis erroribus. In necessitudine cum discipulis non partium studium apparebat, sed maior benevolentia erga minus instructus. Eius rigor institutores strenuus fuit actus iustitiae erga Ecclesiam et Institutum, quae ab eo formationem postulabant germanorum religiosorum, qui idonei essent ad missionem apostolicam in schola, et pariter actus fortitudinis, hominis spiritalis proprius, nimii amoris sui expertis et solum Dei gloriae atque Ecclesiae boni studiosi. Corpus suum castigavit (cf. *1 Cor* 9, 27), illud reddens tractabile instrumentum spiritus sui, in studium et in institutionem vehementer intenti. Etsi incommoda utebatur valetudine et in condicione erat continuorum dolorum, in quibus num-

quam est lamentatus, solitus fuit levamenta reicere non necessaria, quae ex sola oboedientia accipiebat. Sed semper fuit laetus, quia, eius sententia, aeterna tantum haberent momentum, et, quo magis sentiebat se « ad umbram hominis redigi », eo magis « finis diei et laboris bene repensi » ac gaudium « Paschatis perfecti, perennis » (cf. *2 Cor* 4, 16-17) ei arridebant.

Frater Alfanus religiosus fuit, quem vetus priscaque consuetudo orientalis collocare non dubitaret in « Dei amantibus ». Eius spiritalitas Trinitaria est, Christocentrica et Marialis. Fides divinae habita paternitati, Cordis Iesu misericordi amori et Spiritus Sancti actioni sanctificae, eius comprobat deditionem ad Providentiam eiusque spem theologalem. Servus Dei illud « cupio dissolvi » *(Phil* 1, 23) in corde defixum habuit, ardentius in dies veram desideravit patriam, se caeli civem esse sensit, ita quidem, ut terrestria animum eius intemperanter non allicerent. Vere eius caritas theologalis Boni infiniti appetitio fuit, Veritatis, Lucis, Pacis, Gaudii. Maxime suum in Deum amorem ostendit per curam sedulam se ad Iesum Christum conformandi ex exemplo Mariae, cui semper arcte coniunctus fuit, praesertim Rosarii recitatione. Iesus in Bethléem et in Nazareth cum Maria et Ioseph eius dulcedo fuit : cuius paupertatem participavit, modestiora sibi servans ; humilitatem est imitatus, vitae navae et absconditae amorem, perfectam erga Superiores oboedientiam. Iesus Eucharisticus eius cupiditas fuit, eius tutamentum, blandimentum, quo est impulsus ad se spoliandum et obliviscendum, ad se familiae religiosae tradendum et proximo. Fratres suos sodales tenere dilexit, quos acriter voluit erga vocationem fideles, eos in difficultatibus confirmans et in animi demissionibus, facilitate semper prompta et patienti adiuvans, in morbis visens et consolans. Cum Iesu in cruce Patris fecit voluntatem usque ad illud « Consummatum », vel in regulis minimi momenti manens, adeo ut Fratribus « Regula vivens » esse videretur. Redemptoris inenarrabilium dolorum contemplatio eum adduxit ad suscipienda cum amore incommoda vitae communis et morbi atque ad se devovendum uti hostiam piacularem. Etiam ei, ((videre Deum offendi et animas perire, duae res erant, quae eius cor cruentabant ». Ideo mirum non est si alte ex animo cupiebat magis mori, quam in voluntarium peccatum veniale labi, nec mirationem facit ardens eius salutis animarum studium, Regni Dei confirmationis, Ecclesiae propagationis.

Alterum totius mundi bellum, cum suis calamitatibus, eum vehementer afficiebat; propter omnes et cum omnibus dolebat, qui inde spiritu et corpore patiebantur; se totum offerebat, ut pacis tempus acceleraret, etiam in suo conclavi in suoque lecto deprecationis et sacrificii apostolus. Pie mortem exspectavit, bonitati fisus Cordis Iesu et Cordis Mariae Immaculatae. Unctione infirmorum accepta die 11 mensis Februarii anno 1943, secuto die 24 laeta cum sollemnitate Viaticum suscepit, palam petita venia vitiorum suorum et omnes qui aderant adhortatus ut in vocatione manerent. Sancte est consumptione mortuus calendis Martiis anno 1943, omnibus qui eum cognoverant imago perfecta religiosi perfectionem evangelicam adepti secundum spiritum Instituti sui et per Regularum fidelem ac sedulam observantiam.

Sanctitatis fama, quam vivus Servus Dei sibi comparaverat quaeque aucta est post mortem, Consilium Generale Instituti Fratrum Maristarum a Scholis adduxit, die 18 mensis Septembris anno 1948, ad postulandum ut inchoaretur Causa eius canonizationis. Augustinus Rousset, Episcopus Albintimiliensis, petitioni concessit et calendis Ianuariis anno 1949 decretum edidit de scriptorum collatione. Die 7 mensis Aprilis eiusdem anni tribunal constituit, quod testium interrogationem iniit die 3 mensis Iulii anno 1951. Monte Regali instructus est Processus Rogatorialis et alius Augustae Praetoriae. Processus conclusus est die 1 mensis Octobris anno 1955. Quoad decretum de scriptorum recognitione exspectandum fuit usque ad diem 8 mensis Iulii anni 1965. Congregatio pro Causis Sanctorum die 17 mensis Octobris anno 1987 Processus Ordinarii et Processuum Rogatorialium auctoritatem decrevit. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, actus die 25 mensis Maii anno 1990, praesidente Fidei Promotore, Rev.mo Antonio Petti, dubio de virtutibus heroum more exercitis a Servo Dei affirmative respondit. Idem professa est Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria diei 8 mensis Ianuarii anni 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pirönio.

Facta postmodum de omnibus hisce rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis excipiens, rataque habens, praecepit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, accitis hodierna die ad Se Cardinalibus subscripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Se-

cretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate, tum in Deum, tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Fratris Alfani, religiosi professi Instituti Fratrum Maristarum a Scholis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum in vulgus ederetur et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die **22** mensis Ianuarii **A.** D. **1991.**

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

VERONEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Zephyrini Agostini, sacerdotis, parochi, Fundatoris Congregationis Ursulinarum Filiarum Mariae Immaculatae (1813-1896).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Sanctitatem propria ratione consequentur Presbyteri munera sua sincere et indefesse in Spiritu Christi exercentes» (**CONC. OECUM. VAT**. II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* **13).**

Concilii affirmatio testimonio quidem multorum sacerdotum confirmatur, qui in vita sua animarum pastorum sanctitatem propriam ad effectum adduxerunt.

In eiusmodi sacerdotum numerum referendus est etiam Servus Dei Zephyrinus Agostini, Veronensis dioecesis presbyter, per unum et quinquaginta annos frequentis paroeciae parochus et Congregatio-

nis Sororum Ursulinarum Filiarum Mariae Immaculatae Institutor itemque novus Conditor et propagator Veronae Sodalitatis Sanctae Ursulae, quae, a Sancta Angela Merici constituta, legibus napoleonicis anni 1810 abolita erat.

Veronae is natus est die 24 mensis Septembris anno 1813 et baptismate christianus factus die 28 eiusdem mensis. Quinque mensium patre orbatus, est a matre educatus, adiuvantibus pueri avis paternis, et in publicis ludis congruentem est culturam consecutus; postea in urbis suae seminario se ad sacerdotium praeparavit, quod die 11 mensis Martii accepit anno 1837.

Iam clericus laudatus erat ob suas pietatis et diligentiae virtutes, easque sacerdos explicare coepit varia et indefatigabili navitate. Primis octo vitae sacerdotalis annis curam adhibuit de oratorio iuvenum paroeciae suae ac de institutione christiana, simulque adiutor fuit Cancellariae episcopalis, et etiam in visitationibus pastoralibus Cancellarius, munere obstrictus decretorum et actorum magnum illum conscribendi numerum, qui eius sedulitatem testatur et industriam. Praeter haec autem consueta, in paroeciis urbis et suburbiorum multum praedicavit.

Triginta duos annos natus, anno 1845, curam pastoralem suscepit paroeciae Sanctorum Nazarii et Celsi, Veronae sitae, quam unum et quinquaginta annos tenuit, morte tenus, quae contigit die 6 mensis Aprilis anno 1896.

Apostolicam actionem magna semper cum alacritate explicavit, assidue in sua ecclesia inque suis fidelibus praesens, navus et operosus in doctrina christiana provehenda et populi religione, pro modis qui tunc vigebant, paratus ad peccatorum confessiones audiendas, veteres consociationes et sodalitates augendi et renovandi studiosus, pastorum more prudens in novis adsociationis et apostolatus generibus creandis.

Uti divinum monitum accepit et est secutus consilium meditandi et demonstrandi exemplum vitae et apostolatus sanctae Angelae Merici proprium, illudque paroeciae suae puellis illustravit optimis cum exitibus, unde multas habuit praestantes adiutrices ad scholam aperiendam pro puellis; amplum quoque iuvenum mulierum agmen excitavit, ad se Deo vovendas aptarum et ad vivendum in saeculo perfectionis et apostolatus vitam pro ratione sanctae Angelae Merici. Ita effecit ut Ecclesia Veronensis anno 1869 Societatem Sanctae Ursulae restituerit secundum sanctae Angelae Merici regulam.

Ex parvo earum grege, quae eum adiuvabant in schola pro puellis iuxta propositum sanctae Angelae Merici, paulatim nova crevit religiosa familia, Sorores Ursulinae Filiae Immaculatae vocata.

Impensissime Dei Servus prospexit tum Societati Sanctae Ursulae propagandae et augendae, quae, cum is est mortuus, multis in paroeciis urbis et dioecesis instituta erat, tum parvae communitati formandae, a qua in « scholae et paroeciae apostolatu » adiuvabatur.

Sed novitatis genera, quae a fructibus exterioribus probari poterant, ex interiore perfectionis cura manabant, qua Servus Dei cotidie ex vitae sacerdotalis specimine vivebat.

Verbi Dei minister, presbyter dominus Zephyrinus Agostini imprimis hoc verbum meditabatur inque constanti et diuturna deprecatione eodem utebatur ut cum Deo colloqueretur et secundum illud ageret vitam ; ita, ad ((multiformem Dei sapientiam » attentus, et conscius verbi efficaciam non ex humana sua industria proficisci, sed e potentia Dei et Spiritus Sancti dono, precatione cum Christo magistro coniungebatur.

De suo tamen munere edoctus, nihil eius diligentis praeparationis omittebat, quae utilis esset ad id transfundendum in alios, quod ipse cogitasset, sicut clare apparet ex plurimis eius, verbi ministri, scriptis, quae non solum eius ostendunt eruditionem, verum etiam intimam eius religionem et altam solidamque pietatem.

Sacrorum minister, Dei Famulus decori consuluit domus Dei, rebus divinis ; frequentationem inculcabat sacramentorum ; semper se confessarium ostendit paratum, illuminatum et sapientem ; in sacrorum celebrationibus pius erat; cum dignitate se gerebat cumque laetitia, et ita populo Dei exemplo erat : eodem etiam tempore se ardenter Christi sacrificio iungebat, cotidie fidelitatem erga sua pastoralia officia repetens per variarum virtutum exercitium.

Caritate incitatus Boni Pastoris in munere populum Dei ducendi, totam vitam omnesque vires in gregem impendit; onus quoque suscepit singulare sustentandi scholam caritatis et aliquam comparandi rationem curandi aegrotos et senes paroeciae, Christi motus caritate. In bellis, in pestilentiis et in aliis calamitatibus, cum praecipuae erant necessitates, operum adiutabilium fautor fuit, adeo ut publicam me-, ruerit laudem.

Ut digne suo serviret gregi, omni utilitati suae renuntiavit, commodis, lautitiis, in honesta paupertate vivens, pecuniam in sumptus erogans pro paroeciae suae pauperibus et pro apostolicis inceptis. Om-

nia haec magna fecit cum prudentia, ne, iuste agendo, proximo negotia exhiberet.

Humanus fuit et mitis in proximo tractando, indolem suam ad impotentiam et insolentiam proclivem moderando et continendo. Vera certaque ductus humilitate, abstinuit ne de se suisque coeptis loqueretur, quorum tantum mentionis fecit, quantum est ab Antistitibus rogatus et officii sui muniis inductus; cetera occultanda curavit omnemque sui et operae suae laudem vitavit.

Brevi, licet nobis affirmare eum effulsisse eximia fidelitate et constantia in cotidiano sacerdotis munere : ob ardorem et perseverantiam in deprecatione et coniunctione cum Deo ; ob prudentiam et fortitudinem in actione pastorali; ob ministerii verbi studium; ob suam sacerdotis pastoris animarum caritatem, fidelis et laeti a primo die sacerdotii usque ad dierum suorum finem.

Miram hanc perseverantiam erga vocationem suam id testatur, quod eius parochus de Servo Dei dixit vix undeviginti annos nato : « praegnanti ingenio, praeclara animi mansuetudine et in Duem pietate, necnon orandi studio ornatum », quodque eius episcopus affirmavit, Cardinalis Aloisius de Canossa, qui Servum Dei, quinquagesimum annum celebrantem ministerii paroecialis, definivit : « Strenuum ducem, qui iam quinquaginta annos et amplius invictus pugnat Domini pugnam, vincentibus armis praeditus omnium sacerdotalium et paroecialium virtutum ».

Sanctitatis fama, qua vivus floruit, post mortem duravit, sed canonizationis Causa, propter extraordinarias difficultates, nonnisi anno 1966 inchoata est, cum Episcopus Veronensis celebrationem iniit Processus Ordinarii Informativi, qui actus est usque ad annum 1967. Decretum super Servi Dei scriptis proditum est die 28 mensis Ianuarii anno 1972. Faventi cum exitu die 17 mensis Aprilis anno 1985 factus est Consultorum Historicorum Congressus, et die 16 mensis Ianuarii anno 1990 Congressus Peculiaris super virtutibus, Fidei Promotore Rev.do Antonio Petti praesidente. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 6 mensis Novembris eiusdem anni, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, fassi sunt Servum Dei Zephyrinum Agostini virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum

excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Zephyrini Agostini, Sacerdotis, Parochi, Fundatoris Congregationis Ursulinarum Filiarum Mariae Immaculatae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

IV

VICENTINA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Caietanae Sterni, Fundatricis Sororum a Divina Voluntate (1827-1889).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Fiat voluntas tua» *(Mt* 6, 10). Haec invocatio, quam Dominus Iesus media in mira ad Patrem elatione collocare voluit, cum nos docuit orare, est a Spiritu sanctificatore notis ardentibus impressa in animo Servae Dei Caietanae Sterni, Sororum a Divina Voluntate Fundatricis.

Tota namque eius vita imitatio fidelis fuit Eius, qui de se dixit : « Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me» *(Io* 6, 38; *Heb* 10, 7). Cassolae (in provincia Vicentina, in dioecesi autem Patavina) orta die 26 mensis Iunii anno 1827, Caietana Sterni insequenti die baptismum accepit, benigne in numerosa familia accepta, in qua solida et forti est christiana instructa educatione. Octo annos nata cum familia vicinum Bassanum migravit (in provincia et dioecesi Vicentina situm), ibique egit quod vitae superfuit; adeo ut ibidem anno 1865 Congregationem instituent, quam, suum ipsius charisma complectentem et testificantem, « Filias a Divina Voluntate » vocavit (nunc Sorores a Divina Voluntate).

Quod enim vocationem et munus exprimit Matris Caietanae, singularis fuit eventuum ille contextus, per quos ((Divina Voluntas » eam attigit, non sine severa, immo saepe strenua eiusdem Servae Dei ascetica disciplina, quae semper se ostendit a sola Divina Voluntate ductam, «cuius — aiebat — studiosiorem in dies se esse sentiebat ».

Ab annorum octo aetate, propter acerbas familiae condiciones, Caietanae omne fuit oblectamentum recusandum, ut in domestica incumberet munia. Iuvenis, sed praecox, suam vocationem matrimonium esse putavit, quod est die 7 mensis Novembris celebratum anno 1842. Sed cito inopinata mors maritum ei abstulit et, statim post, quem genuerat infantem. Summo huic dolori est eorum adiecta simultas, qui eam coëgerunt ad mariti domum relinquendam et ad matris domum redeundum. Iuvenis admodum vidua experta est primam contentionem secundarum nuptiarum et vocationis ad vitam religiosam, in qua Deus illam velle esse visus est : « Sane, Domine, — ait — id faciam, quod volueris ; tua ero, sed me tua adiuva gratia ».

Breviter novitiatum experta apud Sorores Canossianas Bassanenses, in familiam rediit ut matri graviter aegrotanti assiderei. « Ut solum Dei voluntatem facerem huc ingressa sum — Antistitae dixit — utque solum Dei faciam voluntatem extra manebo, si Is ita statuerit ». Et quidem viduitatis annis, in familia, iuvenis etiam tum Caietana omnino necopinato « Divinam Voluntatem » invenit per suos spiritus magistros, quibus se ab aetatula se patefecerat, quo tutius divinum cognosceret consilium. Die 20 mensis Septembris anno 1853, quolibet suo optato proiecto, etiam vitae claustralis, sententiae sui confessarii assensa est: nempe Hospitium adiret Bassanense seseque totam dederet benevolo pauperiorum servitio, urbis suae « ultimorum ».

Caietanae, sex et viginti annos natae, nihil poterat a suis exspectationibus alienius proponi. In animo eius — scripsit — deprecatio Iesu in Gethsemani emergebat : « Si vis, transfer calicem istum a me ! Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat » (cf. *Lc* 22, 42).

Ibi profecto, ubi Serva Dei usque ad vitae suae finem, per 36 annos impensissimum caritatis praestitit servitium, eam Spiritus consilium exspectabat, qui eam esse volebat novae Congregationis religiosae ((Sororum a Divina Voluntate » Fundatricem. Et die 29 mensis Ianuarii anno 1872, dum festum celebrabatur sancti Francisci Salesii, quem ea peculiarem habebat novi Instituti Patronum, Caietana, una cum primis Filiabus, eiusdem Instituti propriam spiritalitatem et munus planiora reddidit per «Actum consecrationis Divinae Voluntati».

Longa ((obscura nocte » purificata, qua per 17 annos est adducta ad sui integram spoliationem, Serva Dei praeparata est ad plenam cum Deo communionem, nuncupato die 20 mensis Ianuarii anno 1884 « voto perfectissimi obsequii » erga voluntatem Dei. Mira cum patientia ultimum perpessa est acerbum morbum et Bassani, die 26 mensis Novembris anno 1889, pie animam Deo reddidit.

Quandoquidem summa christianae sanctitatis est in Dei amore posita, exsecutione confirmato eius voluntatis (cf. **CONC. OEC. VAT**. II, Const. Dogm. de Ecclesia *Lumen gentium* 42), nihil est dubii quin Mater Caietana Sterni, « Voluntate Divina » semper delecta, heroum more christianas illas semper virtutes exercuerit et religiosas, quae ei necessariae fuerunt ad hoc obtinendum propositum.

Et ante omnia, virtutes théologales. Etenim tam prompta et alacris Divinae Voluntatis acceptio, praesertim in repugnantiis et in obscuritatibus, quales eae fuerunt, quae totam notaverunt Matris Caietanae vitam, fieri non poterat sine solido theologali fundamento.

Fides namque origo fuit animosi discriminis quo Serva Dei est usa in suis omnibus delectionibus, cum perspicuitate et firmitudine, constanter solam « Divinam Voluntatem » quaerens.

Hac in re spes eam firmabat quae, ut ipsa dicebat, « magnam fiduciam ei iniciebat se esse semper fultam a Deo », quoniam ibi semper esse voluit, ubi Ille esse eam volebat.

Ardens denique illa caritas, qua semper verum excitatur obsequium erga divinam voluntatem, eam adiuvit ut plenam iniret sponsalem cum Christo communionem, vitam religiosam persequendo seque totam tradendo caritatis servitio in pauperes et aegrotos. Hinc ap-

pellata est « Mater infelicium » quae animo cum misericordi et largo omnibus omnia fiebat.

At quantum Matri Caietanae opus fuerint etiam virtutes cardinales, et praesertim prudentia et fortitudo, ut in tam arduo maneret consilio, est intellectu facile. Omnesque eius electiones testantur in eius ((primae Filiae Divinae Voluntatis » vitae instituto, id verum esse, quod de ea dictum est : germanam nempe imaginem fuisse <(mulieris fortis », quam Sacrae Litterae laudant (cf. Pro 31, 10).

Ita, cotidiana fidelitate erga Spiritus actionem, qui eam interioribus ducebat instinctibus et prudentibus moderatorum eius consiliis, Serva Dei supremam est adepta spiritalem experientiam, Christum maiore cum libertate pressiusque sequendo, per praxim consiliorum evangelicorum (cf. **CONC. OECUM. VAT**. II, Decr. de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 1).

Serva Dei castitatem coluit in variis eius christianis formis : in virginitate pueritiae, in casto coniugali amore, in viduitate, donec sponsali Christi amori proprie et prorsus se consecravit.

Ex evangelica paupertate non solum terrestria bona quaerere neglexit, sicut eius uni Deo donatio facta testificatur, verum etiam plene particeps evasit vitae et condicionum pauperum, cum praeter exspectationem magno animo est oboedientiam exsecuta in eorum ministerium incumbendi.

Oboedientia enim mota Serva Dei hoc ultimum sui itineris spatium est ingressa, pro certo habens — uti affirmabat - r - ((sola oboedientia posse se Domini cognoscere voluntatem ».

Mater Caietana Sterni, ita multiplici confecto itinere, quo est varias vitae formas experta, primum in laicorum statu christiano, deinde in novo religioso Instituto, cuius Conditrix fuit et prima Antistita, ostendit cotidianam « Divinae Voluntatis » acceptionem viam principem esse christianae sanctitatis, quae ad culmen ducit communionis cum Deo.

« Divina Voluntas », unicum totius vitae Matris Caietanae lumen, etiam ceteris fidelibus fulgere debebat per crescentem sanctitatis famam, qua Serva Dei est pedetemptim circumfusa.

Processum Informativum dioecesanum, Vicentiae celebratum annis 1960-1964, ampla secuta est et accurata documentorum inquisitio, quae sunt in *Positione* historica collecta. Haec Consultorum Historicorum consentiente voce est approbata die 21 mensis Ianuarii anno 1986.

Postea, die 19 mensis Decembris anno 1989, faventi cum exitu, actus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Fidei Promotor Generalis Dominus Antonius Petti. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria diei 3 mensis Iulii a. 1990, Causae Ponente Exc.mo Domino Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi, Servam Dei Caietanam Sterni virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Caietanae Sterni, Fundatricis Sororum a Divina Voluntate, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. œ S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

V

VILNEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Boleslavae Mariae Lament, Fundatricis Congregationis Sororum Missionalium a Sacra Familia (1862-1946).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Bonum autem facientes infatigabiles, tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei» *(Gal* 6, 9-10).

Perseverantia in bono faciendo una fuit ex proprietatibus Servae Dei Boleslavae Mariae Lament, quae per totam vitam est nisa modo quam optimo Dei facere voluntatem et fervidum explicare apostolatum pro animarum salute, multis difficultatibus et acerbitatibus non timefacta. Quin, temporum quibus vixit nequitiam quasi oppetens, magna cum alacritate et incommoda subeundi spiritu, arduo et animoso apostolatui se dedidit, qui id spectabat, ut ad Ecclesiae unitatem orthodoxos Russos adduceret et fidem aleret catholicorum, catholicam suam indolem amittere periclitantium.

Serva Dei in polona urbe *Lowicz* orta est die 3 mensis Iulii anno 1862 a Martino Lament et Lucia Cyganowska, probis artificibus bonisque christianis. Die 17 eiusdem mensis baptismatis sacramentum accepit ; postmodo, temporibus quae non perfecte cognoscimus, ad eucharisticam mensam accessit et ad confirmationis sacramentum. Ludis confectis et progymnasio in urbe patria, Varsaviani immigravit ut artem disceret vestificinae. Diploma ad eam pertinens adepta, vestium promercalium officinam aperuit in urbe *Lowicz.* Interea, spiritus magistro moderante, animadvertit a Domino se vocari, ut ei se in congregatione religiosa consecraret. Anno igitur 1884, una cum sorore natu minore, ingressa est Congregationem Familiae Mariae, quae ob publicam condicionem clandestino agebat. Novitiatu peracto, vota temporanea nuncupavit, deinde diversa in opera incubuit in ali-

quibus sui Instituti domibus. Sed post aliquot annos intellexit se non certam esse Dei voluntatem suamque vocationem in illa Congregatione ad effectum se adducere posse. Confessarii audito consilio, hanc deseruit (anno 1891 aut 1892) ut clausurae conventum introiret. Sed, cum ei consilium datum esset, ut actioni religiosae et sociali se traderet inter pueros et iuvenes qui in discrimine erant fidei et spiritus catholici amissionis, Varsaviae ardentem exercuit apostolatum in locis et circulis pauperioribus. Iis .annis se adiunxit ad Tertium Ordinem Sancti Francisci et in necessitudinem venit cum Beato Honorato Kozmirìski, O. F. M. Cap., qui eam spiritaliter rexit. Anno 1903 novus apostolatus ager ei patuit; se contulit namque Mogiloviam, in Bielorussia sitam, ut catholicis dispersis spiritaliter adesset, quorum fides in multis erat periculis, utque inter orthodoxos apostolatui oecumenico operam daret, quo eos adduceret ad catholicam ecclesiam sequendam. Ad haec proposita assequenda, adiuvante P. Felice Wiereiñski, S. I., mense Octobri anno 1905 Societatem a S. Familia instituit, quae clam vixit, siquidem in Russia ecclesia catholica vexabatur. Die 22 mensis Ianuarii insequentis anni cum duabus sociis vota religiosa nuncupavit. Anno 1907 nova religiosa communitas Petroburgum se contulit, ubi mansit usque ad annum 1921, sedulam exsequens navitatem catecheticam, institutoriam et adiutabilem in vicis pauperioribus et auxilio spiritali egentioribus. Serva Dei, qua Antistita, sorores suas sodales magna cum diligentia et prudentia gubernavit, iis consilia dando easque sustinendo in difficilibus condicionibus, in quibus erat eisdem operandum.

Cum loci condiciones deteriores factae sunt propter primum totius mundi bellum et propter persecutiones communismi eversione concitatas, Mater Lament eiusque Congregatio in Poloniam concesserunt. Priusquam illis ecclesiasticis auctoritatibus se probaret, multa ei fuerunt incommoda et res adversae subeunda, donec anno 1926 sedem obtinuit in urbe *Ratowo,* intra fines dioecesis Plocensis, ubi regiminis generalis et novitiatus domicilium collocavit. Serva Dei administrante, Congregatio adeo crevit in dies, ut, cum per causam valetudinis Antistitae Generalis officium deposuit (anno 1935), Institutum constaret ex 174 Sororibus professis, 26 novitiis et 9 postulantibus, in 24 domus distributis, quarum una Romae erat.

In *Bialystok,* ubi ultimam habuit sedem, etsi grandis natu erat et graviter valetudine imminuta, amplum et fructuosum explicavit apostolatum, suo studio suisque virtutibus cum sorores, tum popu-

lum aedificans. Aequo animo adversas fortunas tulit alterius belli mundani et nazistarum minas. Quamvis ab anno 1941 paralytica esset, consuluit suae Congregationis Directorio conscribendo, sermones asceticos habuit et utilia dedit sororibus consilia.

Est pie vita defuncta in *Biatystok,* die 29 mensis Ianuarii anno 1946. Iis, qui eam cognoverant, memoriam reliquit mulieris fortis et constantis, indefatigabilis in utilitate proximo afferenda et in perfectionis christianae itinere faciendo. Reapse inanibus mundi renuntiaverat et bonis terrestribus ut laeto cum corde ad gloriam Dei laboraret et ad Christi regni aedificationem, atque in difficultatibus quoque et aerumnis mira cum constantia et sedulitate in hoc mansit proposito. Magna fide f ulta, deprecatione assidua et fervida in Eucharistiam et in Virginem Mariam pietate, non defatigata est in caritatis et doctrinae christianae bono semine serendo. Providentiae auxilio fisa numquam spem perdidit, ne temporibus quidem eius actioni apostolicae vitaeque eius Congregationis adversis.

Deum plus amavit quam se ipsam, utque in hoc progrederetur amore, semper attenta fuit et parata ad eius faciendam voluntatem, quam cognoscere nitebatur in silentio deprecationis et in veritatum aeternarum meditatione. Quo melius gratiae divinae responderet, se reprimebat, contra indolem suam, natura impotentem, repugnabat, quodvis peccati genus fugiebat, instrumentum fieri cupiebat obsequentes in dies in manibus Domini; cum - patientia incommoda et morbos ferebat, adversus omnes humilis erat.

Christi exemplum imitata, qui pro humani generis redemptione vitam dedit, singularem adhibuit curam de animarum salute et Ecclesiae unitate. Cum ardore operibus apostolicis et socialibus se dedidit pro iuventute, pauperibus, derelictis, aegrotis. Suis sororibus vera fuit mater, exornata prudentia et accuratione in eis spiritaliter formandis, in apostolica navitate regendis, admonendis et confirmandis in acerbitatibus inque animi demissionibus. Ceteroquin ipsa exemplo erat in consecratione munereque suo plene, diligenter, laetanter colendis, in votis religiosis et regula Instituti sui observandis.

Eiusmodi se gerendi ratio eam reddidit verum vitae religiosae exemplar eique hominum eius temporis aestimationem comparavit, qui magnas eius virtutes non admirari non poterant.

Post mortem fama sanctitatis, qua fruita erat viva, perrexit solidari et diffundi; quocirca Administrator Apostolicus Vilnensis, permissu obtento Sanctae Sedis ad normam M. P. *Sanctitas clarior,*

canonizationis causam inchoavit celebratione processus cognitionalis (annis 1976-1979), cuius auctoritas per decretum Congregationis pro Causis Sanctorum, die 25 mensis Novembris anno 1933 editum, agnita est. Praeparata positione, secundum normas inspectae sunt virtutes. Die 5 mensis Octobris anno 1990 exoptato cum exitu actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, praesidente Fidei Promotore Rev.mo D.no Antonio Petti. Patres Cardinales et. Episcopi, causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur, in Congregatione Ordinaria diei 4 mensis Decembris eiusdem anni, professi sunt Servam Dei Boleslavam Mariam Lament virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Boleslavae Mariae Lament, Fundatricis Congregationis Missionalium a Sacra Familia, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Ianuarii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

It. ✠ S.

SB Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 25 Maii 1991. — Metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensi Exc.mum P. D. Adamum Exner, O.M.I., hactenus Archiepiscopum Vinnipegensem.

die 28 Maii. — Praelatitiae Ecclesiae Cafayatensi R. P. Cyprianum García Fernández, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem territorialis Praelaturae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Hortanae, Exc.mum P. D. Iosephum Iesum Madera, M.Sp.iS., hactenus Episcopum Fresnensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Thomae Dimino, Ordinarii Militaris in Republica Foederata Americae Septemtrionalis.

die 31 Mai. — Metropolitanae Ecclesiae Sinus Albi Exc.mum P. D. Romulum García, hactenus Episcopum dioecesis Maris Platensis.

die 1 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Matamorensi R. D. Franciscum Xaverium Chavolla Ramos, moderatorem spiritus in seminario maiore dioecesis Tigiuanaënsis.

die 5 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mattianensi R. D. Franciscum Iosephum Bode, Parochum in urbe Fröndenberg, in archidioecesi Paderbornensi exstanti, quem constituit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Ioachim Degenhardt, Archiepiscopi Paderbornensis.

die 6 Iunii. •— Titulari episcopali Ecclesiae Edistianensi R. D. Ioannem Kreidler, Seminarii Maioris dioecesis Rottenburgensis-Stutgardiensis Rectorem, quem constituit Auxiliarem Exc.mi P. D. Valtheri Kasper, Episcopi eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Tacnensi Exc.mum P. D. Iosephum Hugonem Garaycoa Hawkins, hactenus Episcopum titulo Horaeensi et Auxiliarem Limanae Ecclesiae.

die 22 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquipendiensi R. D. Ioannem Styrna, parochum et vicarium foraneum in urbe Biecz, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Tarnoviensis.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Pensacolensi-Tallaseiensi, Exc.mum P. D. Ioannem M. Smith, hactenus Episcopum titularem Trium Tabernarum et Auxiliarem archidioecesis Novarcensis.

COLLATIO DIGNITATIS

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II

die 2 Iunii 1991. — Exc.mo P. D. Ignatio Tokarczuk, Episcopo Premisliensi Latinorum, archiepiscopalem dignitatem ad personam contulit.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit :

die 3 Decembris 1990. — Cathedrali Ecclesiae Hung Hoaënsi R. D. Iosephum Nguyen Phung Hieu, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae de Thai Binh Exc.mum P. D. Franciscum Xaverium Nguyen Van Sang, hactenus Episcopum tit. Sardanensem et Auxiliarem Hanoiensem, necnon Administratorem Apostolicum eiusdem dioecesis de Thai Binh.

die 21 Ianuarii 1991. — Episcopum Coadiutorem Exc.mi P. D. Francisci Vollaro Episcopi Ambatondrazakaënsis, R. P. Antonium Scappelliti, Ordinis Sanctissimae Trinitatis sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Kaviengensi R. P. Ambrosium Kiapseni, e Missionariis Sacratissimo Cordis Iesu, hactenus Administratorem dioecesanum eiusdem dioecesis.

— Episcopum Coadiutorem P. D. Ioannis S. R. E. Cardinalis Margéot, Episcopi Portus Ludovici, R. P. Mauritium Piat, Congregationis S. Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae sodalem.

die k Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Laghuatensi Exc.mum P. D. Michaelem Gagnon, e Missionariis Africae, hactenus Episcopum emeritum Gibutensem.

die 4 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Kaohsiungensi Exc.mum P. D. Paulum Shan, Societatis Iesu sodalem, hactenus Episcopum Hwalienensem.

die 15 Aprilis. — Titulari Ecclesiae Buduanensi R. P. Fabium de Jesus Morales Grisales, Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Sibundoyensem.

— Titulari Ecclesiae Canapitanae R. P. Michaelem Boyle, Congregationis Passionis Iesu Christi sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum Mandevillensem, novae erectionis in Iamaica.

NOMINATIO

Peculiari dato decreto, Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 5 Ianuarii 1991. — Vicarium Apostolicum Iquitosensem Exc.mum P. D. Iulianum García Centeno, Ordinis Fratrum S. Augustini sodalem, Episcopum tit. Girensem et hactenus Auxiliarem Iquitosensem.

ACTA TRIBUNALIUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECRETUM

Conceditur plenaria Indulgentia christifidelibus devote recitantibus hymnum *Acathistos* in ecclesia, aut oratorio vel in familia, in religiosa Communitate vel in pia Consociatione.

Mater Christi et Ecclesiae, Beatissima Virgo Maria, « in historiam salutis intime ingressa, maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat, dum praedicatur et colitur », ideoque « ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat » (Conc. Oec. Vat. II, Constitutio dogmatica *Lumen gentium,* n. 65).

Miram hanc Dei Genetricis virtutem, qua illuminatur et roboratur fides, necnon inflammatur devotio, semper quidem et ubique Ecclesia est experta, et pro gentium, linguarum, animorum sensuum diversitate et divitiis in precandi formulis et exercendi cultus ritibus expressit.

Age vero, inter tot christianae sapientiae documenta, quae simul artificia sunt pulchri splendore decora, eminet sublimis prorsus Bizantinae Liturgiae hymnus, qui ((Acathistos » audit, in quo prodigiali cuidam litterarii operis perfectioni cordis fervor et mysticae contemplationis acies copulantur.

Catholicitatis autem vi, Ecclesiae « singulae partes propria dona ceteris partibus et toti Ecclesiae afferunt, ita ut totum et singulae partes augeantur » *(Ibid.,* n. 13) quoad universa spiritalia Divinae largitatis munera : inde factum est ut laudatus hymnus « Acathistos » etiam apud fideles latini ritus, ultimis praesertim his annis, sparsus sit, et haud modico cum religiosae pietatis emolumento sive privatim sive publice usurpatus.

Ut autem pro merito firmetur et dilatetur laudanda haec introducta consuetudo, quam Summus quoque Pontifex Ioannes Paulus II suo exemplo promovit, in sollemnitate Annuntiationis Domini Anni Marialis 1988 publice hanc devotionis formam adhibendo, unde filialis

accrescit fidelium affectus erga Beatissimam « Theotocon », vinculum catholicae communionis inter fratres ad diversos ritus, sed ad unam eamdemque Ecclesiam pertinentes, solidatur, ipsa acuitur facultas percipiendae spiritalis venustatis, ad Deum Summam Pulchritudinem planantis iter, Paenitentiaria Apostolica devotae recitationi eiusdem hymni adnectendam plenariam Indulgentiam censuit eadem prorsus ratione qua recitationi Rosarii Marialis adnexa est, ita scilicet ut cuiuscumque ritus christifideli concedatur, sub suetis condicionibus, id est sacramentali confessione, eucharistica communione et oratione ad mentem Summi Pontificis, vi hymnum « Acathistos » recitet in ecclesia, aut oratorio vel in familia, in religiosa Communitate vel in pia Consociatione; partialis vero in aliis rerum circumstantiis (cfr. *Enchiridion indulgentiarum,* Concessio n. 48).

Hanc autem relatam sibi Apostolicae Paenitentiariae resolutionem SS.mus D. N. Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori nuper, die nempe 25 maii, concessa suprema sua Auctoritate adprobavit ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die 31 maii 1991, in festo Visitationis B. Mariae Virginis.

VILLELMUS card. **BAUM**
Paen. M.

L. ✠ S.

Aloisius De Magistris, *Regens*

In Paenit. Apost, tab., n. 86/91/1.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 17 Giugno 1991, S. E. il Signor SIEOU-JE HOANG, Ambasciatore della Repubblica di Cina presso la Santa Sede.

Giovedì, 20 Giugno 1991, S. E. il Signor MOHAMMAD MASJED JAM'EI, Ambasciatore della Repubblica Islamica d'Iran presso la Santa Sede.

Venerdì, 21 Giugno 1991, S. E. il Signor PAAVO KAARLEHTO, Ambasciatore di Finlandia presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Sabato, 25 Maggio 1991, il Dottor FRANJO TUDJMAN, Presidente della Repubblica di Croazia (Repubblica Socialista Federativa di Jugoslavia).

Martedì, 28 Maggio 1991, il Signor FRANTISEK MIKLOSKO, Presidente del Parlamento della Repubblica Slovacca (Repubblica Federativa Ceca e Slovacca).

Mercoledì, 12 Giugno 1991, l'On. Signor Dottor MILAN KUCAN, Presidente della Repubblica di Slovenia (Repubblica Socialista Federativa di Jugoslavia).

Venerdì, 14 Giugno 1991, S. E. il Signor EDUARDO DUHALDE, Vice-Presidente della Repubblica di Argentina e Presidente del Senato.

Giovedì, 27 Giugno 1991, S. E. il Signor RICHARD VON WEIZSÄCKER, Presidente della Repubblica Federale di Germania.

Da Sabato I° Giugno a Domenica 9 Giugno 1991 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Polonia.

Venerdì, 28 Giugno 1991, il Santo Padre ha tenuto Concistoro ordinario pubblico, nel quale ha aggregato al Collegio cardinalizio Ignatius Gong-Pin-mei, creato e riservato ((in pectore » nel Concistoro del 30 giugno 1979, Prete del titolo di S. Sisto, ed ha creato

Angelo Sodano, Prete del titolo di Santa Maria Nuova; Alexandra Todea, Prete del titolo di S. Atanasio ; Robert Coffy, Prete del titolo di S. Luigi Maria Grignion de Montfort ; Frederic Etsou-Nzabi-Bamungwabi, Prete del titolo di S. Lucia a Piazza d'Armi; Nicolás De Jesús López Rodríguez, Prete del titolo di S. Pio X alla Balduina; Antonio Quarracino, Prete del titolo di S. Maria della Salute a Primavalle; Roger Michael Mahony, Prete del titolo dei Ss. Quattro Coronati; Juan Jesús Posadas Ocampo, Prete del titolo di Nostra Signora di Guadalupe e S. Filippo martire in Via Aurelia; Anthony Joseph Bevilacqua, Prete del titolo del SS. Redentore e S. Alfonso in Via Merulana; Giovanni Saldarmi, Prete del titolo del S. Cuore di Gesù a Castro Pretorio ; Cahal Brendan Daly, Prete del titolo di S. Patrizio ; Camillo Ruini, Prete del titolo di S. Agnese fuori le Mura ; Jan Chryzostom Korec, Prete del titolo dei Ss. Fabiano e Venanzio a Villa Fiorelli ; Henri Schwery, Prete del titolo dei Ss. Protomartiri a Via Aurelia Antica; Georg Maximilian Sterzinsky, Prete del titolo di S. Giuseppe all'Aurelio ; Guido Del Mestri, Diacono di S. Eustachio ; Pio Laghi, Diacono di S. Maria Ausiliatrice in Via Tuscolana ; Edward Idris Cassidy, Diacono di S. Maria in Via Lata; José Tomás Sánchez, Diacono di S. Pio V a Villa Carpegna; Virgilio Noè, Diacono di S. Giovanni Bosco in Via Tuscolana; Fiorenzo Angelini, Diacono di S. Spirito in Sassia ; Paolo Dezza, Diacono di S. Ignazio di Loyola a Campo Marzio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

24 maggio 1991. L'Em.mo Signor Cardinale Achille Silvestrini, *Prefetto della Congregazione per le Chiese Orientali.*

4 giugno » S. E. mons. Giuseppe Leanza, Arcivescovo tit. di Lilibeo, *Pro-Nunzio Apostolico in Zambia e Malawi.*

21 giugno 199.1. S. E. mons. Giuseppe TJhac, Arcivescovo tit. di Tharros, *Segretario della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

1 luglio » L'Em.mo Signor Cardinale Angelo Sodano, *Suo Segretario di Stato.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Pio Laghi, *Prefetto della Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale José T. Sánchez, *Prefetto della Congregazione per il Clero.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Antonio Innocenti, *Presidente della Pontificia Commissione « Ecclesia Dei ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Camillo Ruini, *Suo Vicario Generale e Arciprete della Patriarcale Arcibasilica Lateranense.*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Virgilio Noè, *Arciprete della Patriarcale Basilica Vaticana, Vicario Generale per la Città del Vaticano e Presidente della Fabbrica di San Pietro.*

6 » » S. E. mons. Remigio Ragonesi, Arcivescovo tit. di Ferente, *Vicegerente di Roma.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

4 maggio 1991. La Sign.ra Chizuko Miura, *Membro del Comitato Internazionale del Pontificio Consiglio della Cultura.*

20 » » Le LL. EE. i monsignori : Vincenzo Fagiolo, Arciv. em. di Chieti-Vasto, *Presidente del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi;* Gilberto Agustoni, Arciv. tit. di Caorle; Joseph Mercieca, Arcivescovo di Malta; Emilio Eid, Vescovo tit. di Sarepta dei Maroniti ; Filippo Giannini, Vescovo tit. di Subaugusta; Julian Herranz, Vescovo tit. di Vertara, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

29 » » S. E. mons. Mark Joseph Hurley, Vescovo em. di Santa Rosa, *Consultore della Congregazione per l'Educazione Cattolica «.in aliud quinquennium».*

31 » » Il Sac. Hanna Alwan, dei Missionari Libanesi Maroniti, *Promotore di Giustizia Sostituto del Tribunale della Rota Romana.*

13 giugno » S. E. mons. Jorge Maria Mejia, Vescovo tit. di Apollonia, *Vice Presidente del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « in aliud quinquennium ».*

19 giugno 1991. P. Pietro Chiocchetta, M.C.C.I., *Consultore delia Congregazione delle Cause dei Santi «in aliud quinquennium».*

1 luglio » L'Avv. Gian Luigi Marrone, Giudice del Tribunale dello Stato della Città del Vaticano, *Giudice Unico nella Città del Vaticano.*

NECROLOGIO

3 giugno 1991. Mons. James J. Gerrard, Vescovo tit. di Forma.

11 » » Mons. George Henry Guilfoyle, Vescovo em. di Camden *(Stati Uniti d'America).*

12 » » Mons. Giovanni Battista Cesana, Vescovo tit. di Lettere.

15 » » Mons. Pietro Rossano, Vescovo tit. di Diocleziana.

18 » » Mons. Juli joñas Steponaviëius, Arcivescovo di Vilnius *(Lituania).*

20 » » Mons. Justo Goizueta Gridilla, Vescovo-Prelato em. di Madera *(Messico).*

24 » » Card. Franz Hengsbach, del titolo di Nostra Signora di Guadalupe a Monte Mario.

27 » » Mons. Roger Bourrât, Vescovo em. di Rodez *(Francia).*

An. et vol. LXXXIII 8 Augusti 1991 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatum Iosephum Moscati sanctum esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Videte.... vocationem vestram» *(1 Cor* 1, 26). Beatus Iosephus Moscati apparet nobis uti exemplar christiani laici. Medicus Primarius valetudinari!, investigator insignis, in Studiorum Universitate physiologiae et chemiae physiologicae professor, omni cum diligentia et intentione multiplicia est munia exsecutus, quae exercitium postulat harum laicarum professionum.

Ipsa tamen fides hanc eius curam modis notisque novis instruxit, quae laici vere christiani sunt propria. Quae notae, in eius vita, invicem cumulabantur, invicem sustinebantur, ita ut explerentur tamquam responsio ad vocationem hincque tamquam cooperatio consilio Dei praebita, quod creat et redimit.

Natura et vocatione Beatus Iosephus Moscati fuit imprimis et ante omnia medicus medens. In eo qui ante eum adstabat, personam videbat, hominem scilicet cuius corpus curatione indigebat, at etiam hominem cuius spiritus auxilio indigebat et solacio. Simul autem personare in animo suo sentiebat Christi verba haec : « Infirmus eram et visitastis me » *(Mt* 25, 36).

Iosephus Moscati natus est die xxv mensis Iulii anno **MDCCCLXXX** Beneventi estque die xxxi mensis Iulii eodem anno baptizatus.

Anno **MDCCCLXXXI** familia Moscati Anconam migravit, deinde Neapolim, ubi Iosephus primum Sanctam Communionem accepit die festo Immaculatae Conceptionis anno **MDCCCLXXXVIII.**

Die iv mensis Augusti anno **MCMIII** doctoris medicinae gradum adeptus est, omne punctum ferens. Mox mediastinus est nominatus ordinarius in Valetudinariis Copulatis Neapolitanis et postea Coadiutor extraordinarius in iisdem. Ab anno **MCMIV** ministerio Coadiutoris functus est in Nosocomio Insanabilium, Neapoli, et anno **MCMVI**, per Vesuvinorum ignium emptionem, suo ipsius animosissimo interventu iacentes in Valetudinario urbis « Torre del Greco)) appellatae ex periculo eripuit.

Anno **MCMXi** Liberam docendi Facultatem obtinuit Chemiam physiologicam; munusque accepit pervestigationibus scientiae et experimentorum moderandi in Instituto Chemiae biologicae. Ab anno **MCMXI** continenter docuit « Indagationes officinae ad Clinicen traductas » et « Chemiam ad medicinam traductam ». Anno **MCMXXII** adeptus est Liberam Facultatem docendi Clinicen Medicam generalem.

Non tamen solum nec praecipue dotes ingenii et exitus fecundi Beati Iosephi Moscati admirationem iniciebant iis qui ad illum aditum habebant; sed magis quam alia omnia eius persona alte commovebat qui incidebant in eum, necnon eius vita limpida et congruens, tota fide et caritate erga Deum et homines imbuta. Eius sententia fides et scientia inter se non repugnant. Tamquam investigator veritati serviebat; at veritas numquam secum pugnat, et eo minus cum iis, quae aeterna Veritas nobis revela vit. Ceteroquin acceptio Verbi Dei non fuit Beato simplex actus intellectus, abstrusus et theorieus; fides, contra, fuit ei totius vitae fons, acceptio absoluta, fervida e vehemens Dei personalis nostraeque cum eo necessitudinis.

Haec cum Deo necessitudo impulit eum ad nitendum pro parentibus, ad non exspectandum ut aegri ad se venirent, sed ad eos quaerendos in vicis pauperioribus et desertioribus urbis, ad eos gratuito curandos, immo ad iis subveniendum suis reditibus. Ita factus est apostolus Iesu : non praedicando, sed sua caritate et ratione qua suam medici exercuit professionem Divinum Pastorem nuntiavit, ad quem -homines duxit dolore pressos et veritatis ac bonitatis si tien tes.

Progredientibus annis amoris ignis visus est Beatum Iosephum Moscati urere ; industria externa continenter crescebat, sed simul horae quoque precationis multiplicabantur et gradatim Iesu Eucharistici salutationes familiariores fiebant. Cum, die xu mensis Aprilis anno

MCMXXVII, improviso mortuus est, quadraginta sex annorum, plena in navitate fractus, eius obitus nuntius significatas est et in ore omnium versatus his verbis : « Medicus sanctus est mortuus ».

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens fruebatur, post eius mortem aucta est, adeo ut, quadriennio vix praeterito, ordinariae inquisitiones apud Neapolitanam Curiam anno **MCMXXXI** inchoatae sint ac deinde, Commissione Introductionis Causae die vi mensis Martii anno **MCMiL** a Pio XII signata, Apostolicus Processus super virtutibus annis **MCML-MCMLii** rite instructus.

Peractis deinceps disceptationibus ex more neri solitis, Paulus VI die x mensis Maii anno **MCMLXXIII** edixit constare de virtutibus theologalibus et cardinalibus a Servo Dei Iosepho Moscati heroum in modum exercitis.

Exorta deinde quaestio est de miraculis et, absolutis in Congregatione pro Causis Sanctorum consuetis disputationibus, idem Pontifex die in mensis Octobris anno **MCMLXXV** declaravit a Deo certe duo miracula per intercessionem Venerabilis Famuli Dei patrata esse et mox die xvi mensis Novembris eiusdem anni sollemnem eius Beatificationem peregit.

Cum vero in dies augesceret beneficiorum numerus Beati Iosephi Moscati precibus a Christifidelibus acceptorum, Causae Actores unam sanationem elegerunt et Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt, ut eidem Beato sanctorum honores decernerentur.

Super huiusmodi mira sanatione processus in Neapolitana Curia archiepiscopali actus est annis **MCMLXXX-MCMLXXXVI.**

Servatis ex iure servandis et peractis disceptationibus circa hunc casum, de affirmativa sententia quoad sanationis indolem praeternaturalem certiores facti Nos miraculi veritatem declaravimus die viii mensis Maii anno **MCMLXXXVII.**

Fratribus Cardinalibus et Episcopis suffragantibus in Consistorio diei **XXII** mensis Iunii anni **MCMLXXXVII** congregatis, statuimus ut canonizationis ritus die xxv mensis Octobris eodem anno celebraretur.

Hodie igitur in foro Basilicam Sancti Petri Apostoli Vaticanam prospiciente, inter Missae sacrificium hanc sumus formulam elocuti : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Iosephum) Moscati

Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die vicesimo quinto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo septimo, Pontificatus Nostri decimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco © Plumbi
In Secret. Status tao. n. 278.862.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MELIPILLENSIS

In Chilia nova dioecesis conditur Melipillensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius Christifidelium spirituali bono provideretur, Venerabilis Frater Carolus Oviedo Cavada, Archiepiscopus Metropolita Sancti Iacobi in Chile, audita Conferentia Episcoporum Chiliae, ab hac Apostolica Sede postulavit ut a circumscriptione ecclesiastica sua perampio distracto territorio nova dioecesis constitueretur. Nos vero, de

omnibus particularibus Ecclesiis solliciti, favente quoque eidem rei Venerabili Fratre Iulio Einaudi, Archiepiscopo titulo Villamagnensi in Tripolitania, in eadem Natione Apostolico Nuntio, de Consilio Congregationis pro Episcopis, admotae postulationi libentes concedendum esse putamus. De plenitudine igitur Nostrae potestatis, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse id putant, quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Sancti Iacobi in Chile integrum separamus territorium, prout in praesens lege civili circumscribitur, municipiorum sermone patrio nuncupatorum : Melipilla, Maria Pinto, San Pedro, Alhué, Curacaví, San Antonio, El Tabo, Cartagena, Rocas de Santo Domingo, Navidad, Talagante, Peñaflor et El Monte, atque ex ita distracto territorio novam condimus dioecesim Melipillensem appellandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus municipia, quae memoravimus, nunc terminan tur. Sic conditae Ecclesiae sedem in urbe cui nomen « Melipilla » ponimus, episcopalis magisterii cathedram in paroeciali templo eadem in urbe exstante, Deo dicato in honorem Sancti Iosephi sponsi Beatae Mariae Virginis, quod ad cathedralis Ecclesiae gradum evehimus cuique insignia, privilegia honoresque tribuimus, quae ceterarum cathedralium Ecclesiarum sunt. Praeterea dioecesim Melipillensem suffraganeam facimus archidioecesi Sancti Iacobi in Chile eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Sancti Iacobi in Chile subicimus, iisdem iuribus, privilegiis, honoribus insignitum, atque oneribus obligationesque adstrictum, quae Episcoporum residentiam sunt propria, mandantes quoque ut quam primum ibi Consultorum Collegium constituatur qui Episcopo, consilio et opera, valido sint auxilio. Congruae insuper ac dignae Praesulis sustentationi provideatur emolumentis Curiae fideliumque oblationibus bonorumque portione, quae ad normam can. **122** C.I.C. a mensa archiepiscopali Sancti Iacobi in Chile obvenire debent ei. In iis autem quae respiciunt ad seminarii dioecesani aedificationem atque ad sacrorum alumnorum institutionem, praescripta serventur iuris communis, habita sane ratione normarum a Congregatione de Institutione Catholica editarum. Summo studio Vocationum opus foveatur ac provideatur simul ut selecti alumni sacrorum, philosophicis theologicisque imbuendi disciplinis, necnon sacerdotes quibus altiora studia complenda fuerint, Romam ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittantur. Quod quidem attinet ad novae dioecesis regimen, bonorum ecclesiasticorum administrationem, dioecesani administratoris, vacante sede, electionem fideliumque iura oneraque aliaque id genus, ad amussim serventur quae sacri canones praescribunt.

Atque simul ac erectio dioecesis ad effectum deducta fuerit, sacerdotes illi adscripti censeantur Ecclesiae in cuius territorio ecclesiasticum detinent officium, ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique tirones incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Praeterea acta et documenta quae respiciunt ad noviter erectam dioecesim eiusque fideles ac bona temporalia, a Curia Sancti Iacobi in Chile ad Melipillensem Curiam transmittantur cito. Insuper ad haec perficienda deputamus Venerabilem Fratrem Iulium Einaudi, quem diximus, vel, absente eo, illum, qui negotia curat Apostolicae Sedis in Chilia, eisdem tribuentes necessarias opportunasque facultates quemlibet alium delegandi virum, ad effectum de quo agitur, modo is sit in ecclesiastica dignitate constitutus, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis sincerum peractae exsecutionis exemplar mittendi. Has denique Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

£8 **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.286.

II

MANDEVILLENSIS

Vicariatus Apostolicus Mandevillensis intra Iamaicanae nationis fines constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praeteritis quidem temporibus fidei semen copiose in Iamaicano agro iactum uberes effudit segetes. Hanc igitur propter causam Decessores Nostri ecclesiastica instituta novis felicioribusque necessitatibus pro vide accommodarunt. Nos autem eorundem sectantes vestigia, ope-

ram Nostram sollicitam in illius dicionis progressum conferre cupimus. Itaque quidem auditis Antillarum Praesulibus idemque Congregationis pro Gentium Evangelizatione asseverantibus Patribus, de consilio quoque Venerabilis Fratris Emmanuelis Monteiro de Castro, Archiepiscopi titulo Beneventensis et iam in Iamaica Apostolico Pronuntio, Nostra suffulti Apostolica potestate, quae sequuntur statuimus et decernimus. Cum Iamaicana Civitas tres comitatus complectatur, Surrey scilicet ad meridiem, Middlesex in media Natione et Cornwall ad septentriones, in quoque comitatu placet missionales ecclesiasticas circumscriptiones adesse. In comitatu igitur quem Middlesex vocant, cum antea nulla fuerit, circumscriptionem missionalem constituimus, Vicariatum nempe Apostolicum Mandevillensem appellandum, qui tres, ut aiunt, paroecias civiles comprehendit, Manchester scilicet, Clarendon et Saint Elisabeth. Ponimus deinceps Pro-Cathedram Episcopi Vicarii Apostolici in ecclesia excitata ad honorem Sancti Pauli a Cruce, in urbe Mandeville sita. Hunc exinde Vicariatum provinciae ecclesiasticae Regiopolitanae in Iamaica aggregamus, cuius archidioecesis posthac quinque paroecias civiles complectetur, id est Saint Catherine, Saint Mary, Saint Andrew, Portland et Saint Thomas similiterque quinque dioecesis Sinus Sereni, scilicet Trelawny, Saint James, Hanover, Westmoreland et Saint Anne. Quae autem decrevimus expediet Apostolica Nuntiatura in Iamaica. Reliqua demum ad iuris normas peragantur, contrariis rebus minime obsistentibus. Ad extremum missionariorum Congregationis Passionis Domini Nostri Iesu Christi animos confirmare, quibus fidelium coetum istum libentes atque volentes committimus, unde communitas ipsa novensilis virentem florem consequatur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinta decima mensis Aprilis, anno Domini millesimo nogentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

©.ANGELUS **SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.751.

III

XINOTEGANA

Praelatura Xinotegana ad dioecesium ordinem provehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD f*ERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Praelatura Xinotegana, quam cognomini regione in Nicaragua Litteris Nostris «Libenti quidem» die xvin mensis Iunii anno MCMLXXXii constituimus, iam nunc videtur eo progressionis pervenisse, ut et digna iudicetur, quae in dioeceses ascribatur, Nos iure ac merito censemus eiusmodi preces a Conferentia Episcopali Nicaraguana Sanctae Sedi dudum adhibitas audiendas etiam esse. Quapropter, in idem consentiente respecta mente Venerabilis Fratris Pauli Giglio, Archiepiscopi titulo Tyndaritani atque in Nicaragua Nuntii Apostolici, de ipsa Congregationis pro Episcopis sententia, quam ratam facimus, deque potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute memoratam Praelaturam ad gradum honoremque dioecesis Xinoteganae evehimus, iisdem servatis finibus ipsius olim Praelaturae propriis eademque in urbe, quam « Xinotega » dicunt, dioecesana Episcopi sede sita, cuius praelaticium templum Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae dicatum ad dignitatem Cathedralis templi attollimus, ita ut et iuribus et privilegiis dehinc fruatur, quae ad cetera eiusdem ordinis templa pertinent. Novam nunc conditam dioecesim Metropolitanae Ecclesiae Managuensi suffraganeam confirmantes, metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore Managuensis subicimus Episcopum pro tempore Xinoteganum, cui honores insignia privilegia iuraque tribuuntur, onera etiam et officia imponuntur, quibus singulis astringuntur Episcopi dioecesani. Ut novae dioecesis Pastori, quem iam nunc Christifidelibus adstantem Xinoteganis Episcopum Praelatum Petrum Lisimacum Vílchez Vilchez confirmamus, auxilium praesens feratur in munere exercendo, Collegium Consultorum ad normam iuris communis constitui volumus, aut renovari, si ita expedit. Tum Curiae emolumentis ac Fidelium stipibus, tum alimentis ad Praelaturam hactenus pertinentibus ipse Episcopus nunc dioecesanus congrue sustentetur. De Seminarii dioecesani aedificatione, deque ephebis ibi instituendis vel formandis, ea serventur communi iure sancita, normae etiam a Congregatione de Institutione Catholica propositae retineantur. Selecti vero tirones, qui sint philosophicis et theologicis disciplinis plene instruendi, sicut sacerdotes quibus altiora fuerint

studia complenda, ii ad Pontificium mittantur Collegium Pium Latinum Americanum in Urbe situm. Utque ad suam dioecesim clerus loci pertineat, statuimus proprium novae Ecclesiae Xinoteganae eundem clerum illum habendum esse, qui Xinoteganae olim Praelaturae adscriptus iam esset. Quod dein ad dioecesis regimen, ad gestionem bonorum ecclesiasticorum, ad Administratoris dioecesani electionem sede vacante attinet, necnon ad onera iuraque Christifidelium, omnino standum est legibus canonice statutis. Ad ea denique ad effectum adducenda, quae hic iubentes decrevimus, memoratum deputamus Venerabilem Fratrem Paulum Giglio, necessariis et opportunis facultatibus factis, illa quoque eiusmodi officium delegandi alii viro in ecclesiastica dignitate constituto, onere addito curandi ut certum verumque de acta re litterarum exemplum Congregationi pro Episcopis cito mittatur. Quas Apostolicas Litteras Nostras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

¡¡B **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco 83 **Plumbi**
***In Secret. Status tab., n. 288.**224.*

IV

IUIGALPENSIS

Iuigalpensis Praelatura territorialis ad statum attollitur dioecesis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dilectis sane de Nicaraguae fidelibus haud semel cogitamus, quos videmus fide pietateque locupletes, et eos quamvis haud mediocribus premantur difficultatibus in evangelicis viis insistentes. Nos autem ecclesiastica instituta commodare annitimur felicioribus ibidem et prosperioribus condicionibus. Ideo postulante Nicaraguae Conferentia Episcopali, comprobante Venerabili Fratre Paulo Giglio, Archiepiscopo

titulo Tyndaritano atque in Republica Nicaraguensi Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, apostolica Nostra usi auctoritate, quae sequuntur decernimus et iubemus. Praelaturam territorialem Iuigalpensem ad gradum statumque dioecesis evehimus, quae iisdem scilicet terminatur finibus quibus antea ipsa praelatura. Huius dioecesis episcopalem sedem in urbe locamus quae ab istis incolis Juigalpa appellatur, atque Cathedralem Sedem in templo locamus quod B.M.V, in caelum Assumptae dicatur, congruentibus cunctis tributis iuribus. Nuper conditam dioecesim metropolitanae sedi Managuensi suffraganeam reddimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi illius Ecclesiae pro tempore subicimus. Consultores deligantur dioecesani ad iuris normam, qui consilio operaque Episcopi assint. Convenientem Praesulis sustentationem Curiae emolumenta procurabunt, fidelium oblationes bonaque quae antehac ad Praelaturam pertinuerunt. Ad sacrorum alumnorum institutionem iuris communis praescripta serventur, prae oculis habitis normis a Congregatione pro Institutione Catholica praestitutis. Quidam seminariorum alumni necnon sacerdotes in ecclesiasticis disciplinis imbuendi excolendive ad Pontificium Collegium Latinum Americanum Romam mittantur. Ubi Iuigalpensis dioecesis constituta erit eo ipso clerus quondam Praelaturae ad hanc dioecesim pertineat. Quod autem ad novae sedis regimen pertinet, bonorum curationem, Administratoris dioecesani, sede vacante, electionem, fidelium iura et officia, hisque similia, sacri canones serventur. Constituimus deinceps Venerabilem fratrem Paulum Antonium Vega Mantilla novae dioecesis Episcopum Ordinarium, quem videlicet a titulo Bononiensi expedimus. Ad ea explenda quae per has Litteras iussimus Venerabilem Fratrem legamus Paulum Giglio, quem antea memoravimus, factis necessariis convenientibusque facultatibus etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re tandem ad exitum perducta documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis sedulo mittantur, contrariis rebus quibuslibet minime obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

83 **ANGELUS SODANO**, *archiep.*
Prosecretarius Status

BERNARDINUS card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco ꠸ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 283.225.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei Serva Catharina Maria Drexel in Beatorum catalogum refertur.

IOANNES PAULUS PP. II

« Omnis qui est ex veritate audit vocem meam » *(Io* 18, 37). Verba haec Venerabili Dei Servae omnino conveniunt Catharinae Mariae Drexel, quae fidei lumine collustrata, omni ope veritates a Christo revelatas vivere contendit ipsarumque aequalibus suis strenuum reddere testimonium. Cuiusvis generis deinceps hominem et mulierem vel originis penitus ipsa intellexit Dei filios esse fruique idcirco eadem dignitate et aequabiliter coram societate pollere. Ut plane constat, Catharinae Drexel aetate Indi Americae et Nigri graves iniurias patiebantur, quae generis praeiudicio oriebantur. Hunc quem inspiciebat abusum depugnare strenue statuit atque omnem curam adhibere eundem ut tolleret. Evangelizationis suo in opere et humano progressu eadem peculiariter in scholis catholicis condendis constitit.

Discipula haec Christi fidelis Philadelphiae nata est in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis die xxvi mensis Novembris anno **MDCCGLvrii** Francisco Antonio Drexel, argentario celebrato eodemque philanthropo, atque Ioanna Langstroth. Illud docuerunt filiam parentes, divitias mutuo esse tantummodo datas et esse idcirco cum aliis participandas. Illius nationis cum iter in occidentalem regionem familia eiusdem faceret, Venerabilis Dei Serva Americanorum indigenarum denotavit miseram condicionem et calamitosam. Quod ipsa experta est, studium excitavit aliquid faciendi ut eorum condiciones allevarentur. Hac ex re sumpto initio, per totum vitae cursum statuit ipsa, suis nummariis adiumentis adhibitis, complures missiones missionariosque illius nationis sustinere. Prima igitur condita est ab ea schola S. Catharinae Sanctae Fidei in America Septentrionali (anno **MDCCCLXXXVII**), quae indis est destinata.

Cum conveniret quondam Leonem PP. XIII et ab eodem peteret missionarios, qui nonnullas missiones inter indos sustinerent ab ipsa nummis sustentatus, suasit Pontifex Catharinae Mariae admiratione quadam affectae, ut fieret ipsa missionaria. Spiritali moderatore adito, Episcopo scilicet Iacobo 0'Connor, se penitus Deo dicare constituit indis deserviendo et nigris Americae Septentrionalis itemque magnas

2. The recent Assembly of the Fédération of Asian Bishops' Conferences drew attention to conditions in Asia where "change is the most constant factor of (your) societies ... traditional values and attitudes are called into question".[2] In particular, the context in which you are called to evangelize is marked by light and darkness : a strong sense of family life and community, but also a dégradation of certam fundamental values, and sometimes a situation of widespread conflict which can foster violence and a loss of trust in politicai and social institutions. These are some of the characteristics of the "hour" in which the Lord of the harvest sends you into his vineyard.[3] As the Final Statement of the Assembly of the F ABC states : "God speaks to us from the travails and the progress of our countries, and bids us from the contemporary challenges of our world to renew our sense of mission".[4]

3. A fundamental challenge facing the Church in your country is that of giving a fresh impetus to the task of bringing the Christian message to society. What is needed is a deeper and more effective evangelizaron. You, more than anyone else, are aware of the vastness and urgency of this task, because you know the extent of the spiritual as well as the material needs of your people. This is a time for the whole Church in the Philippines to renew her fidelity to the Lord, to place her whole trust in him who alone gives supernatural effectiveness to the activities of ali those engaged in the pastoral ministry.

I am reminded of the exhortation which, in *Evangelii nuntiandi,* Pope Paul VI addressed to "ali those who, thanks to the charisma of the Holy Spirit and to the mandate of the Church, are true evangelizet" ; he urged them to "be worthy of this vocation, to exercise it without the réticence of doubt or fear, and not to neglect the conditions that will make this evangelization not only possible but also active and fruitful".[5] Among thèse conditions, he gave priority to the action of the Holy Spirit who is the soul of the Church, the

[1] *2 Thess* 1:3.
[2] Cf. *Final Statement,* 2.1.
[3] Cf. *Jn* 4:35.
[4] No. 3.0.
[5] No. 74.

principal agent of evangelization, the one who explains to the faithful the deep meaning of the teaching of Jesus and of his mystery, who places on the lips of the evangelizer the words he could not find by himself, and who prédisposes the soul of the hearer to be open and réceptive to the Good News and to the Kingdom.

I wish to encourage you and your Brother Bishops to continue to emphasize the transcendent mission of the Church, and not to allow your ecclesial communities to lose sight of the real nature of the Christian life, which Springs from communion with the Father and the Son and the Holy Spirit in the life of grace through participation in our Savior's Paschal Mystery.

4. Evangelization also dépends greatly on the evangelizers themselves, who must be genuine witnesses, capable of responding to the thirst for authenticity prévalent among people today. Paul VI reminded evangelizers that the world wants them to speak to it of "a God whom the evangelists themselves should know and be familiar with as if they could see the invisible".[6] How appropriate to the Church's life in your own country is Pope Paul's entreaty : "The world calis for and expects from us simplicity of life, the spirit of prayer, charity towards ali, especially towards the lowly and the poor, obédience and humility, detachment and self-sacrifice. Without this mark of holiness, our word will have difficulty in touching the hearts of modera man".[7]

The evangelizer is a servant of the truth about God, about man and his mysterious destiny, and about the world. He should not neglect to study this truth ; he should serve it generously, without making it serve him. Abo ve ali, the evangelizer should be filled with love for those to whom he is sent : a love that consists in transmitting the genuine truth of the Gospel and not doubts and uncertainties born of an érudition poorly assimilated; a love that respects the freedom of conscience and the spiritual situation of others but does not hesitate to engage them in serious dialogue concerning the deeper questions facing individuáis and society.

Now, fifteen years after *Evangelii nuntiandi* was issued, we cannot fail to be impressed by its continuing timeliness and relevance. I would recommend that when you reflect on your ministry you make

[6] ***Ibid.,* 76.**
[7] ***Ibid.***

that "Magna Charta" of the Church's evangelizing mission a necessary point of référence in relation to your personal responsibilities as Bishops and the responsibilities of your collaborator s in the pastoral care of the Churches entrusted to you. A more extensive application of its guidelines throughout the Church is surely necessary, so that "he who supplies seed to the jsower and bread for food will supply and multiply (our) resources and increase the harvest of (our) righteousness".[8]

5. In every country where the followers of différent faiths live side by side a great effort must be made to lay the solid bases of a peaceful and harmonious society. Some of you are pastors of communities which are in daily contact with followers of Islam. Inter - religious relations between the two communities are generally marked by friendship and coopération. I am pleased to know that opportunités for dialogue on matters of common interest and on religious thèmes are not lacking. I would encourage you to seek agreement with your Muslim brothers and sisters on the fundamental question of religious freedom. The foundation of mutual respect and understanding among those of différent religious beliefs lies in the right of every individual to freedom of conscience. Everyone has an inalienable right and a solemn duty to f olio w his or her upright conscience in seeking and obeying religious truth. Religious freedom is not a privilège but a requirement of human dignity.[9]

Düring my recent visit to Africa I expressed the conviction that : "Christians and Muslims can live in harmony and show their solidarity with one another in ali the joys, sorrows and challenges that mark the life of a locai community. As expérience in many parts of the world shows, religious différences of themselves do not necessarily disrupt life together. Indeed, Christians and Muslims ... can be partners in building a society shaped by the values taught by God : tolérance, justice, peace, and concern for the poorest and weakest".[10] This is a task and an objective for which you are called to work concretely and wisely in the interests of ail your fellow-citizens.

6. Before concluding this series of meetings with the Bishops of the Philippines I wish to express the Holy See's appréciation of

[8] *2 Cor* 9:10.

[9] Cf. *Dignitatis humanae,* 2.

[10] *Speech to Religious Leaders,* Dar-es-ßalaam, 2 September 1990, No. 4.

the humanitariam concern which moved your Government in the past to accept groups of Vietnamese boat-people seeking refuge. Over the past flfteen years, in line with its profoundly human and Christian traditions and in spite of the great bürden involved., your country has been generous in giving such refugees "first-asylum" hospitality. Until an overall and effective solution to the problemi of refugees is arri ved at, much human suffering will need to be alleviated. It is my hope that, notwithstanding the difficulties involved, also at the international level, the Philippine Government will continue, where possible, to respond to this tragedy with a sensé of universal brotherhood and moral responsibility. I am fully appréciative of what your Episcopal Commission on Migration and Tourism has done in this regard.

7. Dear Brother Bishops, as you prepare to return to your Diocèses I give thanks to God for the life and ministry of your priests, for the witness and work of the men and women Religious, for the faith and commitment of the laity. I encourage you in your efforts to provide high standards of formation in seminaries, religious houses and centers for the préparation of lay Christian leaders. Nothing of lasting value can be achieved without true knowledge of the faith and adequate religious instruction, capable of responding to the increasingly complex realities of the modern world. The renewal of mission is a challenge for ali the members of the Church. Let us pray to the Lord for the whole Church in the Philippines that Saint Paul's exhortation may be fulfilled in you : "Never flag in zeal, be aglow with the Spirit, serve the Lord. Rejoice in your hope, be patient in tribulation, be constant in prayer".[11] May Mary, Mother of the Church, obtain this for you through her loving intercession with Jesus her Son.

[11] *Rom* 12:11-12.

NUNTIUS GRATULATORIIS

Venerabili Fratri Nostro Marcello S.R.E. Presbytero Cardinali González Martín, Archiepiscopo Toletano.

Benevolentiae fraternaeque Nostrae dilectionis magnitudo erga te, Venerabilis Frater Noster, duplicatur nunc, immo fere in immensum crescit, quinquagesima instante sacerdotii tui anniversaria memoria. Gratulanti proinde mente has conscribimus Litteras, quibus volumus saltem ex longinquo cum Toletano grege tuo coniungi, ut cum eo diligentem industriamque operam tuam dilaudemus, navitatis tuae merita plurima illustremus; non ergo e manibus, sed ex animo Nostro ipso accipies hanc gratulantem epistulam vocis Nostrae interpretem.

Probe novimus quantas laudes boni pastoris, constantis amici, fidelis magistri tibi cumulaveris praesertim apud Toletanam communitatem, cui sacerdotale atque episcopale opus tuum summa cum diligentia etiamnunc devo ves. Sed inde ab anno **MCMLX**, electus Episcopus Asturicensis, eximia tua caritate omnium aestimationem tibi concilia veras.

Anno **MCMLXVii** Barcinonensis Archiepiscopus es constitutus; quattuor post annos, ad Toletanam Sedem translatus, peritiae prudentiamque tuae clara praebuisti specimina : quare iam anno **MCMLXXIII** Paulus VI rec. mem. te in Patrum Cardinalium Collegium asciscere voluit.

Pastoralem actionem tuam considerantes, Nos iuvat profecto in luce ponere singulariter navam quam posuisti operam, ut sacerdotum, religiosorum religiosarumque curam ageres, et quidem prospero cum rerum eventu, sicut florida testantur Seminaria Maiora et Minora in tua archidioecesi. Novimus praeterea faustum sacerdotii tui iubilaeum te esse celebraturum electa novorum presbyterorum manu circumdatum : quod sane cor Nostrum vehementer laetificat.

Multa alia in laudem tuam recidentia missa facientes, commemorare tandem volumus renovatam, te moderante, pastoralem pro iuvenibus, pro familiis, pro derelictis, pro iis omnibus qui aliquid acerbitatis ob rerum eventus passi sunt vel patiuntur, ad mentem sane Concilii Vaticani II accommodatam.

Est ergo quod gaudeas, Venerabilis Frater Noster, Nos tecum.

Quo vero gaudia tua sint maiora, Apostolicam Benedictionem caritatis Nostrae signum, Dei gratiae pignus, tibi impertimus, Auxiliari tuo, clero et Christifidelibus omnibus tuo moderamini concreditis.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Maii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

NIVERNEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Ioannis Baptistae de Laveyne, Sacerdotis professi O.S.B., Fundatoris Congregationis Sororum Caritatis et Instructionis de Nevers (1653-1719).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Teneas te apud Iesum vivens ac moriens, et illius fidelitati te committe, qui omnibus deficientibus solus te potest iuvare. Dilectus tuus talis est naturae ut alienum non velit admittere, sed solus vult cor tuum habere et tamquam rex in proprio throno sedere. Si scires te bene ad omni creatura evacuare, Iesus deberet libenter tecum habitare » *(De Imitatione Christi,* II, VII, 2).

Quam bonum et salutare sit Deum corde libero omni immoderato rerum creatarum studio amare, bene intellexit etiam Servus Dei Ioannes Baptista de Laveyne qui, mundi inanibus relictis, solius esse voluit Domini Iesu, silentii, contemplationis, neglectionis sui, sedulae animarum et caritatis in pauperes viam sequens.

Servus Dei mense Augusto anno 1653 natus est in urbe *Saint-Saulge,* intra dioecesis Nivernensis fines, a Petro de Laveyne et Ioanna Gourleau, bene de rebus domesticis constitutis et magna instructis fide. Die 11 mensis Septembris eodem anno baptismum accepit. Ludos frequentavit in urbe ubi natus est et deinde in ephebeo Patrum Societatis Iesu Niverni. Cum statuisset monachus fieri benedictinus in

prioratu urbis *Saint-Saulge,* Abbatiae S. Martini Augustodunensis subiecto, die 11 mensis Octoris vestem religiosam sibi induit anno 1668 et die 31 mensis Decembris insequentis anni monachicam fecit professionem. Post theologiae studia Lutetiae Parisiorum peracta, est sacerdos ordinatus, mense Augusto anno 1676. Deinde aliquamdiu moratus est in prioratu Cluniacensi Sancti Salvatoris Nivernensis, ut se ad sui ministerii exercitium praepararet; postmodo ad suum pervenit beneficium praefecti templi prioratus urbis *Saint-Saulge* : qui prioratus erat unum habens monachum, praefectum scilicet templi, qui munere fungebatur sacerdotis adiutoris paroeciarum regionis illius. Iuvenis monachus, ad artes propensus, solidae formationis expers nec vita fultus communitatis et insuper secum habens clericos saeculi more viventes, coepit vitae religiosae prolapsae et tepidae indulgere, non tamen intemperate. Annos ferme 25 natus motus est faceta parochi nota, qui conclave viso Servi Dei, ei dixit : « Non tam bene Sancto Benedicto erat Sublaquei ». Exinde de sua vita coepit recogitare; meditandi causa apud Benedictinos Augustodunenses se recepit statuitque silentio, deprecationi, paenitentiae et apostolatui se dedere. Vixit a mundo remotus, incumbens multa cum sedulitate in sua monachica et sacerdotalia munia atque in populi pastoralem curam, praesertim iuvenum. In vicis proximis constituit etiam coetus apostolicos, qui humiles loci agrícolas docerent, plerumque illitteratos et parum religionem colentes, et operibus misericordiae adiuvarent. Ut miseriis mederetur ortis ex bellis, ab anno 1680 aliquot congrega vit puellas, quae de pauperibus curam adhiberent in domibus, de aegrotis in valetudinariis, de puellis educandis deque mulierum institutione catechetica. Ita exorta est Congregatio Sororum Caritatis et Institutionis Christianae Nivernensis, cui ipse spiritaliter moderatus est magna cum prudentia et diligentia. Sub vitae exitum fuerunt ei res adversae experiendae, obque varias calumnias passus est : suspiciones malévolas, iniustas Iansenianae doctrinae accusationes et, anno 1718, potestatis confessiones audiendi et praedicandi ademptionem. In hac persecutione, patienter tolerata, animam Deo reddidit die 5 mensis Iunii anno 1719.

His, qui eum cognoverant, memoriam reliquit « magni Dei Servi », qui egregie contemplationem temperaverat cum industria caritate pro proximo indigenti, et ad altum perfectionis gradum pervenerat in Christi imitatione. Putamus hoc iudicium consentaneum esse veritati; etenim, post «conversionem», si sic vocari potest, per quadra-

ginta annos constanter progressus est in virtutum exercitio, etsi difficultatibus districtus, non levibus.

Fide ductus, Dei voluntatem est nisus cognoscere, ut eam semper faceret prompte et diligenter. Animo cum Christo Iesu coniunctus fuit per attentionem mentis, Sacrarum Litterarum meditationem, precationem, piam Liturgiae Horarum et Sacrorum celebrationem. Erga Eucharistiam peculiarem coluit pietatem, unde manifesto cum fervore Missam celebrabat et multum temporis insumebat in adoratione Sacramenti, quod in altari asservatur. Filii amore Virginem Mariam dilexit, quam vitae exemplar ad imitandum proposuit Sororibus, quas ipse condiderat. Sincere et sine exceptione est Ecclesiae magisterio assensus, omnem vitando doctrinae errorem et disciplinae, sicut eius scripta abundanter ostendunt.

Deum amavit omnibus viribus nec aliud cupivit, quam pro gloria Dei laborare et eius regni aedificatione in terris. Quod efficacius hoc persequeretur conatum tam egregium, ad continuam deprecationem adiunxit sui castigationem, paenitentiam, paupertatem et accurate omne fugit genus peccati et vitii. Cum spem suam in Domino colloeasset et in auxilio Providentiae, patiens fuit in acerbitatibus, fortis in rebus adversis, tranquillus in indignitatibus. Coniunctio cum Deo eius in proximum amorem aluit, cui multum profuit exemplo vitae suae et ministerio, praesertim confessionum, moderationis spiritalis et per conditum Institutum operibus caritatis deditum. Cum perseverantia et laetitia vota monachica observavit atque in omnibus suis actibus summa cum prudentia et iustitia se gessit.

Has ob causas etiam vivus fama sanctitatis est fruitus, et post mortem perrexit memoria teneri ob eminentium virtutum exemplum. Canonizationis Causa tamen, ob rationes ad eam non pertinentes, tardius est inchoata, nempe post beatificationem (anno 1925) Mariae Bernardae Soubirous, quae Congregationis a Servo Dei conditae nos pulcherrimus est. Processus ordinarius informativus celebratus est apud curiam episcopalem Mvernensem ab anno 1935 ad annum 1938. Commissa Causa Officio Historico Sacrae id temporis Congregationis Rituum, sedulo sunt inquisita instrumenta ad Servum Dei spectantia. Anno 1976 editum est decretum « super scriptis », eidem Servo Dei tributis, et anno 1979 decretum de auctoritate memorati processus ordinarii. Interea, die 26 mensis Aprilis anno 1978, acta est Sessio Consultorum Historicorum. Perfecta *Positionis* praeparatione, die á mensis Maii anno 1990 faventi cum exitu habitus est Congressus Pe-

culiaris Consultorum Theologorum, praesidente Fidei Promotore Rev.mo Domino Antonio Petti. Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 5 mensis Februarii anni 1991, Causae Ponente Exc.mo Domino Paulino Limongi, Archiepiscopo titulari Nicaeensi in Haemimonto, agnoverunt Servum Dei Ioannem Baptistam de Laveyne heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ioannis Baptistae de Laveyne, sacerdotis professi O. S. B., Fundatoris Congregationis Sororum Caritatis et Instructionis de Nevers, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. « S.

6B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

VILNEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Boleslavae Mariae Lament, fundatricis Congregationis Sororum Missionalium a Sacra Familia (1862-1946).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Boleslava Maria Lament in oppido orta est patrio sermone *Lowicz* appellato, intra archidioecesis Varsaviensis fines, die 3 mensis Iulii anno 1862. Iuvenis, vestifica fuit, sed ad vitam omnino Domino consecratam vocatione animadversa, in Congregationem Familiae Mariae introivit, e qua postea, de confessarii sententia, discessit, sua vocatione cognita clarius. Varsaviae magnam apostolatus et beneficentiae in locis pauperioribus explicavit industriam. Cum Mogilaviam, Bielorussiae urbem, migrasset, ut catholicorum sustineret fidem et orthodoxos ad unicum Christi gregem revocaret, ad hoc assequendum propositum. Congregationem Sororum Missionalium a Sacra Familia anno 1905 instituit, cui est, tamquam Antistita, prudenter moderata, in magnae difficultatis condicionibus, siquidem Ecclesia catholica in Russia opprimebatur. Anno 1907, una cum communitate Petroburgum se contulit, ubi alacriter operam navavit catechesi tradendae, auxilio ferendo, educando. Condicionibus publicis in peius mutatis, ad redeundum in Poloniam inducta est una cum Sororibus sodalibus. Non paucis superatis difficultatibus Congregatio ibi suam habuit sedem et notabile incrementum.

Anno 1935 Venerabilis Serva Dei munus Antistitae Generalis deposuit et est in *Bialystolc* missa. Ibi, quamvis incommoda uteretur valetudine, in amplum apostolatum incumbere perrexit pro populo proque suo Instituto, donec meritis exornata et sancta habita pie est vita defuncta die 29 mensis Ianuarii anno 1946.

Rebus peractis, quae iure praescribuntur, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 22 mensis Ianuarii anno 1991 Matrem Boleslavam Mariam Lament declaravit virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Causae canonizationis Actores, ad Beatificationem Venerabilis Servae Dei obtinendam, Congregationi de Causis Sanctorum inspiciendam proposuerunt assertam miram sanationem Sororis Adae Hedvigis Tobiaszewska, Congregationis Sororum Missionalium a Sacra Familia sodalis, eadem Venerabili Serva Dei deprecante patratam. Haec Religiosa, missionaria in Zambia, in autocinetum incidit, dum bicyclum automatarum agebat. Calvam fregit et ossa narium — quae fracturae cito convaluerunt — et brachium sinistrum, cui est instrumentum gypseum impositum. Hoc dempto instrumento, manus sinistra acerbis doloribus affici coepta est et motus deminutione. Quoniam fractura vitiose coaluerat, sectio facta est, ut deformatio corrigeretur. Sed post sectionem integra manus et brachii paralysis exstitit, cui adiungebantur procedens auctus doloris, membri inflatio et notabiles throphicae perturbationes. Aegra est in Poloniam relata, ubi repertae sunt etiam vertebrarum in cervicibus et dorsualium fracturae, quas est secuta plexi arteriarum contusio. Aliae excogitatae sunt rationes morbum dissolvendi, in quibus sinistrae manus amputatio.

Hac condicione ingravescente considerata, cum curatio ad id tempus adhibita invalida apparuisset et prognosi quoad valetudinem valde esset suspensa, aegra et Sorores sodales cum fiducia Dei auxilium exquisierunt per intercessionem Venerabilis Servae Dei Boleslavae Mariae Lament, et die 18 mensis Novembris anno 1972, subito, perfecte et perpetuo Soror Ada sanata est a « paralysi ischaemica extrema brachii et sinistrae manus, gravibus demutationibus throphicis coniuncta, in persona sectionem passa ad corrigendum aptam per appositionem mitellae ab Esmarch denominatae, ob manus articuli fracturam, qui vitiose coaluerat, multa vulnera secutam in via accepta».

De hoc casu, anno 1983 Curia archiepiscopalis Vilnensis in *Bialystoh* Processum canonicum instruxit, cuius auctoritas die 8 mensis Maii anno 1987 est agnita. Asserta mira sanatio, die 21 mensis Martii anno 1991, exitu cum secundo est a Consilio Medicorum huius Congregationis inspecta, quod est professum hanc sanationem pro hodiernis scientiae cognitionibus explicari non posse. Dein est theologica facta inquisitio. Die 19 mensis Aprilis anno 1991 Consultorum Theologorum Congressus est actus, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Dominus Antonius Petti ; postea, die 10 mensis Maii eiusdem anni, habita est Cardinalium et Episcoporum Congregatio Ordinaria, Causae Ponente Em.mo Cardinali Andrea Maria Deskur. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio num de mi-

ráculo constaret divinitus patrato, responsum est prolatum affirmativum.

Facta demum de praefatis rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super eadem mira sanatione decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo patrato, intercedente Ven. Serva Dei Boleslava Maria Lament, Fundatrice Congregationis Sororum Missionalium a Sacra Familia, videlicet de subitanea, perfecta ac duratura sanatione Sororis Adae Hedvigis Tobiaszewslca a «.paralisi ischemica periferica dell'avambraccio e mano sinistra con gravi alterazioni trofiche, in soggetto sottoposto ad intervento chirurgico correttivo con applicazione di fascia di Esmarch per frattura del polso viziosamente consolidatasi, a seguito di politraumatismo stradale ».*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri praecepit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L . S S.

£B Eduardus Nowak, archiep. tit. Lünen.,
a Secretis

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

LATINENSIS-TERRACINENSIS-SETINAE-PRIVERNENSIS ET ALBANENSIS

DECRETUM
de finium mutatione

Ad uberius praesentis aetatis Christifidelium spirituali bono consulendum atque locorum Antistitum pastoralem actionem efficaciorem reddendam, iuxta normas a Decreto Concilii Oecumenici Vaticani II « Christus Dominus » n. 23 exaratas, Exc.mus P. D. Dominicus Pecile, Episcopus Latinensis-Terracinensis-Setinus-Privernensis, atque Exc.mus P. D. Dantes Bernini, Episcopus Albanensis, postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur, iidemque cum limitibus civilibus municipiorum convenirent.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Poggi, Archiepiscopi titularis Forontonianensis et in Italia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum saluti profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia PP. II, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Proinde, hoc Decreto, valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur, lingua vernacula, decernit :

— vengono annesse alla diocesi di Latina-Terracina-Sezze-Priverno, distaccandole dalla diocesi di Albano, le seguenti parrocchie :

S. Francesco d'Assisi, sita in 04010 Latina, Borgo Bainsizza;
S. Maria Goretti, sita in 04010 Latina, Borgo Le Ferriere;
SS. Annunziata, sita in 04010 Latina, Borgo Montello;
S. Maria, sita in 04010 Latina, Borgo S. Maria;

— viene annessa alla diocesi di Albano, distaccandola dalla diocesi di Latina-Terracina-Sezze-Priverno la parrocchia di :

S. Pietro in Formis, sita in 04010 Campoverde, frazione del Comune di Aprilia (Latina), Via Pontina Vecchia.

Statuit quoque eadem Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum, ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias illas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefatorum territoriorum, clericos, fideles et bona temporalia forte respicentia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum officium legitime detinent; ceteri sacerdotes, clerici, seminariique trones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio habent domicilium.

Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est, iusta de causa, rationibus perpensis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec perficienda Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum P. D. Aloisium Poggi, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis Martii anno 1991.

£B BERNARDINUS card. G **ANTIN,** *Praefectus*

L.S S.

£B Iustinus Rigali, *a Secretis*

In Congr. pro Episcopis tab., n. 616/89.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus PP. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 18 Maii 1991. — Cathedrali Ecclesiae Suessanae, R. D. Augustinum Superbo, e clero dioecesis Andriensis, hactenus Pontificii Seminarii Apuliae Rectorem.

die 1 Iunii. — Auxiliarem Exc.mi P. D. Caroli González, Episcopi Talcensis, constituit Exc.mum P. D. Alexandrum Goic Karmelic, Episcopum titularem Africanum, hactenus Auxiliarem Sanctissimae Conceptionis.

die 4 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Vercellensi, R. D. Tharsicium Bertone, S.D.B., hactenus Pontificiae Studiorum Universitatis Salesianae Rectorem.

die 8 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mididitanae, R. D. Aloisium Gleisner Wobbe, e clero Praelaturae personalis Sanctae Crucis et Operis Dei, quem constituit Auxiliarem dioecesis Rancaguensis.

die 6 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Victorianensi, R. D. Caesarem Nosiglia, e clero dioecesis Aquensis, hactenus officio catechesi provehendae apud Conferentiam Episcoporum Italiae praepositum, quem Romanae dioecesis Auxiliarem deputavit.

die 8 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamazenensi, R. D. Raimundum E. Goedert, e clero archidioecesis Chicagiensis et Vicarium episcopalem pro Clericis eiusdem archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iosephi Ludovici S.R.E. Cardinalis Bernardin, Archiepiscopi Chicagiensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Halifaxiensi Exc.mum P. D. Augustinum-Aemilium Burke, hactenus Episcopum Yarmuthensem.

die 16 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Foromartiniensi Exc.mum P. D. Aloisium Hectorem Villalba, hactenus Episcopum titularem Aufenensem et Auxiliarem Bonaèrensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nepesinae, R. D. Philippum Bacarreza Rodríguez, e clero archidioecesi Sancti Iacobi in Cile, hactenus Congregationis de Institutione Catholica Officialem, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Sanctissimae Conceptionis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, I° Luglio **1991**, S. A. Em.ma **FRA ANDREW BERTIE**, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

Martedì, **2** Luglio **1991**, **F** On. Signora **JNGA GREBESHEVA**, Vice-Presidente del Consiglio dei Ministri e TOn. Signor V. **KALIN**, Ministro della Sanità, della Repubblica di Russia (URSS).

Giovedì, **4** Luglio **1991**, S. E. il Signor **ROBERT GABRIEL MUGABE**, Presidente della Repubblica di Zimbabwe.

Giovedì, **4** Luglio **1991**, S. E. il Signor **YLLI BUFI**, Primo Ministro di Albania.

Venerdì, 5 Luglio **1991**, S. E. il Signor **VIKTOR VALKOV**, Vice-Primo Ministro e Ministro per gli Affari Esteri della Repubblica di Bulgaria.

Martedì, **9** Luglio **1991**, S. E. il Signor **CARLOS SALINAS DE GORT ARI**, Presidente della Repubblica Messicana.

Sabato 6 luglio 1991 si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

20 luglio 1991. S. E. mons. Francesco Canalini, Arcivescovo tit. di Valeria, *Nunzio Apostolico in Ecuador.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

13 giugno 1991. S. E. mons. Attilio Nicora, Vescovo tit. di Fornos Minore; S. E. mons. Youssef Ibrahim Sarraf, Vescovo di Le Caire dei Caldei; Mons. Elias Jarawan; Mons. José Luis Gutiérrez; Mons. Joseph

Prader; Eev.do Dimitrios Salaehas; P. Clarence Callagher, S.I. ; P. George Nedungatt, S.I.; P. Sofronio Mudryj, O.S.B.M.; Prof. Giuseppe Dalla Torre; Prof. Garl Gerold Fürst; Prof. Onorato Bucci, *Consultori del Pontificio Consiglio per r Interpretazione dei Testi Legislativi.*

13 giugno 1991. S. E, mons. Francis John Spence, Arcivescovo di Kingston; S. E. mons. Adam Joseph Maida, Arcivescovo di Detroit; S. E. mons. Jean-Baptiste Ama, Vescovo di Sangmélima; S. E. mons. John Richard Keating, Vescovo di Arlington; P. Abate Vicktor Dammertz, O.S.B. ; Mons. Luis Antonio Alessio; Mons. Amadeo De Fuenmayor Ohampin; Mons. Ellsworth Kneal; Mons. Hugo Schwendenwein; Rev.do Jozef Krukowski; Rev.do Jean Thorn; Rev.do Lawrence Wrenn; Rev.do Pier Giorgio Marcuzzi, S.D.B.; P. Andrea Boni, O.F.M.Conv.; P. José Manuel Castaño Fernández, O.P.; P. Velasio De Paolis, O.S. ; P. Giuseppe Di Mattia, O.F.M. Conv. ; P. Francis Morrisey, O.M.I.; P. Bruno Primetshofer, C.SS.R.; P. Francisco Javier Urrutia, S.I. ; Suor Giuliana Accornero, F.M.A. ; Suor Mercedes Codorniu, A.S.C. ; Suor Jeanne de Charry, S.S.C.I.; Prof. Alberto de la Hera; Prof. Giorgio Feliciani; Sig.ra Adele Messina Zannoni, *Consultori del Pontificio Consiglio per l'Interpretazione dei Testi Legislativi «in aliud quinquennium».*

9 luglio » L'Em.mo Signor Cardinale Alfonso Lopez Trujillo, *Membro della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

12 » » P. Marco Brogi, O.F.M., *Sotto-Segretario della Congregazione per le Chiese Orientali.*

NECROLOGIO

28 giugno 1991. Mons. Atilano Vidal, Vescovo di Santa Rosa *(Argentina).*

7 luglio » Mons. Rafael Maria Nze Abuy, Arcivescovo di Malabo *(Guinea Equatoriale).*

9 » » Card. José Salazar López, del titolo di Santa Emerenziana a Tor Fiorenza.

12 » » Mons. Francis John Mugavero, Vescovo em. di Brooklyn *(Stati Uniti d'America).*

17 » » Mons. Giuseppe Gargitter, Vescovo em. di Bolzano-Bressanone *(Italia).*

An. et vol. LXXXIII 10 Septembris 1991 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatum Richardum Pampuri Sanctum esse decernitur et definitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Si non vultis in ista eremo siti mori, bibite caritatem. Fons est quem voluit Dominus hic ponere, ne deficiamus in via » (S. **AUGUSTINI,** *Tract, in Epistulam primum S. Ioannis,* VII, 1).

Ex hoc salutari fonte etiam Beatus Richardus Pampuri sitim explevit, qui Evangelii praecepta exsequendo ((consummatus in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum » *(Sap* 4, 13-14). Ortus est is in pago Trivolzio die **II** mensis Augusti anno **MDCCCIIIC** (intra fines provinciae Ticinensis). Postridie baptizatus est et nomina ei sunt indita Herminius Philippus.

Puer ambobus orbatus parentibus, est avunculis concreditus Augustae Taurinorum sedem habentibus, a quibus est christiana educatione instructus. Pueritiam egit et iuventutem eximio modo, studio et apostolatus operibus se dedens. Anno **MCMXV** ordini studiorum medicinae nomen dedit apud Universitatem Ticinensem. Totius mundi priore bello stipendia meruit in valetudinario militibus sauciatis curandis, quibus magno fraterno amore assedit. Anno **MCMXXI** medicinae et chirurgiae lauream meritus est omne punctum ferens, et paulo post nominatus vici Morimondo, in provincia Mediolanensi, medicus. Ibi sex mansit annos, tutam ostendens professionis peritiam et multam de aegrotis curam, quibus quoad corpus et spiritum consulere nitebatur.

Pauperes praesertim eius abstinentem et liberalem caritatem experti sunt. Illius loci parochi praestans fuit cooperator, Circuli Iuvenilis Actionis Catholicae praeses, Commissionis missionariae paroeciae secretarius. Volens alios quoque adiuvare ad iter faciendum christianae perfectionis, spiritalium exercitationum cursus apparabat pro iuvenibus et illius regionis operariis.

Vocationem ad vitam consecratam sequens, quam ab adolescentia animadverterat, anno **MCMXXVII** novitiatum ingressus est Ordinis Hospitalarii S. Ioannis de Deo, Brixiae, nomenque cepit Fratrem Richardum. Vota religiosa paupertatis, oboedientiae, castitatis et hospitalitatis mense Octobri anno **MCMXXVIII** nuncupavit. Tribus vitae religiosae annis, vestigiis insistens Conditoris Sancti Ioannis de Deo, multa cum perfectione Regulam sui Ordinis observavit eminuitque meditatione et vita interiore. Angelus solacii fuit aegrotis, vitae exemplar fratribus sodalibus, medicis et valetudinarii administris incitamentum ad bonum, sicuti et iis, qui tabernam medicinae dentium exercendae adibant, quam is regebat. Cum simplicitate, perseverantia et ardenti caritate conatus est coniuncte cum Christo vivere, per assiduam deprecationem, pietatem erga Eucharistiam et Virginem Mariam, diligentem omnium suorum medici et religiosi munium effectionem. Semper in fidei lumine ambulavit et Dei verbum norma fuit eius cogitationum et actionum. Iam cum laicus erat officium sensit et necessitatem inducendi, per vivum simplex et apertum testimonium, spiritum evangelicum in familias, in scholas, in provinciam laboris ad omnia in Christo instauranda. Medicinam putavit et exercuit uti instrumentum, quo Christo serviretur in homine patiente et simul veris operibus fraterni amoris et fidei impulsus supernaturalis exprimeretur. Ita professionis medicae exercitium animoso et congruenti testimonio fidelitatis erga Deum et Ecclesiam accommodavit.

Imbecillior valetudine, per bellum in pleuritidem cecidit, ex qua numquam perfecte convaluit. Arteriae asperae pulmonumque inflammatione correptus, pie Mediolani obiit calendis Maiis anno **MCMXXX,** trium et triginta annorum, longe lateque ac firmiter sanctus habitus.

Huius fi d (dis Christi discipuli sanctitatis fama post mortem increbuit ; qua re apud archiepiscopalem Curiam Mediolanensem canonizationis Causa inchoata est. Praescriptis canonicis Processibus celebratis et exitu cum prospero explorationibus theologicis perfectis de virtutibus deque duobus miris sanationibus, eius deprecationi tributis, Ipsi Nos sollemnis Beatificationis die iv mensis Octobris anno **MCMLXXXI** egimus ritum.

Populi pietate erga novum hunc Beatum crescente, non pauci affirmaverunt se diversimode eius deprecationis fructus expertos esse.

Causae Actores peculiariter animadverterunt pueri sanationem, miram assertam, in dioecesi Albasitensi in Hispania factam, anno **MCMLXXXII.** Acto Processu canonico, casus est suetis medicorum et theologorum inspectionibus quaesitus et, exitu habito felici, die xi mensis Februarii anno **MCMLXXXIX** editum est Decretum super miro.

Votis conflrmati Fratrum Cardinalium et Praesulum in Consistorio congregatorum die xin mensis Martii anno **MCMLXXXIX**, decrevimus ut Canonizationis ritus calendis Novembribus eiusdem anni celebraretur.


Hodie igitur in Vaticana Basilica Sancti Petri inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam : ((Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Gasparem Bertoni et Richardum Pampuri Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

His prolatis verbis iussimus Decretales has Litteras confici et expediri. Deo dein gratiis actis una cum praesentibus habitoque sermone de novis Sanctis deque eorum virtutibus et operibus, primi caeleste eorundem invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad eorum pariter honorem facere perreximus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die i mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo undenonagesimo, Pontificatus Nostri duodecimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco © Plumbi
In Secret. Status tao. n.

LITTERAE APOSTOLICAE

Venerabilibus Servis Dei Nicephoro et XXV Sociis C. P. Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Quemadmodum communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes » *(1 Pe* 4, 13). Vere Christi passionibus communicaverunt sodales Communitatis C. P. vici *Daimiel* in dioecesi Civitatis Regalensis in Hispania, quarto quidem voto religioso devincti « promovendi pro viribus devotionem Dominicae Passionis iuxta Regulam et Constitutiones Congregationis ». Cum enim hora magni discriminis venit, parati fuerunt lavare stolas suas in Sanguine Agni (cf. *Apc* 7, 14), laeti pro certo habentes copiosam se mercedem in caelis esse consecuturos (cf. *Mt* 5, 11).

Iam inde a die **III** mensis Iunii anni **MCMXXXIII** Decessor Noster Pius PP. XI per Litteras Encyclicas « Dilectissima Nobis » omnibus catholicis Episcopis indicaverat gravem Ecclesiae Hispanicae condicionem; sed procedente tempore res in peius mutatae sunt, praesertim anno **MCMXXXVI.**

Communitas C. P. vici *Daimiel* tum ex triginta constabat religiosis professis, quorum maior pars erant clerici scholae philosophica*, deprecationi diurnae et nocturnae intenti, secundum Regulam S. Pauli a Cruce, paenitentiae et studio in paupertate et solitudine, minime rerum civilium et socialium eius aetatis participes. Cum aliquod periculum contra Communitatem auditum est, P. Nicephorus a Iesu et Maria, Praepositus Provincialis Caesaraugustae domicilium habens, ad vicum Daimiel se contulit ut eventus futuros cum sodalibus fratribus communicaret, vigil et sollicitus pastor. Nocte enim inter dies **XXI** et **XXII** mensis Iulii anno **MCMXXXVI** ducentorum fere militianorum multitudo Communitatem violentia expergefecit, aditus et ecclesiae portas nitens moliri. P. Nicephorus iussit religiosos citatim in ecclesiam descendere, «¡S. Cristo de la Luz» dicatam, simul eos adhortans mollibus his verbis : « Calvariae cives, nostrum hoc est Gethsemani... Nobiscum est Iesus, nos confirmat et sustinet: agite ergo, ad moriendum pro Christo » ! Accepta deinde et impertita omnibus absolutione generali, P. Nicephorus Eucharistiam distribuit, tamquam supremum Viaticum, reliquasque particulas consumpsit.

Ecclesiae portis reclusis, militiam armati religiosis praeceperunt ut ad coemeterium pergerent, etsi P. Mcephorus affirmabat omnes paratos esse ad mortem in ipsa ecclesia oppetendam. Cum apud coemeterium pervenerunt, eis imperatum est ut ab urbe digrederentur ad suum recessum numquam redituri, morte proposita. Persecutores equidem de iis damnandis iam cogitaverant, quamvis in locis diebusque diversis eorum mors contigerit. Exinde religiosi globatim seiuncti sunt, suam ingredientes « Viam Crucis », quae est cruento vitae sacrificio confecta. Ex iis quinque de strage elapsi sunt, qui postea praestantes in Processibus Canonicis testes fuerunt. Ceteri xxvi plumbo interfecti sunt, in hos manipulos divisos :

Manipulum primum.

Cum diverse discesserunt P. Mcephoro undecim religiosi iuncti sunt, qui ad ferratae viae stationem pedibus profecti sunt loci *EI Campillo,* ubi hamaxosticho adhibito *Manzanar em* iter fecerunt. Illuc advecti, a malitianis agniti uti religiosi, iuxta viam ferratami dispositi ballistis ignivomis necati sunt die xxin mensis Iulii anno **MCMXXXVI.** Quinque ictu statim mortui sunt, alius post paucas horas in valetudinario exspiravit; reliqui sex, gravius minusve graviter sauciati, in valetudinarium sunt deducti et postmodo, prout dicemus, plumbeis glandibus transfossi. Primae victimae fuerunt:

I. - *Nicephorus a Iesu et Maria* (in saec. Vincentius Diez Tejerina), natus die xvn mensis Februarii anno **MDCCCLXXXXIII** in oppido *Herreruela de Castilleria* dioecesis Palentinae, professus a die **VII** mensis Martii anni **MCMIX** et sacerdos a die xvn Iunii anni **MCMXVI**. Iam in Mexico in carcerem inclusus propter fidem, dein missionarius in Cuba, a mense Iunio anni **MCMXXXV** Praepositus Provincialis erat domicilium habens Caesaraugustae. Communitati vici Daimiel aggregatus, significationem plene explevit fausti sui nominis religiosi, quae est : ((Deductor victoriae » ipsi et sodalibus fratribus.

II. - *Iosephus a Sacris Cordibus* (in saec. Estalayo García), ortus calendis Martiis anno **MCMXV** in loco *San Martín de Perapertú* dioecesis Palentinae, qui professionem C. P. fecit die xxix mensis Octobris anno **MCMXXXIII** suumque philosophicum tirocinium conclusit gloria martyrii.

III. - *Epiphanius a S. Michaele* (in saec. Sierra Conde), qui die **XII** Martii ortus anno **MCMXVI** in oppido *S. Martín de los Herreros*

dioecesis Palentinae, est die **III** mensis Octobris vota professus anno **MCMXXXV.**

IV. - *Abilius a Cruce* (in saec. Ramos y Ramos), qui, ortus die xxii mensis Februarii anno **MCMXVII** in loco *Resoba,* dioecesis Palentinae, vota religiosa nuncupavit die xxin mensis Octobris anno **MCMXXXV.**

V. - *Zacharias a SS. Sacramento* (in saec. Fernández Crespo), natus in loco *Cintruénigo,* in dioecesi Pampilonensi-Tudelensi, die xxiv mensis Martii anno **MCMXVII**, qui et ipse vota religiosa nuncupavit die xxxiii mensis Octobris anno **MCMXXXV.**

VI. - *Fulgentius a Corde Mariae* (in saec. Calvo Sánchez), qui ortus die xvi mensis Ianuarii anno **MCMXVII** in oppido *Cubillo de Ojeda,* in dioecesi Palentina, professionem fecit die xxix Octobris anno **MCMXXXIII**. Graviter capite saucius in *Manzanarense* valetudinarium deductus, ibi paucis post horis extremum spiritum effudit die **XXIII** Iulii anno **MCMXXXVI.**

Manipulum secundum:

Novem religiosi, duce Rectore P. Germano, iter habuerunt Civitatem Regalensem, ubi vexationes passi sunt et contemptus. Fide publica obtenta ad urbem Matritum, in hamaxosticho uti religiosi communitatis loci *Daimiel* cogniti sunt. In statione viae ferratae oppidi *Carabanchel Bajo,* apud Matritum, iussi descendere, ibidem plumbo interfecti sunt die xxin mensis Iulii, anno **MCMXXXVI**, mane. Hi fuerunt :

VII. - *Germanus a Iesu et Maria* (in saec. Emmanuel Pérez Giménez), ortus die **VII** Septembris anno **MDCCCIIC** in loco *Cornago,* in dioecesi Calagurritana, professus a die v mensis Maii anni **MCMXV,** Romae ordinatus die **XXII** mensis Septembris anno **MCMXXIII**. Recessus C. P. loci *Daimiel* Rector fuit a mense Iulio anni **MCMXXXV.**

VIII. - *Philippus a S. Corde Mariae* (in saec. Valcabado Granado), die **XXVI** Maii anno **MDCCCLXXIV** natus in oppido *San Martín de Rubiales,* in dioecesi Oxomensi, professus a die **III** Iunii anni **MDCCCXC** et sacerdos a die xvn Septembris anni **MDCCCIIIC**. Ab anno **MCMXXIX** Communitatis confessarius fuit et magister spiritus.

IX. - *Maurilius a Iesu Infante* (in saec. Macho Rodríguez), Idibus Martiis natus anno **MCMXV** in vico *Villafria,* in dioecesi Palentina, pro-

f essus a die xxin Octobris anni **MCMXXXII**, scholae philosophicae finem facturus.

X. - *Iosephus a Iesu et Maria* (in saec. Osés Sainz), in oppido *Peralta,* in dioecesi Pampilonensi, die xxix mensis Aprilis natus anno **MCMXV**, qui vota religiosa professus est die xxvni mensis Octobris anno **MCMXXXIII.**

XI. - *Iulius a Sacro Corde* (in saec. Mediavilla Concejero), Nonis Maiis natus anno **MCMXV** in vico *La Lastra,* in dioecesi Palentina, a die xxix mensis Octobris anni **MCMXXXIII** professus.

XII. - *Iosephus Maria a Iesu Moriente* (in saec. Ruiz Martínez), die **III** mensis Februarii anno **MCMXVII** ortus in pago *Puente la Reina,* in dioecesi Pampilonensi, et professus a die xxix mensis Octobris anni **MCMXXXIII.**

XIII. - *Laurinus a Iesu Crucifixo* (in saec. Proaño Cuesta), die **XIV** mensis Aprilis anno **MCMXVI** natus in vico *Villafria,* intra fines dioecesis Palentinae, professus a die xxni mensis Octobris anni **MCMXXXV.**

XIV. - *Anacarius ab Immaculata* (in saec. Benito Nozal), die xxni mensis Septembris ortus anno **MCMVI** in pago *Beccerril del Carpio,* intra fines dioecesis Palentinae, qui professus est tamquam frater coadiutor die iv mensis Decembris anno **MCMXXII.**

XV. - *Philippus a S. Michaele* (in saec. Ruiz Fraile), pridie Nonas Martias natus anno **MCMXV** in vico *Quintanilla de la Berzosa,* in dioecesi Palentina, qui professus est tamquam frater coadiutor die xxni mensis Octobris anno **MCMXXXII.**

Manipulum tertium:

Post nocturnam Communitatis expulsionem tres alii religiosi *Malagón* iter fecerunt. Antea in illius loci municipium inclusi, sunt deinde in hamaxostichum inducti Matri tum procedentem. Sed in viae f erratae statione loci *Urdae* (in provincia Toletana), iussi demittere se a militianis sunt ibi plumbo interfecti, die xxv mensis Iulii anno **MCMXXXVI.** Hi fuerunt :

XVI. - *Petrus a Corde* (in saec. Largo Redondo), die xix mensis Maii ortus anno **MCMVII** in loco *Alba de los Cárdanos,* in dioecesi Palentina, professus a die xxni mensis Octobris anni **MCMXXIII** et sacerdos a die xix Iunii anni **MCMXXXII.**

XVII. - *Felix a Quinque^Vulneribus* (in saec. Ugalde Irurzun), die **VI** Novembris natus anno **MCMXV** in oppido *Mendigorria,* in dioecesi Pampilonensi, professus a die xxix mensis Octobris anni **MCMXXXIII.**

XVIII. - *Benedictus a Virgine « del Villar »* (in saec. Solana Ruiz), die iv Ianuarii ortus anno **MDCCCIIC** in vico *Cintruénigo,* in dioecesi Pampilonensi-Tudelensi, et professus, tamquam frater coadiutor, a die xxix mensis Iunii anni **MCMXIV.**

Manipulum quartum:

Esta Sede Apostólica, en repetidas ocasiones, ha dirigido a los Pueblos de esa área geográfica urgentes llamados a la paz. Por esto, en unos momentos en que se vislumbran serias amenazas de guerra en algunos horizontes del mundo, la Iglesia implora fervientemente al Señor, « Príncipe de la Paz »,[2] que inspire en todos los corazones sentimientos de paz, de concordia, de fraternidad entre todos los hombres. Como eco de la Jornada Mundial de la Paz, que acabamos de celebrar el primero del año, mi augurio ferviente es que el Señor corrobore en cada uno de los nicaragüenses el firme deseo de afrontar los problemas presentes con ánimo sereno y positivo, con voluntad de encontrar soluciones por el camino del diálogo, de la solidaridad, de la reconciliación y del perdón. Haciendo míos los llamados a la reconciliación que los Obispos de Nicaragua han dirigido, aliento a

[1] *Puebla,* 3060.

[2] *Is* 9, 5.

todos a continuar por ese camino, para que la fe ilumine el futuro de ese amado pueblo y pueda construir sobre el amor cristiano las bases de una pacífica y fecunda convivencia.

A las expectativas de la humanidad y, sobre todo, de las nuevas generaciones, particularmente sensibles a los signos de los tiempos, hay que corresponder con unas determinaciones políticas y sociales que ayuden a comprender y comprobar que la paz no será un objetivo alcanzable mientras la seguridad impuesta por las armas, o por otras formas de coerción, no sea reemplazada gradualmente por la seguridad basada en un recto orden jurídico, social y económico que refuerce los lazos de solidaridad y el destino común al que están llamados los pueblos. Esta es, ciertamente, una responsabilidad que ningún Estado puede eludir. A este respecto decía explícitamente el Papa Pablo VI : « La paz no se reduce a una ausencia de guerra, fruto del equilibrio siempre precario de la fuerza. La paz se construye cada día con la instauración de un orden querido por Dios, que comporta una justicia más perfecta entre los hombres».[3]

Esta justicia, a su vez, abre el camino al desarrollo, que viene a ser también un elemento constitutivo de la paz, por el hecho de que contribuye a alcanzar lo que es bueno para la persona y para la comunidad humana. Por tanto, mediante el verdadero desarrollo se podrá favorecer una paz duradera. Pero para ello es preciso crear una conciencia de solidaridad que conduzca a un desarrollo integral, y que proteja y tutele los legítimos derechos de las personas. Por otra parte, como han señalado los Obispos de Nicaragua en un Documento colectivo del pasado mes de junio, ((la recuperación económica del País no depende solamente de las ayudas o donaciones extranjeras, sino sobre todo del espíritu de trabajo y de la unidad de propósitos en la línea de la producción nacional ».

Señor Embajador, antes de finalizar este encuentro deseo hacerle presente mi benevolencia y apoyo para que la alta misión que hoy comienza se cumpla felizmente. Por mediación de « La Purísima », Patrona de Nicaragua, elevo mi plegaria al Altísimo para que asista siempre con sus dones a Usted y a su distinguida familia, a los Gobernantes de su noble País, así como a su amadísimo pueblo, tan cercano siempre al corazón del Papa.

[3] ***Populorum progressio,* 76.**

XI

Ad exc.mum virum Dilshad Najmuddin, Pakistaniae Legatum.*

Mr Ambassador,

It is my pleasure to welcome you to the Vatican and to accept your Letters of Credence as you begin your mission as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Islamic Republic of Pakistan. I would ask you to convey my greetings to President Ghulam Ishaq Khan and to assure him of my good wishes and prayers for your country's prosperity and peace. It is my fervent hope that an unswerving commitment to promoting the full well-being of all individuáis and solidarity among social groups will ever inspire Pakistan's development and growth as a nation.

As Your Excellency has rightly observed, the présent world situation is characterized by two apparently contrary tendencies. On the one hand, there is a growng desire among peoples and nations to see hostility and conflict replaced by dialogue and coopération. On the other hand, we cannot fail to note with deep concern the appearance of new and dramatic confrontations and the unfortunate persistence of intolérance based on racial, ethnie and religious préjudice. In the light of this preoccupying situation, it is incumbent upon ail people of good will, and especially the leaders of nations, to renew their confidence in the cause of peace, which rests on respect both for the legitimate sovereignty of each nation and the inalienable dignity and rights of every individual.

Among these rights, one which requires increasing attention in the contemporary world is freedom of conscience. The importance of respect for the conscience of every person is the thème of my Message for the World Day of Peace this year. I am convinced that the exercise and juridical protection of this freedom is a vital requirement for peace in the world. For conscience bears witness to "the transcendens of the persoñ, also in regard to society at large, and as such is inviolable ... To deny an individual complete freedom of conscience —and in particular the freedom to seek the truth—or to attempi to impose a particular way of seeing the truth, constitutes a violation of that individual's most personal rights. This also aggravâtes ani-

* Die 4 m. Ianuarii a. 1991.

mosities and tensions, which can easily lead to strained and hostile relations within society or even to open conflict. In the end, it is on the level of conscience that the diñicult task of ensuring a firm and lasting peace is most effectively confronted".[1]

In this regard, I have many times referred to the right of individuáis and organized religious communities to profess and practise their faith freely, as a cornerstone of the structure of human rights and an essential element for peaceful human coexistence. Respect for religious freedom serves as both an indication and a guarantee of authentic social progress. As Pakistan stri ves to embody in its ei vic and cultural life a flrm dedication to respect for human dignity, it will discover in the various religious traditions of its people a profound inspiration and a lasting impetus for building a just and harmonious society.

The Catholics of Pakistan, in full equality with ali their fellow Citizens, desire to participate actively in their country's politicai, social and cultural advancement. They bring to it the spiritual vision and moral values which derive from their Christian faith. Even though they are a religious minority, they rightly expect that their religious freedom will be both affirmed and effectively safeguarded by law. I am confident that, in accordance with the démocratie principies governing the modera State of Pakistan, they will continue to make their proper contribution to national life.

Mr Ambassador, I assure you once more of my good wishes for the success of your mission. As you enter the family of diplomats accredited to the Holy See, please know of the readiness of the various offices and agencies of the Roman Curia to assist you in the fulfilment of your duties. Upon you, and upon the leaders and people of Pakistan, I cordially invoke the abundant blessings of the Most High God.

[1] *Loc. cit., 1.*

XII

Ad exc.mum virum Andream Yauieb, Papuae Novae Guineae Legatum.*

Mr Ambassador,

I am pleased to welcome you to the Vatican at the beginning of your mission as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of Papua New Guinea to the Holy See. Your young nation, which last year celebrated the flfteenth anniversary of its independence, has set for itself the lofty goal of building a harmonious society honouring and embracing the rieh ethnie diversity of its people. With the assurance of my prayers for your country's peace and prosperity, I ask you to convey my cordial greetings to the Governor General, the Government, and all your fellow Citizens.

You have spoken of your nation's support of initiatives favouring peace and stability in the world. All who sincerely work for the integral development of human society will find a Willing cooperator in the Catholic Church. Ever mindful of the unity of the human family, the Holy See is convinced that efforts to promote dialogue and solidarity between individuáis and peoples are ineumbent upon all nations, and constitute one of the most pressing moral requirements of our time. Through its présence within the international community, the Holy See strives to encourage and strengthen such dialogue, especially with regard to those spiritual and ethical values which are the essential foundation of a just society and of true and lasting peace.

In this context, the Church is committed to serving the well-being of individuáis and peoples, in particular where human dignity and rights are threatened, or where there are poverty, hunger or a lack of sufficient health-care and educational opportunities. The Church has an age-old tradition of such service, and it is to the human person in the real circumstances of life that her efforts are devoted. In this light I express the fervent hope that the diflîculties which have arisen concerning Bougainville will be met by all concerned in a humanitarian manner and with full confidence in dialogue and negotiation as the proper path to an effective and just settlement.

* Die 5 m. Ianuarii a. 1991.

On another level, concern for the natural environment has emerged in recent years as one of the most urgent issues affecting our world. The ecological problem constitutes a global challenge, involving both the developed and the developing nations. Papua New Guinea can make a specific contribution to the growth of awareness within the international community of the pressing need to address this question effectively. Inasmuch as "many ethical values, fundamental to the development of a peaceful society, are particularly relevant to the ecological question",[1] your nation's efforts to promote responsible stewardship of the gifts of nature can draw strength and guidance from your people's moral, cultural and religious traditions.

You have referred to the role played by the Catholic Church in the development of your country. The Church's activity in this area is based upon her conviction that "the advancement of the human person and the growth of society are dependent on each other".[2] Almost seven years ago, at Port Moresby, I gave joyful thanks to God for the ways in which Catholics have contributed to the well-being and development of their country.[3] Today, their work for the integral good of ali the people of Papua New Guinea continues, especially through their commitment in the fields of éducation, health care and social services.

Mr Ambassador, I offer you my prayerful good wishes as you undertake your new responsabilities within the diplomatie community accredited to the Holy See, and I assure you of the readiness of the various ofiices of the Roman Curia to assist you in the fulfilment of your duties. I cordially invoke upon you and upon ali the belo ved people of Papua New Guinea the abundant blessings of Almighty God.

[1] *Message for the 1990 World Day of Peace,* no. 2.

[2] *Gaudium et spes,* 25.

[3] *Speech at Port Moresby Airport,* 7 May 1984.

NUNTIUS TELEVISIFICAS

Die Nativitatis D.ni N. Iesu Christi missus.*

1. A mezzanotte ha parlato a noi il profeta Isaia.
Con voce ispirata egli ha proclamto :
« Il popolo che camminava nelle tenebre
vide una grande luce :
su coloro che abitavano in terra tenebrosa
una luce rifulse ».*
Una luce rifulse.
Rifulse forse soltanto la luce
vista dai pastori di Betlemme?
Soltanto quella luce rifulse all'orizzonte?
In verità, quella luce divenne un segno-guida,
così come la stella che guidò i Magi dall'Oriente.
La luce rifulse in modo diverso.
Rifulse più chiaramente.
Agli occhi interiori dell'uomo si è rivelato Dio.

2. In pieno giorno parla a noi l'Evangelista,
l'apostolo Giovanni :
((Veniva nel mondo
la luce vera,
quella che illumina ogni uomo ».[2]
Questa luce nasce in Dio. Viene da Dio,
Essa è Dio.
Essa è l'Eterno Verbo.
Il Verbo è il Figlio della stessa sostanza del Padre.
« Dio da Dio, Luce da Luce ».
Il Verbo è venuto nel mondo.
Il Verbo si è fatto carne.
« In lui era la vita
e la vita era la luce degli uomini;
la luce splende nelle tenebre,
ma le tenebre non l'hanno accolta ».[3]

*** Die 25 m. Decembris a. 1990.**

[1] ***Is* 9, 1.**

[2] ***Ov* 1, 9.**

[3] ***ma. i,* 4-5.**

3. La notte continua a durare. Dura la notte d'avvento.
I popoli camminano nelle tenebre —
eppure con essi è la Luce :
II Verbo che si è fatto carne in mezzo alle nazioni.
Il Verbo, in cui Dio non conoscibile
si è fatto conoscere all'umanità,
il Verbo-Figlio.
In Lui il mondo è eternamente conosciuto
ed eternamente amato.
Ed Egli è la misura di quest'amore, la misura divina :
« Dio, infatti, ha tanto amato il mondo
da dare il suo Figlio unigenito)).[4]
La misura divina dell'amore è il Dono :
è il Figlio come Dono,
come Dono assoluto, non paragonabile con gli altri doni:
Dio - Uomo.
In Lui è la vita.
Al di sopra del retaggio della morte, presente nel mondo,
l'uomo eredita la Vita che è da Dio;
l'eredita nel Figlio, che si è fatto Uomo
nella notte di Betlemme
ed è nato da Maria Vergine.
È nato per opera dello Spirito Santo,
mediante il quale si realizza il Dono assoluto.

4. Continua a durare la notte. Dura la notte d'avvento.
I popoli camminano nelle tenebre —
eppure è con essi questo Dono assoluto.
È presente Lui : lo Spirito di verità,
rivelato nel Figlio e dal Figlio.
La luce del Figlio non cessa di essere con l'uomo
per opera dello Spirito, che Gli rende testimonianza.
Rende testimonianza al Verbo che si è fatto carne e,
nella notte di Betlemme,
è venuto ad abitare in mezzo a noi.
I nostri occhi terreni vedono il Bambino
posto in una mangiatoia,[5]
mentre gli occhi della fede vedono la gloria,

[4] *Ibid.* 3, 16.
[5] Cf. *Lc* 2, 7.

« gloria come di unigenito del Padre,
pieno di grazia e di verità».[6]
In questo giorno chiediamo la luce:
chiediamo l'illuminazione per gli occhi della nostra mente.[7]
Chiediamo la concordia e l'unità
per quelle famiglie che sono ferite dall'incomprensione,
e dilaniate dalla divisione.

5. La notte continua, ma la luce di Cristo è con gli uomini.
È con gli uomini in Europa;
sugli abbattuti muri
delle contrapposizioni ideologiche e politiche
si affacciano per i credenti sfide ed orizzonti impegnativi.
Sì, il futuro europeo
sarà permeato di prodigiosa vitalità spirituale,
se l'edonismo e il materialismo pratico saranno superati
e se si spezzeranno anche le barriere
che dividono tra loro i seguaci del Redentore.
Unità nella Chiesa,
e fra tutti i credenti in Cristo:
questo è l'impegno dei cristiani
per costruire la nuova Europa nel III Millennio.

6. La luce di Cristo
è con le Nazioni tormentate del Medio Oriente.
Per l'area del Golfo, trepidanti, aspettiamo
il dileguarsi della minaccia delle armi.
Si persuadano i responsabili
che la guerra è avventura senza ritorno!
Con la ragione, con la pazienza e con il dialogo,
e nel rispetto dei diritti inalienabili
dei popoli e delle genti,
è possibile individuare e percorrere
le strade dell'intesa e della pace.
Anche la Terra Santa attende questa pace da anni:
una soluzione pacifica all'intera questione che la concerne,
una soluzione che tenga conto delle legittime aspettative
del Popolo palestinese
e di quello che vive nello Stato di Israele.

[6] *Gv* 1, 14.
[7] Cf. *Ef* 1, 18.

7. Brilli la luce del Salvatore sul continente africano,
là specialmente, dove la libertà è compromessa
a causa del sottosviluppo, dove la pacifica convivenza
tra popoli e tradizioni diverse
è sconvolta da lotte fratricide,
dove la speranza della pace
è ancora precaria e deve consolidarsi.
Invoco, anche ora, una più equa ripartizione
delle risorse della terra,
un nuovo e più giusto ordine etico ed economico mondiale.
Solo una cooperazione effettiva e rispettosa
fra i Paesi ricchi e i popoli emergenti
può impedire che il divario fra il Nord e il Sud
divenga abisso crescente
che allarghi il già vasto ed inquietante arcipelago
della miseria e della morte.

8. Ma le ombre, che pur paiono addensarsi all'orizzonte,
non riescono ad offuscare la luce di Cristo.
All'umanità che cerca la gioia
egli offre la ricchezza della sua vita :
dona se stesso,
disseminando i segni del suo amore
sul nostro faticoso presente.
Come non benedirlo, ad esempio,
per il disgelo religioso che interessa, oggi,
tanti giovani e adulti?
Come non ringraziarlo
per l'apertura dei popoli al suo Vangelo,
di cui anche la recente visita *ad limina*
di numerosi Presuli vietnamiti
è promettente testimonianza?
Cristo cammina con gli uomini;
cammina e vive con noi.
È fra di noi ! Vivo e glorioso
nel suo trionfo di misericordia.
Vada l'umanità all'incontro della sua luce inaccessibile,
che in questo giorno ci si disvela con potenza.
Con le lingue dei popoli e delle nazioni
chiediamo la luce.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Exc.mo Iraquiae Praesidi missus.

To His Exoellency Saddam Hussein, President of Iraq.

I am deeply concerned by the tragic conséquences which the situation in the Gulf Region could have, and I feel the pressing duty to address you and, echoing the feelings of millions of people, to repeat what I have already had occasion to say in recent days and months.

No international problem can be adequately and worthily solved by recourse to arms, and expérience teaches all humanity that war, besides causing many victims, créâtes situations of grave injustice which, in their turn, constitute a powerful temptation to further recourse to violence.

We can all imagine the tragic conséquences which an armed conflict in the Gulf Region would have for thousands of your fellow-citizens, for your Country and for the entire area, if not for the whole world.

I truly hope and earnestly implore the Merciful God that ali the parties involved will yet succeed in discovering, in frank and fruitful dialogue, the path for avoiding such a catastrophe. This path can be taken only if each individual is moved by a true desire for peace and justice.

I am confident that you too, Mr President, will make the most appropriate décisions and will take courageous steps which can be the beginning of a true journey towards peace. As I said publicly last Sunday, a démonstration of readiness on your part cannot f ail to bring you honour before your beloved Country, the région and the whole world. In these dramatic hours, I pray that God will enlighten you and grant you the strength to make a generous gesture which will avoid war : it will be a great step before history, for it will mark a victory of international justice and the triumph of that peace to which all people of good will aspire.

From the Vatican, 15 January 1991.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Exc.mo Praesidi Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis missus.

To the Honorable George Bush, President o f the United States o f America.

I feel the pressing duty to turn to you as the leader of the Nation which is most involved, from the standpoint of personnel and equipment, in the military opération now taking place in the Gulf Region.

In recent days, voicing the thoughts and concerns of millions of people, I have stressed the tragic conséquences which a war in that area could have. I wish now to restate my firm belief that war is not likely to bring an adequate solution to international problems and that, even though an un just situation might be momentarily met, the conséquences that would possibly derive from war would be devastating and tragic. We cannot prétend that the use of arms, and especially of today's highly sophisticated weaponry, would not give rise, in addition to suffering and destruction, to new and perhaps worse injustices.

Mr. President, I am certain that, together with your advisers, you too have clearly weighed ail these factors, and will not spare further efforts to avoid décisions which would be irreversible and bring suffering to thousands of families among your fellow Citizens and to so many peoples in the Middle East.

In these last hours before the deadline laid down by the United Nations Security Council, I truly hope, and I appeal with lively faith to the Lord, that peace can still be sa ved. I hope that, through a last-minute effort at dialogue, sovereignty may be restored to the people of Kuwait and that that international order which is the basis for a coexistence between peoples truly worthy of mankind may be re-established in the Gulf area and in the entire Middle East.

I invoke upon you God's abundant blessings and, at this moment of grave responsibility before your Country and before history, I especially pray that you be granted the wisdom to make décisions which will truly serve the good of your fellow-citizens and of the entire international community.

From the Vatican, 15 January 1991.

IOANNES PAULUS PP. II

SECRETARIA STATUS

RESCRIPTUM EX AUDIENTIA SS.MI

Interdicasterialis Commissio pro aequa sacerdotum distributione permanenter constituitur.

In octavo Coetu generali Synodi Episcoporum graves illustratae sunt consecutiones ex praesenti sacerdotum distributione in orbe terrarum orientes, et iisdem occurrendi necessitas. Aliae enim Ecclesiae sacerdotibus abundant vel saltem non egent, aliae vero iis ita carent, ut difficulter eam christianam vitam retineant, quae dici possit postulatis respondere Evangelii. Haec sua faciens optata ususque fore ut Episcopi et sacerdotes ultra Ecclesias suas aspicientes universalis Ecclesiae bonum exquirant, Summus Pontifex in Audientia mihi concessa die **XIII** mensis Iunii instituendae consuluit, ad n. art. 22 Constitutionis Apostolicae *Pastor bonus,* Commissioni permanenti Interdicasteriali pro aequa sacerdotum distributione. Huic Commissioni praeest Cardinalis Praefectus Congregationis de Institutione Catholica eiusque sunt membra Excellentissimi Secretarii Congregationum : pro Gentium Evangelizatione, pro Clericis, pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, de Institutione Catholica atque Vicarius Praesidis Pontificiae Commissionis pro America Latina.

Ex Aedibus Vaticanis, die xin mensis Iulii, anno **MCMXCI.**

ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

I

AUGUSTAN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Aegidii Laurent, laici professi, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, Congregationis SS.mi Salvatoris Lateranensis, (1884-1941).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Doctrina Christi omnes doctrinas Sanctorum praecellit, et qui spiritum eius haberet, absconditum ibi manna inveniret. Sed contingit, quod multi ex frequenti auditu Evangelii, parvum desiderium sentiunt, quia spiritum Christi non habent. Qui autem vult plene et sapide Christi verba intellegere, oportet ut totam vitam suam illi studeat conformare » *(De Imitatione Christi,* I, I, 2).

Dei Servus Aegidius Laurent, assidua etiam adiutus meditatione libri *De Imitatione Christi,* comprehendit ad veram intellegentiam adipiscendam veramque evangelii sapientiam necessarium esse Christi spiritum habere et eius constanter exemplum sequi. Quam ob rem, libero cum animo ab inanibus mundi rebus, arduae imitationis Domini Iesu viae se commisit et, gratia adiutus divina, tam alte et vitaliter comprehensum et cognitum habuit evangelium, ut hoc vitae suae cotidianaeque se gerendi rationis regulam fecerit.

Ortus est Servus Dei die 12 mensis Septembris anno 1884 in pago *Chambis,* ad municipium pertinente *Montjovet,* intra Augustanae dioecesis fines, a Francisco Laurent et Melania Challancin, pauperibus

agricolis sed sinceris christianis. Biduo postquam natus est, baptizatus, nomen cepit Ioannem Baptistam. Primum anno 1893 ad eucharisticam mensam accessit et, tempore, quod non perfecte cognoscimus, Confirmationis accepit sacramentum.

Ab aetatula oboedientem se ostendit, sedulum, acerbarum condicionum conscium, in quibus ob paupertatem familia versabatur. Horis schola vacuis in agrestes incumbebat labores inque quamlibet aliam operam, qua posset conferre ad onus egestatis minuendum, unde familiares premebantur. A puero coactus ad subeundas vitae difficultates, celeriter fortem maturavit indolem et, eodem tempore, animum humilem, tractabilem, ad ademptiones paratum et incommoda, insignisque fuit sueto habitu intento ac taciturno necnon singulari ad pietatem propensione. Suavitatem enim deprecationis sentiebat, sacra assidue participabat, liturgici cantus, castigationis, vitarum sanctorum lectionis studiosus fuit.

Septemdecim ferme annos natus in Helvetiam et in Galliam migrare coepit uti operarius certis anni temporibus opera districtus; deinde opus fecit in Pomerania et in Belgica continuum, ubi suam ob indefatigabilem navitatem, integerrimos mores et ferventem religionis spiritum aestimatus est. Anno 1909 infirma patris valetudine ad redeundum in patriam inductus est, opusque sumpsit in ferraría oppidi *Verrès.* Ibi ferendae ei fuerunt despicientiae et iniuriae sociorum, impiorum atque inurbanorum, quibus propter suam religionem, cuilibet humanae reverentiae alienam, irrisui erat. Dei Servus quiete has tulit indignitates et irrisiones, pergens in omnes uti caritate.

Eius vita magni momenti discrimine notata est anno 1911, cum est in Praeposituram oppidi *Verrès* assumptus, a Canonicis Regularibus S. Aegidii rectam, qui eo ipso tempore cum Canonicis Regularibus Sanctissimi Salvatoris Lateranensis se coniunxerunt. Servus Dei, laboribus assuefactus et incommodis, diversis est muneribus functus : famuli, ianitoris, infirmorum ministri, olitoris ; Canonicis Regularibus ministrabat, mandata in illo loco exsequebatur, panem pauperibus distribuebat.

In disciplinam militarem profectus, cum prius totius orbis terrarum bellum exarsit, in explendo officio animosum se praebuit et paratum, erga commilitones bonum et praecipue in fidei suae professione promptum. Missus in commeatum anno 1918, ad Canonicos Regulares Sanctissimi Salvatoris oppidi *Verrès* rediit. Anno 1920 est in novitiatum admissus tamquam frater laicus et die 24 mensis Iunii

insequentis anni simplicem fecit professionem et est Frater Aegidius appellatus ; die vero 2 mensis Iunii anno 1927 professionem fecit sollemnem. Ad terminum usque vitae suae perrexit alacriter, diligenter et cum simplicitate consuetis humilibus muneribus fungi, quae in suae sanctificationis vias mutabat. Firmus in proposito perfecte vivendi ex officiis baptismalibus exque sua Domino consecratione, nulli pepercit iacturae in Dei servitio, in regulae observantia, in sollertia erga proximum, tum quoque, cum iniuste iudicabatur et ignominiis afficiebatur. Specie demissus et rudior, singulares spiritus divitias occulebat, quas non conspicuis actibus, sed christianarum virtutum exercitio auxit in dies.

Servus Dei vir fuit magnae fidei, quam firma approbatione mysteriorum et revelatarum veritatum significabat, pleno obsequio erga voluntatem Dei, pia sacrorum participatione et sedula precatione. Vivam excoluit pietatem in Eucharistiam, in Domini Passionem et in Virginem Mariam, quam recitatione Rosarii honorabat et quotannis peregrinationem suscipiens, itinere pedestri, ad Sanctuarium Oropense. Fortis fuit et consentaneus suae fidei testis, magis cotidianis operibus, quam verbis; omnibus enim eius anima clare videbatur in luce vivere et in coniunctione cum Deo. Omnibus viribus vias quaesivit supernaturales ut optimo, quo posset, modo suae vocationi responderet et oboedientius usque instrumentum fieret in Domini et Superiorum manibus. Etiam in casibus difficilioribus et acerbioribus, quorum interdum causa erant personae, quibus maiore cum cura serviebat, pacem conservavit et interiorem serenitatem, non in hominibus nec in fluxis terrae rebus spe collocata, sed in solo Deo et in eius gratia. Eius Domino donatio, quem plus amabat quam se, constans fuit et perfecta. Ut hoc assequeretur, egregie divina observavit mandata, Ecclesiae praecepta, vota religiosa omneque peccati et vitii genus fugiebat. Ob Dei amorem magna est usus caritate etiam in proximum, praesertim in fratres, in novitios, in propinquos, in populares, in pauperes et derelictos, quos spiritaliter adiuvabat et, pro necessitatibus, etiam corporaliter. Idque cum simplicitate, bonitate et prudentia faciebat. Multiformi sua industria multum communitati religiosae profuit, sed cum esset sincere humilis, videbatur id non animadvertere. Persuasum enim habebat, et hoc frequenter affirmabat, se tenuem hominem esse, inscientem, omnium ultimum, solum aptum ad aliis serviendum.

Mense Decembri anno 1941 permissum Superiorum obtinuit Romam peregrinandi, ubi dies egit meditationis et precationis et cum gaudio Papae benedictionem accepit. Ad oppidum *Verrès* reversus, post aliquot dies est peripneumonia correptus, vitio cordis gravata et corpore iam enervato indefatigato labore et continuis austeritatibus. Omnino suae condicionis conscius gravitatis, morbum toleravit serena cum patientia et cum cupidine tandem aeternam felicitatem consequendi. Die 30 mensis Decembris anno 1941 Servus Dei pie de vita terrena decessit.

Fama sanctitatis, quam sibi vivus comparaverat, post mortem mansit; quare Episcopus Augustanus causam inchoavit canonizationis per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1950-1955), cui adiuncti sunt processus rogatoriales Ventimiliensis, Gandavensis, Mediolanensis et Lucensis. Die 29 mensis Maii anno 1958 editum est decretum super scriptis et die 21 mensis Februarii anno 1967 decretum super Causae Introductione. Instructi sunt postea processus apostolici Augustanus (annis 1969-1970), Bononiensis, Mediolanensis et Gandavensis; quorum auctoritas agnita est decreto die 26 mensis Februarii prodito anno 1988. Praeparata *Positione* sunt secundum normas virtutes inquisitae. Die 9 mensis Ianuarii anno 1990, exitu cum prospero actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor. Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 22 mensis Ianuarii habita anno 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, professi sunt Servum Dei Aegidium Laurent heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Aegidii Lau-*

refit, laici professi Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis SS.mi Salvatoris Lateranensis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii **A.** D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

BELLICEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Gabrielis Taborin, Fundatoris Instituti Fratrum a Sancta Familia de Bellicio (1799-1864).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Inde ab exordiis quidem Ecclesiae fuerunt viri ac mulieres, qui per praxim consiliorum evangelicorum Christum maiore cum libertate sequi pressiusque imitari intenderunt et suo quisque modo vitam Deo dicatam duxerunt, e quibus multi, Spiritu Sancto afflante, vel vitam solitariam degerunt vel familias religiosas suscitaverunt, quas Ecclesia sua auctoritate libenter suscepit et adprobavit » **(CONC. OECUM. VAT**. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* 1).

Ex his viris unus fuit Servus Dei Gabriel Taborin, qui cum alacritate et perseverantia Christum est imitatus consiliorum evangelicorum exercitio et ardenti animarum salutis impulsus caritate, in difficultatibus et acerbitatibus communitatem laicalem vitae consecratae condidit, Institutum Fratrum a Sancta Familia appellatam, apostolatui inter iuvenes et cleri servitio deditam.

Servus Dei ortus est in oppido, patrio sermone *Belleydoux* denominato, intra fines Bellicensis dioecesis sito, calendis Novembribus anno 1799, a Claudio Iosepho Taborin et Maria Iosepha Poncet-Montange. Eodem die est baptizatus in paroecia loci, ubi natus, et undecim annorum primum ad eucharisticam mensam accessit. Anno 1813 in vico *Oyonnax* dicto a Cardinali Iosepho Fech sacramentum accepit Confirmationis.

Studiis peractis in locis vernáculo sermone *Piagne* et *Ghâtillon-de-Michaille* vocatis, domum rediit, ibique uti aedituus, utque cantor, christianae doctrinae institutor et magister, parochum adiuvit. Anno 1820, cum Missioni populari Sancti Claudii interesset, se Deo consecrare statuit, in statu tamen laicali manentem. Anno 1824, relicta familia, Sanctum Claudium se contulit, ubi cum aliquibus iuvenibus Fratres a Sancto Ioseph instituit suumque iniit apostolatum, scholam regendo et in cathedrali ecclesia illius urbis inserviendo. A sociis desertus, aliquot annis diversis in locis partes egit catechistae vagi, donec anno 1827, dominum Alexandrum Raimundum Devie, Episcopum Bellicensem, cognovit, qui eius perfectionis cupiditate et apostolico proposito animadversis, pollicitus est se esse illi opitulaturum ; quod postea large quidem fecit. In urbe, lingua vernacula nominata *Beimoni,* ephebeum aperuit pro iuvenibus, anno 1829 ; deinceps, anno nempe 1835, condidit tandem Institutum Fratrum a Sancta Familia, quod cum prudentia et summa cura gubernavit tamquam Superior Generalis ad mortem usque. Die 3 mensis Novembris a. 1838 vota perpetua nuncupavit, eodem tempore quo undecim alii novitii priorem professionem faciebant. Laetus suae communitatis, eiusdemque apostolicorum operum, incrementum vidit et a Sancta Sede sui Instituti approbationem obtinuit. Laboribus confectus Bellici obiit die 24 mensis Novembris anno 1864.

Aetas qua Frater Gabriel vixit publicis socialibusque est notata eversionibus, persecutionibus contra Ecclesiam, quae tamen populi Gallici fidem non eradicaverunt, et eo minus ruricolae.

A parentibus hereditate fidem christianam accepit et facultates humanas, quales industriam et constantiam. Crescens, rerum mutationis mala cognovit; quae reficienda erant intellexit, et paroeciae ac dioecesi se ministrum praebuit, ut institutio fieret spiritale omnium patrimonium, desertiorum praesertim, eorum nimirum qui ruris viculos habitabant. Interfuit ita christianae Galliae renovationi, in

quam alii dari incubuerunt viri, dum Episcopi sui aperto adminiculo, Institutum condidit, quod hodie eius continuat opus.

Vita eius et facta percipiuntur lumine eius spiritalium facultatum et humanarum dotum collustrante, penitusque eum perspiciendo comprehendere possumus illius agendi modi rationem explanatoriam et colligere virtutes animae eius esse significationem.

Fides, donum supernaturale, qua fulgida et stabili praeditus erat, virtus apparet, quae tamquam causa eius subfuit vitae, et numquam defecit.

A proposito, quod Dei voluntatem esse sentiebat, nec humanae securitatis condiciones, nec cogitationes de vitae tranquillitate, nec res adversae, eum amoverunt. « Aliquando — aiebat — mihi contigit ut solummodo aranea perficerem, sed Dei gloriam et animarum salutem semper quaesivi ».

Sub vitae finem, de suo opere loquens, quod Deum voluisse affirmabat, haec dicebat : « Tantus mihi animus est tantaque persuasio Deum nostrum Institutum velle, ut, si omnes me derelinquerent, iterum inchoarem, ac si id nullius esset momenti ».

Donum illud fidei, in baptismate acceptum, servavit et auxit, se deprecatione alendo et sapienter parochi utendo institutionibus. Et sicut iis obsequebatur, quae discebat, ita et largus erat in communicando cum aliis quae acceperat.

Ex eo, quod in Ecclesia auxiliaris erat, magis aestimavit quae minus apparent : igitur parvulorum institutionem et in agris derelictorum, catechesim tradendam, studium caeremoniarum cultus, praesertim cantus sacri : quae opera tam vehementer eum capiebant, ut ea maximis humanis dignitatibus anteponeret.

In iuventute humilitatem colebat, non tamen eam nominans; sed post, vir iam grandior natu, cum se applicavit ad describendas! normam spiritalem pro Fratribus sodalibus Instituti, quod ipse **considerat**, ((virtutem peculiarem » humilitatem esse declaravit.

Virtus haec fuit electionis, in qua progressus fecit Sanctam Familiam imitando, quam sub humili tecto Nazarethano contemplabatur, sicut Sanctorum Patronorum, quos pro suo elegerat Instituto, absconditam in oppido Nazareth vitam appellare solebat.

Alia eius virtus singularis, quasi naturalis virtus, fortitudo fuit; quae, magnae fidei coniuncta, effecit ut omne genus difficultates superaret.

Non communi animo opus erat, ut in suo proposito maneret : ut nempe pauperiorum locorum apostolus esset, is, laicus et aptae praeparationis expers, Institutum conderet vitae consecratae, religiosos et educatores formaret.

Cum e domo discessit ut suum assequeretur propositum, nonnisi sex Francorum nummos secum habebat, et paulo post circum se quinque congregavit iuvenes-, qui tamen mox eum deseruerunt, quoad per Providentiam in Episcopum Bellicensem incurrit, qui ei munimentum promisit et praesidium, quique eius magister spiritus factus, est eiusdem moderatus fervoribus, eique consilia dedit in actione, ut ipse suos posset regere discipulos.

Eius animi socia, tamquam spiritalis umor, fiducia Dei fuit, quae eum in difficultatibus, in ambiguis interpretationibus, in inopia sustinuit.

Ea impulsus, Providentiae gratias persolvebat, quae ei numquam defuit, certus « Deum, qui mundum creavit, eos neglegere non posse, qui se ei consecraverunt ».

Sed hae virtutes, etsi Dei dona gratuita, non sine opera Servi Dei creverunt, quae constans fuit et praecipue deprecationi coniuncta. Iam a puero precari didicerat, sacris paroecialibus interesse, institutionibus catechisticis, cogitationibus spiritalibus in dioecesi.

Sedecim annorum nomen professus est in Confraternitatem Mariae Auxiliatricis; litaniarum Virginis cantu sabbata celebrabat. Adveniente mense Maio laetitia afficiebatur magna, studiosus laudes Sanctissimae Virginis novo fervore canendi.

Si eius spiritalitatis notae mariales sunt, magnopere etiam diligebat Iesum Eucharisticum, qui alterum ei suggessit apostolatus propositum. Id nobis confirmat Frater Amadeus, eius successor, qui scripsit : « Eius amori in Iesum Hostiam Instituti constitutionem debemus ». Nihil umquam erat ei satis pulchrum, pretiosum, decorum, cum de altari agebatur.

Eligendo Instituti sui Patronos Iesum, Mariam et Ioseph, breviter astrinxit ea electione suam amoris spiritalitatem erga Deum in occultatione, cum vellet in hac re Divinum Magistrum imitari in oppido Nazareth absconditum et in Eucharistia velatum, se.d tamen arcano praesentem.

Amorem in Deum ostendit fratres quoque sodales amando, pro quibus Opus instituerat : ex colloquio cum Deo factus est inter homines et praecipue inter iuvenes apostolus. Sed potissimum uti Condi-

tor et Superior omnem ostendit animi altitudinem, peculiariter de suorum Religiosorum sollicitus bono. Quos ut in suis ipsorum sedibus viseret, nec labores dimetiebatur nec itinera. Cum Frater aliquis cura levandus erat, angore conscientiae vel ab animae periculo liberandus, nihil ei oneri erat.

Laetabatur eos colligere quotannis in domum novitiatus exercitationum spiritalium causa. Eius epistularum commercii superest, praeter plurimas epistulas, litterarum passim missarum collectio, per quas cor eius et intellegentia id spectant, ut illuminent, corrigant, ad bonum stimulent, pareant. Per eas suam communicabat dilectionem in illos, ut Fratres Familiam constituerent, non solum consiliis apostolicis coniunctam, sed etiam animo et corde.

Haec apostolica sedulitas et aliorum cura, partim repensa est amicitia Sancti Curatoris Arsiensis, Ioannis Mariae Vianney, qui primo occursu eum « amicum Dei » appellavit ; quem occursum secutum est mutuum auxilium et servitium in humilitate : quod insigne fuit illarum duarum animarum, quae inter se congruebant.

Servus Dei, propter suam agendi rationem, tam fervidam in imitatione Christi atque in Ecclesiae et animarum servitio, vivus sanctitatis famam sibi comparaverat. Haec fama post eius mortem duravit, sed canonizationis Causa, ob rationes ad eam non pertinentibus, tardius inchoata est per celebrationem processus ordinarii informativi (acti annis 1956-1959) apud Curiam episcopalem Bellicensem. Die 13 mensis Iunii anno 1966 editum est decretum super scriptis. Positio super virtutibus, concinnata Officio Historico-Hagiographico Congregationis pro Causis Sanctorum moderante, inspecta est a Consultoribus Historicis in sessione die 15 mensis Octobris habita anno 1985. Die 16 mensis Martii anno 1990 decretum promulgatum est super auctoritate et vi processus ordinarii informativi. Consultores Theologi, in Congressu Peculiari diei 11 mensis Decembris eiusdem anni, cui praefuit Rev.mus Promotor Fidei Antonius Petti, dubio proposito affirmanter responderunt. Deinde Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria, quae se in unum collegerat die 10 mensis Maii anno 1991, Causae Ponente Exc.mo Domino Angelo Palmas, Archiepiscopo titulari Vibianensi, Servum Dei Gabrielem Taborin heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione,

Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Gabrielis Taborin, Fundatoris Instituti Fratrum a Sancta Familia de Bellido, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die **14** mensis Maii A. D. **1991.**

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£& Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

FERENTINA

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Grimoaldi a Purificatione (in saec.: Ferdinandi Santamaria), clerici professi e Congregatione Passionis D.N.I.C. (1883-1902).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Cuiusvis Instituti sodales mente recolant imprimis se professione consiliorum evangelicorum vocationi divinae responsum dedisse, ita ut, non solum peccato mortui (cf. *Rom* **6, 11),** sed etiam mundo renuntiantes, soli Deo vivant » **(CONC. OECUM. VAT**. II, Decr. *Perfectae*

caritatis, 5). Propositum soli Deo vivendi, tanta cum auctoritate a Concilio Oecumenico commemoratam, animae consecratae semper magni fecerunt, quae impigre in suam incubuerunt sanctificationem, vel paucis vitae religiosae annis.

Eiusmodi est casus Servi Dei Grimoaldi a Purificatione, clerici professi Congregationis Passionis, qui ne viginti quidem annorum, mirifica est exempla aemulatus Fratrum sodalium sancti Gabrielis a Virgine Perdolente (annis 1838-1862) et beati Pii a Sancto Aloisio (annis 1868-1889), imaginem exprimendo in se austerae et laetantis Regulae sancti Pauli a Cruce, et Christum crucifixum atque Virginem Perdolentem imitando.

Servus Dei Ponte Curvo ortus est, die 4 mensis Maii anno 1883, natu maximus Petri Pauli Santamaria et Caeciliae Ruscio. Postero die est in ecclesia paroeciali baptizatus Sancto Paulo Apostolo dicata, et Ferdinandus appellatus. Mense Septembri eiusdem anni, ut tunc frequenter accidebat, sacramentum accepit Confirmationis a populari suo Caietano Aloisi-Masella, futuro S. R. E. Cardinali. Pater artem restionis exercebat, cannabim conficiens ut ex ea restes depromeret variae crassitudinis, id temporis admodum vendibiles pro operibus rusticis et aedificatione, unde familiae crescenti aliquod trahebat lucrum et oeconomicam tranquillitatem.

Familiae Santamaria vita alto et firmo sensu christiano nitebatur, qui cotidiana deprecatione communi significabatur et Eucharistiae dominicae aliarumque paroecialium celebrationum concordi participatione. Servus Dei est primum ad eucharisticam mensam admissus, contra temporis consuetudinem, vix octo annos natus, anno 1891, praeparationis gratia in familia acceptae et assiduae catechesis paroecialis frequentatione. Aequum quodammodo parvulo Ferdinando fuit, ut ad altaris servitium transiret tamquam puer choralis, et deinceps ad *scholam cantorum* in ambitu Congregationis Mariae Immaculatae, pro pueris institutae a sedulo Pontis Curvi sacerdote. Servus Dei feliciter potuit ludos frequentare alio sacerdote moderante, qui in eius intellectus et spiritus maturitatem vim habuit praegravantem. Puer praemature adductus est ad incumbendum in privatam deprecationem, praesertim ante SS. Sacramentum, et ad quaedam paenitentiae genera multo maiora usitatis eius aetatis studiis.

Tredecim fere annorum clare Servus Dei familiae significavit se religiosum et sacerdotem fieri optare, cum pater iure speraret se habiturum illum in arte restiarii adiutorem. Ferdinandus admiratus

erat vitam simplicem et austeram religiosorum Congregationis Passionis recessus Dominae Nostrae a Gratiis eius loci, conditi anno 1850. Iam cupiebat et ipse esse Passionista. Dum exspectabat donec ad legitimam perveniret aetatem, est ab ipso patre alii benigno sacerdoti concreditus, ut rudimenta disceret grammaticae et rhetoricae pro temporis praeceptis. Ultimis denique patris recusationibus superatis, die 15 mensis Februarii anno 1899 Ferdinandus novitiatum ingressus est vocatum « Santa Maria di Pugliano)) apud oppidum Palianum, in finibus situm dioecesis suburbicariae Praenestinae, in recessum anno 1755 institutum a S. Paulo a Cruce. Die 5 mensis Martii eodem anno Servus Dei vestem induit Passionistarum nomenque cepit Grimoaldum a Purificatione, in memoriam sancti presbyteri Ponte Curvo venerati, simul suam ostendens erga Dei Matrem pietatem.

Laudabiliter novitiatu peracto, professionem fecit perpetuam die 6 mensis Martii anno 1900, ad consueta vota addens proprium Passionistarum votum, propagandi videlicet Passionis Domini « gratam memoriam)). Statim post ad recessum est missus « Abbatiae)) apud locum *Ceccano,* in dioecesi Ferentina positum, ut studia philosophica exerceret futuri sacerdotii respectu. Servus Dei est aliqua studii difficultate affectus ob cursuum superiorum inconstantiam et ingenii sui mediocritatem ; sed haec curae firmitate et sedula animi attentione supplevit.

At campus, in quo Servus Dei vere eminuit et celeriter exemplum evasit, campus fuit constantis et progredientis exercitii christianarum et religiosarum virtutum. Quae ante erat in familia aggressus, interiori impellenti vocationi respondens, paucis annis maximis auctis excoluit, quod Sacrae Litterae de iusto affirmant perficiens : «Consummatus in brevi explevit tempora multa» *(Sap* 4, 13).

Iuvenis Grimoaldus, altus et corporis constitutione robustus, minime officium contempsit perfectionem appetendi, tamquam insigni vocationis religiosae et sacerdotalis gratiae amantem responsionem. Nihil habuit antiquius quam se plene ad Congregationis spiritum accommodare, ad quam se contulerat, integram id temporis S. Pauli a Cruce Regulam cum fervore observando. Tunc Passionistae dies communi Liturgiae Horarum observantia finiebatur, quae multa de nocte ab horariis precibus matutinis et Laudibus incipiebat, adque quam cotidiana Sacrificii eucharistici participatio adiungebatur, in quasi .continui silentii et hilaris austeritatis condicione. Servus Dei laetabatur per maiorem anni partem abstinentiam et ieiunium colere, so-

lum crepidatus gradi, etiam saeva hieme, parce quiescere in dura culcita straminea, non tunica, ex aspero panno, deposita. Precationis spiritus, solitudinis et paupertatis praestans hereditas erat a Sancto Institutore relicta et diligenter tunc custodita ab eo qui Congregationi moderabatur, Beato nempe Bernardo M. a Iesu, nobili Romano Silvestrelli, olim S. Gabrielis a Virgine Perdolenti in novitiatu socio. Servus Dei bene se huic sanctorum religiosorum inserit seriei, puerili cum simplicitate et virili cum constantia. Virtutum theologalium aeri consuevit, cum unum Deum appetitunm suorum et actuum caput haberet, omnino rerum humanarum et terrestrium oblitus. Vivida in Eucharistiam pietas, praesertim tamquam « memoriale mortis Domini », quam puer ostenderat, facta est in Servo Dei ardentis caritatis fundamentum, suavis fructuosi futuri sacerdotii cupiditas.

Filialis cum Virgine Perdolente <(com-passio » erat ei firmamentum in ineluctabilibus vitae communis difficultatibus ; hinc fraternae convictionis et promptae facilitatis, etiam religiosis senioribus, exemplar est factus. Testes uno consensu affirmant eum heroa quodammodo fuisse, simplicem sed firmum, in excolendis virtutibus cardinalibus et in officiis explendis manantibus e nuncupatis votis religiosis. Iuvenis angelicus habitus, perfecte oboedientiae obnoxius, humilis in se semper putando communitatis ultimo, fuit, re vera, secundum evangelicum dictum, primus (cf. *Mt* 20, 27).

Mensis Novembris anni 1902 primis diebus Servus Dei offensam sensit improviso, quae procedente tempore est versa in peiorem partem. Medicus repperit membranae cerebri inflammationem acutam, quae cito omnem abstulit salubris mutationis spem, siquidem erysipelas intervenit rebelle. Circiter meridiem diei 18 mensis Novembris anno 1902 ipse extremorum sacramentorum solacium petivit, quae clara cum tranquillitate accepit et perfecto erga Dei voluntatem obsequio. Ad solis occasum in pace Domini Servus Dei obdormivit, vix 19 annos natus et sex menses ac paulo plus duos annos vota religiosa professus. Sepultus est in communitatis loci *Geccano* monumento. Anno 1962 eius corpus translatum est in ecclesiam « Abbatiae », recessui haerentem, in quo Grimoaldus vita defunctus erat.

Quamvis fama sanctitatis duraret, qua Servus Dei in vita et post mortem est affectus, Causa tamen ob varias rationes ad eam non pertinentes, nonnisi anno 1957 inchoata est per processum ordinarium Ferentinum, ad quem nonnulli rogatoriales additi sunt, inter quos Rof-

fensis in America eminet, ubi plures Servi Dei propinqui et populares testati sunt, qui illuc migraverant quique gratiis sunt fruiti eius tributis precibus. Postquam, anno 1980, declaratum est non esse Servi Dei scripta reperta et est, die 5 mensis Octobris anno 1984, decretum editum de processuum validitate, *Positio* est elaborata. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum Congregationis de Causis Sanctorum actus est secundo cum exitu die 9 mensis Octobris anno 1990, praesidente Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore. Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 22 mensis Ianuarii anni 1991, Causae Ponente Exc.mo Domino Hieronymo Grillo, Episcopo Centumcellarum-Tarquiniensi, agnoverunt Servum Dei Grimoaldum a Purificatione heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinali infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Grimoaldi a Purificatione, clerici professi e Congregatione Passionis D. N. I. C, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

h. © S.

83 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 12 Iunii 1991. — Cathedrali Ecclesiae Minoricensi R. D. Franciscum Ciuraneta Aymi, hactenus Vicarii generalis vices gerentem et Vicarium episcopalem pro actione pastorali fovenda in dioecesi Dertosensi.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Christophori de Laguna Exc.mum P. D. Philippum Fernández García, hactenus Ordinarium dioecesis Abulensis.

die 10 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ceramensi R. P. Iosephum Carolum Melo, Congregationis Missionis sodalem, quem deputavit Auxiliarem Sancti Salvatoris in Brasilia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lysiniensi R. D. Iosephum Antonium Aparecidum Tosi Marques, e clero Sancti Caroli in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Sancti Salvatoris in Brasilia.

die 11 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Hippolyti Exc.mum P. D. Conradum Krenn, hactenus Episcopum titularem Aulonitanum et Auxiliarem archidioecesis Viennensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sutrinae R. P. Christophorum Schönborn, Ordinis Fratrum Praedicatorum sodalem, Professorem Theologiae apud Universitatem Friburgensem in Helvetia, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis Hermanni S.R.E. Cardinalis Groër, Archiepiscopi Viennensis.

die 13 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Catrensi R. D. Franciscum Rabek, ad praesens Vicarium generalem dioecesis Nitriensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Ioannis Chrysostomi S.R.E. Cardinalis Korec, S.I., Episcopi Nitriensis.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Insulae Viridis R. D. Ioannem Carrera Planas, hactenus Vicarium episcopalem in archidioecesi Barcinonensi et curionem paroeciae Sancti Isidori.

— Titulari episcopali Ecclesiae Anglonensi R. D. Carolum Soler Perdigó, Vicarium episcopalem in archidioecesi Barcinonensi et curionem paroeciae Sancti Pii Decimi Papae.

die 17 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Cachoeirensi Australi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Angelum Dominicum Salvador, O.F.M. Cap., hactenus Episcopum Praelatum Coxinensem.

die 20 Iulii 1991. — Cathedrali Ecclesiae Grossetanae R. D. Angelum Scola, e clero dioecesis Aprutinae-Hatriensis, apud Pontificiam Universitatem Lateranensem professorem.

die 23 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Xetafensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Franciscum Iosephum Pérez y Fernández Golfín, hactenus Episcopum titularem Tigillavensem et Auxiliarem archidioecesis Matritensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Perthensi Exc.mum P. D. Barrium J. Hickey, hactenus Episcopum Geraldtonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Rockhamptoniensi Exc.mum P. D. Brennum Heenan, e clero archidioecesis Brisbanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Complutensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Emmanuelem Ureña Pastor, hactenus Episcopum Ebusitanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Matritensi, noviter erectae, Em.mum P. D. Angelum S. R. E. Cardinalem Suquia Goicoechea, Archiepiscopum Matritensem.

die 2k Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Aloysii de Caceres R. D. Paulum Antonium de Conto, e clero Sanctae Crucis in Brasilia.

— Cathedrali Ecclesiae Massensi-Apuanae Exc.mum P. D. Eugenium Binini, hactenus Episcopum Pitilianensem-Soanensem-Urbetelliensem.

— Cathedrali Ecclesiae Cerretanae-Thelesinae-Sanctae Agathae Gothorum, R. D. Marium Padello, hactenus Vicarium generalem archidioecesis Fodianae-Bovinensis.

die 5 Augusti. — Archiepiscopali Ecclesiae Albae Iuliensis, noviter evectae, Exc.mum P. D. Ludovicum Bálint, hactenus Episcopum eiusdem dioecesis.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit :

die 15 Aprilis 1991. — Cathedrali Ecclesiae Uravaënsi R. D. Petrum Takeo Okada e Clero Tokiensi.

— Episcopum Coadiutorem P. D. Marcelli Bam'ba Gongoa, Episcopi Bondoènsis, R. P. Philippum Nkiere Kena, Congregationis Immaculati Cordis Mariae sodalem.

die 20 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Kotidoënsi, noviter erectae in Uganda, R. D. Dionysium Kiwanuka, hactenus Vicarium generalem Tororoensem.

— Cathedrali Ecclesiae Yokadumanae, noviter erectae in Cammerunia, R. P. Eugenium Juratzko, Congregationis Missionariorum B.M.V. Immaculatae sodalem.

— Cathedrali Ecclesiae Ebolouana-Kribensi, noviter erectae in Cammerunia, Exc.mum P. D. Ioannem Baptistam Ama, hactenus Episcopum Sangmelimaênsem.

die 17 Iunii. — Titulari Ecclesiae Cabarsussitanae R. D. Albertum Malcolm Ranjith Patabendige Don, e Clero Columbensi in Taprobane, quem constituit Episcopum Auxiliarem Columbensem.

— Cathedrali Ecclesiae Arcis Portal Exc.mum P. D. Paulum Kalanda, hactenus Episcopum Morotoènsem.

— Cathedrali Ecclesiae Gokwansi, noviter erectae in Zimbabwe, R. D. Michaelem Bhasera, hactenus Vicarium generalem Gueruensem.

— Cathedrali Ecclesiae Berberatensi R. P. Augustinum Delfino, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hactenus Vicarium generalem Buarensem.

die 9 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Malaboênsi Exc.mum P. D. Hildefonsum Obama Obono, hactenus Episcopum Ebebiyinensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Dal 13 al 20 Agosto 1991, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Polonia ed in Ungheria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 agosto 1991. S. E. mons. Lajos Kada, Arcivescovo tit. di Tibica, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Federale di Germania.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 luglio 1991. Il sac. Luis Clavell, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per il Dialogo con i Non Credenti.*

25 » » Gli E.mi Signori Cardinali Angelo Sodano, Robert Coffy, Edward I. Cassidy, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Alexandru Todea, *Membro della Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Henri Schwery e Virgilio Noè, *Membri della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Anthony Joseph Bevilacqua e Virgilio Noè, *Membri della Congregazione delle Cause dei Santi.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Angelo Sodano, Antonio Quarracino, Camillo Ruini, Pio Laghi, Edward I. Cassidy, *Membri della Congregazione per ì Vescovi.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Nicolás de Jesús López Rodríguez e Juan Jesús Posadas Ocampo, *Consiglieri della Pontificia Commissione per l'America Latina.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwabi, Cahal Brendan Daly, Pio Laghi, José T. Sánchez, Fiorenzo Angelini, *Membri*

delia Congregazione per V Evangelizzazione dei Popoli.

25 luglio 1991. Gli E.mi Signori Cardinali Giovanni Saldarmi, Henri Schwery, Pio Laghi, *Membri della Congregazione per il Clero.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Nicolás de Jesús López Rodríguez, Jan Chryzostom Korec, Fiorenzo Angelini, *Membri della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Georg Maximilian Sterzinsky e José T. Sánchez, *Membri della Congregazione per V Educazione Cattolica (dei Seminari e degli Istituti di Studi).*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Giovanni Saldarmi, *Membro del Pontificio Consiglio per i Laici.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Alexandru Todea, Antonio Quarracino, Cahal Brendan Daly, *Membri del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwabi e Juan Jesús Posadas Ocampo, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Roger Michael Mahony, *Membro del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace.*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Anthony Joseph Bevilacqua, *Membro del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Robert Cofiy, *Membro del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Jan Chryzostom Korec e Georg Maximilian Sterzinsky, *Membri del Pontificio Consìglio per il Dialogo con i Non Credenti.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Nicolás de Jesús López Rodríguez e Roger Michael Mahony, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali Roger Mahony e Camillo Ruini, *Membri del Consiglio di Cardinali per lo studio dei problemi organizzativi ed economici della Santa Sede.*

» » » L'E.mo Signor Cardinale Edward I. Cassidy, *Membro dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

» » » L'E.mo Signor Cardinale José T. Sánchez, *Membro del Pontificio Comitato per i Congressi Eucaristici Internazionali.*

22	agosto	1991.	Mons. Leonardo Sandri, Consigliere di Nunziatura, *Reggente della Prefettura della Casa Pontificia.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

4	giugno	1984.	Mons. Gregorio Schaffer (Solóla).
21	febbraio	1991.	Mons. Biagio Filippini (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
27	»	»	Mons. Luigi Chiappetta (Cosenza-Bisignano).
7	marzo	»	Mons. Giustino Formelli (Fiesole).
2	aprile	»	Mons. Aloys Heck (Speyer).
13	»	»	Mons. Stanislaw Kuczynski (Minsk-Mohilev).
10	maggio	»	Mons. Francesco Peradotto (Torino).
»	»	»	Mons. Peter Stephen Kinlin (Regina).
22	»	»	Mons. Giovanni Battista Guzzetti (Milano).
23	»	»	Mons. Vincenzo Carbone (Montevergine).

Prelati d'onore di Sua Santità:

10	novembre	1987.	Mons. Bienvenido A. Castillo (Lingayen-Dagupan).
»	»	»	Mons. Gorgonio C. Zapatos (Tagbilaran).
30	aprile	1990.	Mons. Edward J. Duncan (Peoría).
29	maggio	»	Mons. Ignatius L. Urbonas (Gary).
»	»	»	Mons. Lawrence J. Baird (Orange in California).
»	»	»	Mons. Brian P. Coghlan (Orange in California).
»	»	»	Mons. Timothy J. Doyle (Orange in California).
»	»	»	Mons. Michael A. Harris (Orange in California).
»	»	»	Mons. Paul M. Martin (Orange in California).
»	»	»	Mons. William McLaughlin (Orange in California).
»	»	»	Mons. Daniel J. Murray (Orange in California).
»	»	»	Mons. Peter Ngyuên Duc Tien (Orange in California).
»	»	»	Mons. Jaime Soto (Orange in California).
»	»	»	Mons. John Urell (Orange in California).
6	giugno	1990.	Mons. Joseph C. Ansaldi (New York).
»	»	»	Mons. Francis P. Bellew (New York).
»	»	»	Mons. Thomas J. Bergin (New York).
»	»	»	Mons. Patrick J. Boyle (New York).
»	»	»	Mons. Dermot R. Brennan (New York).
»	»	»	Mons. John D. Burke (New York).
»	»	»	Mons. Andrew Francis Burns (New York).
»	»	»	Mons. Howard W. Calkins (New York).
»	»	»	Mons. Patrick J. Carney (New York).
»	»	»	Mons. George J. Cascelli (New York).
»	»	»	Mons. Timothy S. Collins (New York).
»	»	»	Mons. Lawrence M. Connaughton (New York).
»	»	»	Mons. Anthony J. Dalla Villa (New York).
»	»	»	Mons. Peter G. Finn (New York).
»	»	»	Mons. William F. Guido (New York).
»	»	»	Mons. Wallace A. Harris (New York).
»	»	»	Mons. Alexander J. Horembala (New York).
»	»	»	Mons. Thomas P. Leonard (New York).

6 giugno 1990. Mons. James Christopher Maloney (New York).
Mons. James F. McCarthy (New York).
Mons. John M. McCarthy (New York).
Mons. Robert F. McCormick (New York).
Mons. Timothy A. McDonnell (New York).
Mons. John P. Mclvor (New York).
Mons. Hugh F. McManus (New York).
Mons. Joseph P. Meehan (New York).
Mons. Thomas A. Modugno (New York).
Mons. Jeremiah P. Monahan (New York).
Mons. James R. Moore (New York).
Mons. Thomas F. Murphy (New York).
Mons. Edward M. O'Brien (New York).
Mons. James T. O'Connor (New York).
Mons. Edward D. O'Donnell (New York).
Mons. Peter C. O'Donnell (New York).
Mons. Daniel A. Peake (New York).
Mons. William B. Smith (New York).
Mons. Nicholas J. Soares (New York).
Mons. James P. Sullivan (New York).
Mons. George P. Thompson (New York).
Mons. William J. Toohy (New York).
Mons. Robert M. Trainor (New York).
Mons. Guy S. Vinci (New York).
Mons. Gerald T. Walsh (New York).
Mons. John G. Woolsey (New York).
Mons. Michael J. Wrenn (New York).
Mons. Joseph J. Zammit (New York).
Mons. George J. Adams (Steubenville).
Mons. James A. Boehm (Steubenville).
Mons. Gerald E. Calo vini (Steuben ville).
Mons. John Michael Campbell (Steubenville).
Mons. Lewis F. Gaetano (Steubenville).
Mons. Patrick E. Gaughan (Steubenville).
Mons. Gene W. Mullett (Steubenville).
Mons. William R. Myers (Steubenville).
Mons. Donai A. O'Carroll (Steubenville).
Mons. Thomas C. Petronek (Steubenville).
Mons. Kenneth J. Uram (Steubenville).
Mons. George W. Yontz (Steubenville).
luglio Mons. John E. Anderson (Las Cruces).
Mons. Richard P. Lynch (Las Cruces).
Mons. John J. Fahy (Newark).
Mons. Francis M. Mulquinn (Newark).
10 Mons. Francis G. Barrett (Scranton).
Mons. John J. Bendik (Scranton).
Mons. David A. Bohr (Scranton).
Mons. Francis J. Callahan (Scranton).
Mons. Francis Allan Conlan (Scranton).
Mons. Philip A. Gray (Scranton).

10	luglio	1990.	Mons. Joseph P. Kelly (Scranton).
»	»	»	Mons. Alexander T. Kulik (Scranton).
»	»	»	Mons. Anthony 0. Marra (Scranton).
»	»	»	Mons. John 0. Masakowski (Scranton).
»	»	»	Mons. Leonard J. Novak (Scranton).
»	»	»	Mons. Joseph G. Rauscher (Scranton).
»	»	»	Mons. John Anthony Tito (Scranton).
2	agosto	»	Mons. Albert Decker (Köln).
»	»	»	Mons. Paul M. Konoske (Los Angeles, U.S.A.).
3	»	»	Mons. Frank Chiodo (Des Moines).
»	»	»	Mons. Hilary W. Gaul (Des Moines).
»	»	»	Mons. Gerald Edmund Ryan (Des Moines).
»	»	»	Mons. Joseph Mathias Schulte (Des Moines).
»	»	»	Mons. Gerald Joseph Stessman (Des Moines).
»	»	»	Mons. James J. Wadsworth (Des Moines).
17	settembre	»	Mons. James K. Vaughey (New York).
7	ottobre	»	Mons. Jerome J. Buchheit (Saint Louis).
»	»	»	Mons. John F. Dollard (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Edward C. Eichor (Saint Louis).
»	»	»	Mons. James J. Finley (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Vernon E. Gardin (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Leonard P. Glacolone (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Michael F. Regan (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Adolph M. Schilly (Saint Louis).
»	»	»	Mons. Leo F. Sullivan (Saint Louis).
»	»	»	Mons. John M. Unger (Saint Louis).
18	novembre	»	Mons. Günter Biemer (Freiburg im Breisgau).
5	dicembre	»	Mons. Bienvenido Chinquillo y Navarra (Calbayog).
15	»	»	Mons. Joseph Sauer (Freiburg im Breisgau).
2	febbraio	1991.	Mons. Pedro Leonhar.dt (Chascomús).
»	»	»	Mons. Lázaro Luis Parodi (Chascomús).
16	»	»	Mons. John Hamilton (Edmonton).
»	»	»	Mons. William Irwin (Edmonton).
»	»	»	Mons. Donald G. MacDonald (Edmonton).
»	»	»	Mons. Felix Otterson (Edmonton).
21	»	»	Mons. David D. Price (Auckland).
»	»	»	Mons. Libero De Santis (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
22	»	»	Mons. Gennaro Porzio (Sorrento-Castellammare di Stabia).
8	marzo	»	Mons. André Chalifoux (Mont-Laurier).
15	»	»	Mons. Procolo Scotto d'Appolonia (Pozzuoli).
26	»	»	Mons. Miklós Csatári (Timiçoara).
8	aprile	»	Mons. André Français (Besançon).
13	»	»	Mons. Huba Rózsa (Székesfehérvár).
24	»	»	Mons. Antonio Pesenti (Bergamo).
27	»	»	Mons. Henri Delaby (Arras).
2	maggio	»	Mons. Antonio Massone (Roma).
13	»	»	Mons. Cecilio Rizzi (Milano).
4	giugno	»	Mons. Jerzy Likierski (Cheïmno).

4	giugno	1991.	Mons. Wladyslaw Maciag (Czestochowa).
»	»	»	Mons. Ignacio Carrasco de Paula (Opus Dei).
,11	»	»	Mons. Dante Balboni (Ferrara-Comacchio).
»	»	»	Mons. Paolo Gillet (Roma).
»		»	Mons. Giuseppe Gulizia (Roma).

Cappellani di Sua Santità:

19	aprile	1985.	Il sac. Eduardo Aguirre Oestmann (Guatemala).
4	gennaio	1990.	Il sac. Lino Gussoni Pasquali (New York).
10	luglio	»	Il sac. Vincent J. Grimalia (Scranton).
»	»	»	Il sac. John W. Jordan (Scranton).
»	»	»	II sac. Peter P. Madus (Scranton).
»	»	»	Il sac. Kevin P. O'Neill (Scranton).
»	»	»	Il sac. Dale R. Rupert (Scranton).
»	»		Il sac. Neil J. Van Loon (Scranton).
»	»	»	Il sac. Bernard E. Yarrish (Scranton).
21	»		Il sac. Franz A. Steden (Köln).
6	agosto	»	II sac. Lino Rogai (Rieti).
30	ottobre	»	II sac. Bruno Neuwinger (Köln).
5	dicembre	»	P sac. Luis Llarenas y Seludo (Calbayog).
»	»	»	Il sac. Paulino Singzon y Quilapio (Calbayog).
13		»	II sac. Giuseppe Bonati (Ravenna-Cervia).
»	»	»	II sac. Italo Borghi (Ravenna-Cervia).
»	»	»	II sac. Giovanni Buzzoni (Ravenna-Cervia).
»	»	»	II sac. Settimio Levorato (Ravenna-Cervia).
»	»	»	II sac. Gino Minghetti (Ravenna-Cervia).
21	febbraio	1991.	II sac. Guerrino Santini (Fano-Fossombrone-Cagli-Pergola).
»	»	»	II sac. Carlo Canevá (Udine).
23	»	»	U sac. Luigi Berselli (Massa Marittima-Piombino).
»	»		II sac. Pier Luigi Castelli (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	II sac. Angelo Cattaneo (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	II sac. Ersilio Lodoli (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	II sac. Renzo Negrini (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	II sac. Antonio Pini (Massa Marittima-Piombino).
»	»	»	II sac. Luigi Rossi (Massa Marittima-Piombino).
27	»	»	II sac. Paris Maponi (Camerino-San Severino Marche).
8	marzo	»	Il sac. Robert Beaupré (Montréal).
»	»	»	Il sac. Germain Lecavalier (Montréal).
»	»	»	Il sac. Jean-Jacques Martin (Montréal).
»	»	»	Il sac. Michel Parent (Montréal).
»	»		Il sac. Robert Sansoucy (Montréal).
15	»	»	Il sac. Nicola Rispoli (Pozzuoli).
»	»	»	Il sac. Luigi Saccone (Pozzuoli).
»	»	»	II sac. Salvatore Visco (Pozzuoli).
24	»	»	II sac. Georg Kirchmeier (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Ferencz Berényi (Subotica).
»	»	»	Il sac. István Koncz (Subotica).
»	»	»	Il sac. Béla Stantie (Subotica).

24	marzo	1991. Il	sac. János Tari (Subotica).
»	»	» II	sac. Mihael Zolárek (Subotica).
26	»	» II	sac. Giovanni Bosisio (Milano).
»	»	» II	sac. Márton Roos (Timisoara).
»	»	» II	sac. Giovanni Ghibaudo (Velletri-Segni).
8	aprile	» II	sac. Luciano Nobile (Udine).
13	»	II	sac. Pancrazio Limina (Crotone-Santa Severina).
»	»	» II	sac. Peter Kertész (Székesfenervar).
16	»	» II	sac. Rafael Alejandro Suárez Pérez (Barcelona en Venezuela).
24	»	» II	sac. Giuseppe Cesani (Bergamo).
»	»	» II	sac. Gianfranco Gherardi (Bergamo).
»	»	» II	sac. Peter Gerard Magee (Galloway).
7	maggio	» II	sac. Marko Colio (Beograd).
»	»	» II	sac. Anton Hocevar (Beograd).
13	»	» II	sac. Giuseppe Pierobon (Belluno-Feltre).
22	»	» II	sac. Vincentas Pranckietis (Kaunas).
»	»	» II	sac. Pranas Tamulevicius (Kaunas).
23	»	» II	sac. Orlando Santi (Bologna).
»	»	» II	sac. Arturo Testi (Bologna).
»	»	» II	sac. Pier Francesco Fumagalli (Milano).
»	»	» II	sac. Gaetano Ceraso (Vallo della Lucania).
»	»	» II	sac. Giovanni Passaro (Vallo della Lucania).
»	»	» II	sac. Bruno Tanzola (Vallo della Lucania).
24	»	» II	sac. Vito Parrazzo (Patti).
29	»	» II	sac. David John Malloy (Milwaukee).
4	giugno	» II	sac. Marian Jezierski (Czestochowa).
»	»	» II	sac. Jorge Aníbal Rojas Bustamante (Medellín).
»	»	» II	sac. Franciszek Lebida (Warmia).
»	»	» II	sac. Kazimierz Slaby (Warmia).

Gentiluomo di Sua Santità:

18 maggio 1990. II sig. Riccardo Rosati (Roma).

Addetto di Anticamera:

18 maggio 1990. Il sig. Alberto Bochicchio (Roma).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

Il Collare dell'Ordine Piano:

3 maggio 1991. A Sua Maestà, Karl XVI Gustaf, Re di Svezia.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II lia conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 marzo 1991. A. S. E. il sig. Sébastien Ntahuga *(Burundi).*

La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

3	aprile	1990.	Al sig. Rufus A. Stevenson (Victoria in Texas).
»	»	»	Al sig. August Watzlavick (Victoria in Texas).
16	marzo	1991.	Al sig. Domenico Oorcione *(Italia).*
23	»	»	Al sig. Peter Bonde *(Svezia).*
»	»	»	Al sig. Stig Strömholm *(Svezia).*
»	»	»	Al sig. Peter Wallenberg *(Svezia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

10	luglio	1990.	Al sig. Gustavo Rossen (Caracas).
»	»	»	Al sig. Stephan Höpfinger (Augsburg).
5	dicembre	»	Al sig. Georg Simnacher (Augsburg).
12	gennaio	1991.	Al sig. Johannes Keutgen (Aachen).
26	aprile	»	Al sig. Liu Yu *(Cina).*
30	»	»	Al sig. Aitaka Oshima *(Giappone).*

NECROLOGIO

27	luglio	1991.	Mons. Maximiliano Spiller, Vescovo tit. di Mirica.
31	»	»	Mons. Joäo Chedid, Arcivescovo-Vescovo em. di Nossa Senhora do Libano em Säo Paulo dei Maroniti *(Brasile).*
1	agosto	»	Mons. Augusto Osvaldo Salinas Fuenzalida, Vescovo em. di Linares *(Cile).*
2	»	»	Mons. John Francis Whealon, Arcivescovo di Hartford *(Stati Uniti d'America).*
8	»	»	Mons. Luis Eduardo Henríquez Jiménez, Arcivescovo em. di Valencia *(Venezuela).*
10	»	»	Mons. Pedro Filipak, Vescovo di Jacarezinho *(Brasile).*
»	»	»	Mons. Alfonso Nteka, Vescovo di Mbanza Congo *(Angola).*
11	»	»	Mons. Miguel González Ibarra, Vescovo em. ¿i Ciudad Obregón *(Messico).*
16	»	»	Mons. Raymond J. Vonesh, Vescovo tit. di Vanariona.
18	»	»	Mons. Patrick Joseph Kelly, Vescovo em. di Benin City *(Nigeria).*

Am et yol. LXXXin 9 Octobris 1991 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE ENCYCLICAE

Venerabilibus in episcopatu Fratribus Clericisque et Religiosis Familiis, Ecclesiae Catholicae Fidelibus universis necnon bonae voluntatis hominibus saeculo ipso Encyclicis ab editis litteris «Rerum novarum» transacto.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERATI FRATRES, CARISSIMI FILII ET FILIAE,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. CENTESIMUS ANNUS a promulgatione Litterarum Encyclicarum Decessoris Nostri v.m. Leonis XIII, quae verbis ***Rerum novarum*** incipiunt,[1] multum habet in praesenti Ecclesiae et Nostri etiam Pontificatus historia momentum. Singulariter enim illae praestant, quod sollemnibus Summorum Pontili-. cum Documentis commemoratae sunt, a quadragesimo anno postquam foras elatae erant ad nonagesimum usque. Encyclicarum ***Rerum novarum*** iter historicum aliis scriptionibus esse notatum dici potest quae de illis monebant easque simul exsequebantur.[2]

[1] LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Rerum novarum* (15 Maii 1891): *Leonis XIII P. M. Acta,* XI, Romae 1892, 97-144.

[1] Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno* (15 Maii 1931): *AAS* 23 (1931), 177-228; Pius PP. XII, Nuntius radiophonicus die 1 Iunii 1941 datus: *AAS* 33 (1941), 195-205; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra* (15 Maii 1961): *AAS* 53 (1961), 401-464; PAULUS PP. VI, Ep. Apost. *Octogésima adveniens* (14 Maii 1971): *AAS* 63 (1971), 401-441.

Centesimo anno ex quo eaedem sunt editae idem facere statuentes plurium Episcoporum rogatu, Institutorum ecclesialium, Sedium studiorum, conductorum et opificum, tum uti privatorum tum uti consociationum participum, ante omnia cupimus gratiam referre quam tota Ecclesia debet Pontifici Maximo propter eius «immortales Litteras».[3] Cupimus etiam ostendere copiosum umorem qui ex ea scaturit radice non exhaustam esse procedentibus annis, quin immo esse abundantiorem factum. Id testantur varia incepta quae hanc celebrationem antecesserunt prosequuntur et sequentur, quaeque Conferentiae Episcopales paraverunt, Corpora internationalia, Studiorum Universitates et academicae Institutiones, Consociationes professoriae multaque alia Instituta et personae in tot mundi partibus.

2. Hae Litterae Encyclicae huiusmodi celebrationes participant, ut gratiae Deo agantur a quo descendit « omne datum optimum et omne donum perfectum » (*Iac* 1, 17), quia hoc usus est Documento abhinc centum annos prodito a Petri Sede, tantum operans bonum in Ecclesia et in mundo tantamque diffundens lucem. Commemoratio, quae hic fit, ad Litteras Encyclicas Papae Leonis pertinet et simul ad Encyclicas et cetera scripta Nostrorum Decessorum quae multum contulerunt ad eas reddendas praesentes et efficientes volventibus temporibus, illud constituendo quod est postea vocatum « doctrina socialis » vel « disciplina socialis » vel etiam « Ecclesiae Magisterium sociale ».

Ad huius doctrinae auctoritatem respiciunt iam binae Litterae Encyclicae quas de re sociali edidimus Nostri Pontificatus annis: nempe *Laborem exercens* de hominum labore, et *Sollicitudo rei socialis* de progressus hominum populorumque praesentibus quaestionibus.[4]

3. Volumus nunc ut Encyclicae Papae Leonis retegantur invitantes ad « respectandum » in ipsius textum, ut rursus divi-

[3] Cf. Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* III: *I. mem.,* 228.

[4] Litt. Enc. *Laborem exercens* (14 Septembris 1981): *AAS* 73 (1981), 577-647; Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis* (30 Decembris 1987): *AAS* 80 (1988), 513-586.

tiae reperiantur principiorum fundamentalium, quae illae de enodatione quaestionis artificum enuntiant. Sed hortamur etiam ad « circumspectandum », in « res novas » quae nos circumsistunt et in quibus nos sumus demersi, ut ita dicamus; quae saepe longe dissimiles sunt earum « rerum novarum » quae superioris saeculi ultimum decennium distinxerunt. Adhortamur denique ad « futura inspectanda », cum iam aetatis christianae tertium imminet millennium, rerum incognitorum sed etiam promissionum plenum. Quae res et promissiones nostram mentem lacessunt vimque creatricem, nostrique tamquam 'unici magistri[5] Christi (cf. ***Mt*** 23, 8) discipulorum officii conscientiam excitant ut Viam' monstremus, 'veritatem' profiteamur et 'vitam' quae Ipse est (cf. ***Io*** 14, 6) nuntiemus.

Ita, non solum iterum affirmabitur perpetua huius modi doctrinae vis, sed se indicabit etiam verus sensus Traditionis Ecclesiae, quae semper viva et vitalis super fundamentum aedificat a nostris in fide patribus actum et praecipue super fundamentum quod Apostoli Ecclesiae tradiderunt[5] Iesu Christi nomine, fundamentum praeter quod « aliud nemo potest ponere » *(1* ***Cor*** 3, 11).

Sui ut successoris Petri muneris conscientia monitus Leo XIII quaestionem tractavit et eadem conscientia eius movetur hodie successor. Sicut is, et ante eum ac post eum Pontifices, evangelicam imaginem repetimus scribae facti discipuli Regni caelorum, quem Dominus dicit similem esse ((homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova et vetera » ***(Mt*** 13, 52). Thesaurus magna est Ecclesiae Traditio quae ((vetera » continet, accepta et tradita sine ulla intermissione, et simul sinit ut «nova» legantur, inter quae Ecclesiae et mundi vita procedit.

Ad haec nova quae Traditioni inserta fiunt vetera atque opportunitates et materiam suppeditant, qua et ipsa ditior evadat et vita fidei, pertinet etiam fecunda innumerabilium hominum industria qui Magisterii Socialis institutione impulsi hanc sequi nisi sunt pro suo officio in mundo. Vel privatim

[5] Cf. **S. IRENAEUS,** ***Adversus haereses,*** 1, 10, 1; 3, 4, 1: ***PG*** **7,** 549s.; 855**s.;** ***8. Ch.*** 264, 154s.; 211, 44-46.

agentes vel multipliciter in coetus consociationes et in corpora glomerati magnum ii generaverunt motum pro humana persona tuenda eiusque dignitate: qui quidem in alternis historiae eventibus multum profuit iustiori societati constituendae vel saltem iniustitiis coercendis et minuendis.

Hae Litterae Encyclicae eo spectant ut in lucem proferant fecunditatem principiorum quae Leo XIII enuntiavit quaeque ad doctrinae Ecclesiae patrimonium pertinent indeque eius magisterii auctoritatem obstringunt. Sed pastoralis sollicitudo Nos induxit etiam ad nonnullorum eventuum recentioris historiae inquisitionem proponendam. Supervacaneum est animadvertere muneris Pastorum partem esse attente considerare eventorum cursum ut cognoscantur novae evangelizationis necessitates. Non est tamen huius inquisitionis iudicia decretoria proferre, quandoquidem ex sese ad propriam magisterii provinciam non illud pertinet.

CAPUT I

ENCYCLICARUM « RERUM NOVARUM » NOTAE PROPRIAE

4. Superiore saeculo exeunte cursui historico occurrit Ecclesia, qui iamdudum in effectu erat sed tunc in magnum erat adductus discrimen. Huius cursus causa praecipua summa fuit mutationum maximi momenti, quae in politica oeconomica et sociali regione sed etiam in regione scientiae et technicae disciplinae factae erant, et insuper multiformis praeponderantiam ideologiarum efficacitas. Earum, mutationum exitus in provincia politica nova notio societatis et reipublicae fuerat ideoque auctoritatis. Translaticia societas dissolvebatur et alia formari coepta erat spe novarum libertatum confer ta sed periculis etiam novorum iniustitiae et servitutis generum.

In campo oeconomico, quo inventa confluebant et scientiarum usus, gradatim perventum erat ad novas rationes pari endi bona hominibus consumenda. Novum apparuerat pos-

sessionis genus, id est pecuniae caput et novum genus laboris, nimirum mercede repensi ac duris rationibus confectionis signati, sine debita sexus aetatis vel condicionis familiaris observantia, sed tantummodo efficientia determinati, lucri incrementi causa.

Ita labor merx fiebat, quae emi poterat et venire in mercatu cuiusque pretium lege finiebatur postulationis et suppeditationis, nulla habita ratione rerum necessariarum ad sustentandam cum personam tum eius familiam. Praeterea ne certus quidem opifex erat posse se « propriam >> vendere « mercem », cum continuo periclitaretur sine opere esse quod, cum nullae essent providentiae sociales, quodammodo idem valebat ac fame confici posse.

Huius mutationis exitus divisio erat societatis « in duas civium classes ... immenso inter utramque discrimine interiecto ».[6] Eiusmodi condicio auctae mutationi politicae iungebatur. Ita vigens tunc politica ratio idoneis legibus, aut contra quolibet consulto interventu neglecto, fovere nitebatur plenam libertatem oeconomicam. Eodem tempore oriebatur et constituí-e formabatur, et quidem non raro violenter, alia possessionis notio atque vitae oeconomicae, quae novum postulabat ordinem publicum et socialem.

In huius contrapositi culmine summo, cum iam perspicue apparerent immanis rerum socialium iniustitia, qualis multis in partibus erat, et periculum civilis commutationis, cui opiniones tunc « socialistae » vocatae favebant, Leo XIII auctoritatem suam interposuit per Documentum quod primum ordinatim condicionem opificum tràctabat. Aliquot aliae Litterae illis Encyclicis antecesserunt potius ad institutiones publicas collatae, aliae autem eas sunt secutae.[7] In his temporum rerumque adiunctis praecipue commemorandae sunt Encyclicae quae *Libertas praestantissimum* inscribuntur, ubi facta mentio est vinculi constitutivi libertatis humanae cum veritate,

* LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Rerum novarum: l. mem.,* 132.

7 Cf. ex. gr., LEO PP. XIII, Ep. Enc. *Arcanum divinae sapientiae* (10 Februarii 1880): *Leonis XIII P.M. Acta,* II, Romae 1882, 10-40; Ep. Enc. *Diuturnum illud* (29 Iunii 1881): *Leonis XIII P.M. Acta,* II, Romae 1882, 269-287; Litt. Enc. *Libertas praestantissimum* (20 Iunii 1888): *Leonis XIII P.M. Acta,* VIII, Romae 1889, 212-246; Ep. Enc. *Graves de communi* (18 Ianuarii 1S01): *Leonis XIII P. M. Acta,* XXI, Romae 1902, 3-20.

talis quidem ut libertas, quae renueret se veritate obstringere, in arbitrium prolaberetur et recideret ad serviendum sordidissimis cupidinibus et ad se destruendam. Unde enim omnia mala oriuntur, quibus Encyclicae *Rerum novarum* obsistere volunt, nisi e libertate quae in campo industriae oeconomicae et socialis ab hominis veritate digreditur?

Pontifex ille adhaerescebat insuper antecessorum doctrinae necnon multis Documentis episcopalibus, scientiarum pervestigationibus a laicis provectis, motuum et consociationum catholicarum actioni atque operibus effectis in regione sociali quae Ecclesiae vitae altero dimidio xix saeculi propria fuerunt.

5. « Novae res », quas Romanus Pontifex respiciebat, nequaquam bonae erant. In prima Eneyclicarum paragrapho, « res novas » ille describit, unde conditum est nomen *{Rerum novarum),* gravibus quidem verbis : « Rerum novarum semel excitata cupidine, quae diu quidem commovet civitates, illud erat consecuturum ut commutationum studia a rationibus politicis in oeconomicarum cognatum genus aliquando defluerent. Revera nova industriae incrementa novisque euntes itineribus artes : mutatae dominorum et mercenariorum rationes mutuae: divitiarum in exiguo numero affluentia, in multitudine inopia: opificum cum de se confidentia maior, tum inter se necessitudo coniunctior, praeterea versi in deteriora mores, effecere, ut certamen erumperet ».[8]

Leo cumque ipso Ecclesia et civilis communitas sistebant ideo ante societatem conflictatione divisam, eo acriore et saeviore quod omnis regulae et normae erat expers. Conflictatio fuit inter pecuniae caput et laborem, vel — ut eam Encyclicae appellavere, —« condicio opificum », de qua circumscripta plane rationibus asperrimis quibus tunc ostendebatur suam Pontifex expromere non timuit sententiam.

Est hic id cogitandum imprimis quod Encyclicae pro hoc nostro tempore suggerunt. Adversus dimicationem, quae hominem contra hominem quasi « lupos » opponebat, etiam alteros in periculo ad victum pertinente alteros in opulentia col-

* Litt. Enc. *Berum novarum: I. mem.,* 97.

locans, Leo non dubitavit sibi esse auctoritatem suam interponendam, idque ex conscientia «apostolici muneris»,[9] nempe officio ab ipso Iesu Christo accepto 'pascendi agnos et oves' (cf. ***Io*** 21, 15-17) et 'solvendi ac ligandi in terra' pro Regno caelorum (cf. ***Mt*** 16, 19). Is profecto pacem restituere cogitabat nec eius aetatis lector potuit non notare obiurgationem certaminis classium quam ipse enuntiavit aperte.[10] Sed bene sibi conscius erat pacem super iustitiae fundamentum aedificari: Encyclicarum summa principalis in eo fuit ut fundamentales condiciones iustitiae denuntiarentur in id temporis condicione oeconomica et sociali.[11]

Hoc modo Leo XIII, decessorum vestigiis insistens, perenne pro Ecclesia exemplum confirmavit. Haec enim habet quod dicat in certis humanis condicionibus, privatis et communibus nationalibus et internationalibus, de quibus veram profert doctrinam, corpus scilicet, quo ipsa usa res sociales inquirat, de iis suum aperiat consilium et directiones indicet ad componendas quaestiones inde exorientes.

Leonis XIII temporibus longe aberat ut eiusmodi notio iurisofficii Ecclesiae communiter probaretur. Colebant namque duplicem maxime mentium inclinationem: alteram ad hunc mundum et ad hanc vitam spectantem a qua fides aliena manere debebat, alteram ad solam transmundanam salutem quae tamen praesentiam in terra nec illustrabat nec dirigebat. Tunc Pontificis animus in vulgandis Encyclicis ***Rerum novarum*** Ecclesiam quodam donabat « civitatis statuto » in mutabilibus hominum et Rerumpublicarum vitae publicae eventibus, idque est postea magis firmatum. Revera doctrinam socialem docere et diffundere ad Ecclesiae munus evangelizandi pertinet et nuntii christiani pars est, quandoquidem haec doctrina eius nuntii directas consecutiones exhibet in vita societatis, atque in Christo Salvatore testificando etiam cotidianum laborem quadrat ac contentiones pro iustitia illi conexas. Ea insuper fontem instituit unitatis et pacis, in coiiflictationibus, quae necessario in provincia oriuntur oecono-

[9] *Ibid.: I. mem.,* 98.

[10] Cf. *ibid.: I. mem.,* 109 s.

[11] Cf. *ibid.:* descriptio condicionum laboris; opificum consociationes Christianae religioni non consentaneae: *I. mem.,* 110s.; 136 s.

mica sociali. Sic fieri potest ut secundum novas condiciones vivatur, non minuta personae humanae transcendens dignitate nec in seipsis nec in adversariis, illaeque in iustam enodationem adducantur.

Nunc centum post annis huius propensionis vis opportunitatem Nobis praebet conferendi aliquid ad «doctrinam socialem christianam » elaborandam. «Nova evangelizatio », cuius mundus huius temporis vehementer indiget, et quam saepenumero sumus persecuti, debet suis in partibus potissimis doctrinae socialis Ecclesiae nuntium numerare, etiamnum aptae, sicut temporibus Leonis XIII, ad rectam viam ostendendam, qua magnae huius aetatis provocationes oppetantur, dum ideologiae plus plusque in dies de existimatione sua perdunt. Quemadmodum fecit Leo Pontifex, oportet repetamus non esse extra Evangelium solutionem « quaestionis socialis » at contra « res novas » posse in eo suum veritatis spatium invenire rectamque moralem collocationem.

6. Cum instituisset-certamen illustrare, quod factum erat inter caput pecuniae et opus, Leo XIII opificum iura fundamentalia affirmavit. Eam ob causam principium legendi textum Leonis est opificis dignitas qua talis et eandem ob causam laboris dignitas qui sic definitur : « Hoc est enim operari, exercere se rerum comparandarum caussa, quae sint ad varios vitae usus, potissimumque ad tuitionem sui necessariae».[12] Pontifex affirmat laborem esse 'personalem', « quia vis agens adhaeret personae, atque eius omnino est propria, a quo exercetur, et cuius est utilitati nata ».[13] Ita labor ad vocationem pertinet cuiusque personae; quin homo suo labore se exprimit et perficit. Simul labor rationem habet 'socialem', tum ob suam cum familia necessitudinem tum etiam cum bono communi, cum « verissimum sit, non aliunde quam ex opificum labore gigni divitias civitatum».[14] Haec in Encyclicis Litteris ***Laborem exercens*** [15] iteravimus et enucleavimus.

[12] *Ibid.: I.mem.,* 130; cf. 114s.
[13] *Ibid.: I. mem.,* 130.
[14] *Ibid.,* 27: *I. mem.,* 123.
[15] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 1, 2, 6: *I. mem.,* 578-583; 589-592.

Aliud magni momenti principium haud dubie istud est: iuris dominii personis singularibus tributi.[16] Ipsum spatium, quod in Encyclicis huic iuri conceditur, quanti illud aestimetur ostendit. Pontifex quidem non ignorat possessionem privatam non pondus habere absolutum nec proclamare cessat principia alicuius completivae rationis, quale est principium bonorum terrae addictionis universalis.[17]

Aliunde est sane verum genus privatae possessionis, quod is praecipue in oculis habet, genus esse possessionis terrae.[18] At id non impedit quin causae allatae ad possessionem privatam tuendam, hoc est ut ius affirmetur possidendi necessaria ad personalem propriaeque familiae profectum — quaecumque est huius iuris forma certa et definita — vim suam retineant.

Id est rursus adseverandum tum in conspectu mutationum quas videmus in constitutionibus factas ubi opum ad producendum aptarum possessio communis praeponderäbat, tum etiam in conspectu crescentium indiciorum paupertatis vel potius impedimentorum possessionis privatae quae emergunt in tot mundi partibus, iis non exceptis in quibus praevalent constitutiones quae affirmationem iuris possessionis privatae suum faciunt fundamentum. Propter memoratas rerum mutationes necnon permanentem egestatem necessaria omnino iudicatur altior quaedam totius quaestionis investigatio, perinde ac perficietur deinde.

7. Arcte vero cum proprietatis iure inculcant Leonis XIII Encyclicae alia iura similiter quae ad humanam spectant personam neque ab ea abalienari possunt. Eminet inter haec, ipsam ob spatii amplitudinem quam ei Pontifex destinat ob pondusque simul quod illi tribuit, illud ius quo «privatas ... societates inire concessum est homini », scilicet « iure naturae », quod quidem etiam licere significat consociationes institui tum dominorum atque operariorum tum horum dumtaxat.[19] Ratio hinc ducitur cur tueatur Ecclesia et probet constitutio-

[16] Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 99-107.
[17] Cf. *ibid.: I. mem.,* 102 s.
[18] Cf. *ibid.: I. mem.,* 101-104.
[19] Cf. *ibid.: I. mem.,* 134 s.; 137 s.

nem opificum collegiorum quae plerumque fere syndicatus nuncupantur : profecto non quibusdam ex opinionum praeiudiciis nec propter indulgentiam in mentem vel sententiam de classibus, sed quod se consociare « ius naturae » nominatim est hominibus innatum ideoque antecedens eorum insertionem politicam in societatem. Namque «est... ad praesidium iuris naturalis instituta civitas, non ad interitum: eaque si civium coetus sociari vetuerit, plane secum pugnantia agat ».[20]

Una autem hoc cum iure quod — uti efferri decet — Pontifex aperte opificibus adsignat sive, nempe secundum ipsius vocem, 'proletariis', adfirman tur consimili claritate ius quoque ne opus « in plures extrahatur horas », ius ad quiescendi intervalla, ius diversum puerorum et decus in muliebri genere, quantum naturam attingit diu turni tatemque operis.[21]

Si praeterea eorum habetur ratio, quae tradit historia de rationibus legitimis aut iure saltem haud prohibitis, quod ad stipulationes pertinet, sine ulla praestita fide super operis horis neque de publicae salubritatis condicionibus in operis locis neglectisque. prorsus aetate sexuque candidatorum ad opus, probissime gravitas percipitur Pontificis adseverationis. « Scilicet tantum exigi operis, ut hebescat animus labore nimio », — scribit ipse — « unaque corpus defatigationi succumbat, non iustitia, non humani tas patitur». Atque accuratius contractum definiens, unde videlicet possint 'operis rationes' reapse valere, adfirmat : « In omni obligatione, quae dominis atque artificibus invicem contrahatur, haec semper aut adscripta aut tacita condicio inest, utrique generi quiescendi ut cautum sit », « quantum cum viribus compensetur labore consumptis », et denique concludit : « neque enim honestum esset convenire secus ».°

8. Continuo vero post aliud Pontifex commemorat operarii tamquam personae ius. Ius quidem agitur 'salarii iusti' quod tamen definiri minime licet «libero consensu...: itaque dominus rei, pacta mercede persoluta, libera visse fidem, nec

[20] ***Ibid.:* *I. mem.,*** 135.
[21] Of. ***ibid.': I. mem.,*** 128-129.
[22] ***Ibid.:* *I. mem.,*** 129.

ultra debere quidquam videatur».[23] Status proinde — quem ad modum id dicebatur aetatis — intercedere non valet ut horum contractuum viae decernantur, nisi ut ea curet universa implenda quae conceptis sint verbis pacta. Similis insuper notio ipsarum necessitudinum dominos inter operariosque solummodo pragmatica et informata rigido studio cuiusque singillatim hominis acriter in Litteris Encyclicis vituperatur, quandoquidem duplici adversatur operis naturae, quippe quod esse debeat personale ac necessarium. Etenim si opus, quatenus personale est, ad ipsum pertinet liberum usum quem habet quisque facultatum propriarum et virium, verum quatenus necessarium est, gravi illo regitur officio quo nempe quemque oportet « manere in vita ». Quocirca colligit Pontifex : « Hinc ius reperiendarum rerum, quibus vita sustentatur, necessario nascitur : quarum rerum facultatem infimo cuique non nisi quaesita labore merces suppeditat ».[24]

Alendo opifici eiusque domui par sit merces necesse est. « Quod si necessitate opifex coactus, aut mali peioris metu permotus duriorem conditionem accipiat, quae, etiamsi nolit, accipienda sit, quod a domino vel a redemptore operum imponitur, istud quidem est subire vim, cui iustitia réclamât ».*

Utinam hae voces tum conscriptae, cum sic appellatus « capitalismus efirenus » grassabatur, hodie ne pariter essent eadem cum severitate repetendae! Proh dolor! etiamnum contractuum deprehenduntur exempla ubi quaevis minima praetermittitur iustitia in argumento illo laboris puerorum minorum vel mulierum, in operis horariis ac salubritate condicionum apud officinas, in ipsa tandem aequa mercede. Quod etiam contingit, quantumvis multae effectae sint ***Declarationes*** et ***Conventiones*** eadem de causa inter gentes[26] sintque pariter intra Nationes ipsas opportunae latae leges. Adscripsit proin Pontifex « officiis non paucis neque levibus » quidem ipsorum « populo bene consulentium principum » munus navandi simul operam ut opificum prospiceretur saluti ac pro-

» *IMd.: I. mem.,* 129.

[24] *Ibid.: I. mem.,* 130 s.

[25] *Ibid.: I. mem.,* 131.

[26] Cf. Declaratio Universalis de Hominis Iuribus, anno 1948 habita.

speritati, quia iis praetermissis officiis iustitia violaretur; quin nec loqui dubitavit de «distributiva... iustitia».[27]

9. Aliud dein ius Leo XIII iuribus istius modi adiungit quod aequabiliter operariorum respicit condicionem. Cuius ob momentum Nobis memorare magnopere placet: ius id est libere religionis obligationes complendi. Inter cetera sane iura officiaque opificum Pontifex illud reponit quamquam omnium fere animus eo tempore quasdam quaestiones iudicabat potius pertinentes funditus ad privatam vitam. Necessitatem ille confirmat quietis festivae ut ad cogitationem caelestium bonorum referatur homo necnon cultum divinae maiestati debitum.[28] Hoc insuper iure nequit destituere quisquam hominem ut quod mandato etiam claro innitatur: « Nemini licet hominis dignitatem, de qua Deus ipse disponit cum magna reverentia, impune violare » ; quapropter Statum confirmare oportet opifici ipsi talis usum libertatis.[29]

Quicumque vero hac in perlucida adfirmatione prima initia dispiciat principii illius de religiosae libertatis iure, quod est deinceps argumentum factum complurium sollemnium ***Declarationum*** atque ***Conventionum inter gentes***[30] necnon proprietas ipsius ***Conciliaris Declarationis*** Nostrique simul magisterii,[31] haudquaquam ipsemet erret. Qua in re interrogandum prorsus est vigentesne hodie legum institutiones et consuetudines societatum industriis fabrilibus auctarum revera primarium ius requietis festivae praestent.

10. Alia magni quidem momenti nota, quae doctrinis abundat nostrum in tempus utilibus, ipsa notio est necessitudinum inter Statum intercedentium ac cives. Litterae ***Rerum novarum*** utrumque reprehendunt sociale et oeconomicum insti-

[27] Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 121-123.

[28] Cf. *ibid.: I. mem.,* 127.

[29] *Ibid.: I. mem.,* 126 s.

[30] Declaratio Universalis de Hominis Iuribus, anno 1948 habita; Declaratio de abolenda quavis forma intolerantiae et discriminis, quae innituntur in religione vel in propria opinione.

[31] Cf. CONO. OEC. VAT. II, Declaratio *Dignitatis humanae* de Libertate religiosa; IOANNES PAULUS PP. II, Epistula ad Moderatores Nationum (1 Septembris 1980): *AAS* 72 (1980), 1252-1260; Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1988: *AAS* 80 (1988), 278-286.

tutum : socialismum videlicet et liber alismum. Illi nominatim dicatur prior Litterarum praevia pars, ubi proprietatis privatae denuo adfirmatur ius; huic autem non peculiaris inscribitur pars sed — quod memoratu est plane dignum — vituperationes intenduntur, cum totum argumentum officiorum Status perpenditur.[32] Statui enim haud licet «parti civium consulere », quae scilicet dives est ac prospera, simul aliunde « partem neglegere », quae sine dubio multitudinis socialis maximum complectitur numerum; secus iustitiae nocetur ipsi quae praecipit suum ut cuique reddatur. « In ipsis protegendis privatorum iuribus, praecipue est infirmorum atque inopum habenda ratio. Siquidem natio divitum, suis septa praesidiis, minus eget tutela publica : miserum vulgus, nullis opibus suis tutum, in patrimonio reipublicae maxime nititur. Quocirca mercenarios, cum in multitudine egena numerentur, debet cura providentiâque singulari complecti respublica».[33]

Consilia vero haec temporibus istis potissimum valent, conspectus novis egestatis formis per orbem, atque etiam quoniam adseverationes sunt quae iam non certa aliqua pendent ex Status notione neque unica e politica doctrina. Principale enim hic principium Pontifex premit cuiuslibet politicae institutionis ut singuli nempe cives, quo minus intra societatem defendantur, plus eo indigeant studiosis auxiliis curationeque aliorum et praesertim publicae auctoritatis subsidio.

Hoc nimirum pacto principium solidarietatis, prout nostra nominatur aetate, cuius vim simul intra cuiusque Nationis socialem ordinem simul inter orbis civitates Litteris inscriptis ***Sollicitudo rei socialis*** iteravimus,[34] percipitur veluti primorum principiorum unum ipsius christianae mentis de rerum ordinatione sociali ac politica. Crebrius quidem a Leone XIII sub « amicitiae » titulo memoratur, quam apud Graecos iam reperimus philosophos; a Pontifice Pio IX nomine haud minus significante appellatur « socialis caritatis », dum Paulus VI ipse loquitur de «civili amoris cultu »,[35] specie videlicet.eius-

[32] Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 99-105; 130 s.; 135.

[33] *Ibid.: I. mem.,* 125.

[34] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 38-40: *I. mem.,* 564-569; cf. quoque IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra: I. mem.,* 407.

[35] Cf. LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 114-116; PITTS PP. XI,

dem rei prolatata secundum recentiores multiplicesque quaestionis socialis modos.

11. Litterarum Encyclicarum repetitio sub lumine condicionum temporis nostri efficit quidem ut Ecclesiae perpetua sollicitudo ac devotio aestimetur illos erga hominum ordines qui ab ipso Iesu Domino magis diriguntur. Documenti enim res insigniter profecto continuatam in Ecclesia testificatur ita dictam « optionem praeoptatam pro pauperibus », quae et a Nobis ipsis definita quoque est « singularis forma primarum partium tenendarum in caritatis christianae exercitatione».[36] De «operariorum quaestione» Encyclicae sic ad egentes referuntur miseramque simul ad condicionem vitae in quam novus nec raro violentus processus machinalium industriarum permagnas hominum redegerat multitudines. At hodie quoque plurimis in orbis terrestris locis consimiles processus commutationis oeconomicae socialis politicae eadem ipsa mala important.

Civitatem autem ipsam si Leo XIII cohortatur ut pauperum statui ad iustitiae normam prospiciat, idcirco sane hoc suscipit quoniam convenienter animadvertit Reipublicae esse bonum regere commune capereque consilia ut omnis vitae socialis provincia etiam oeconomica aliquid conducat ad illud provehendum bonum dum sui iuris condicionem singulorum observet. Hoc tamen neminem adducere debet ut ad Leonis Pontificis mentem arbitre tur omnem difficultatis socialis dissolutionem ab ipso Statu proficisci oportere. Ex contrario quin immo saepius ille necessarios terminos inculcat intervenientis Status eiusque indolem uti instrumenti, cum unusquisque homo et familia et societas Statum antegrediantur ipseque eo exsistat ut iura tum illius tum earum defendat neve ea opprimât.[37]

Praesens vero harum cogitationum utilitas non quemquam quidem praeterit. Ad grave autem argumentum limitum Sta-

Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* III: *I.mem.,* 208; PAULUS PP. VI, Homilia exeunte Anno Iubilaei (25 Decembris 1975): *AAS* 68 (1976), 145; Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1977: *AAS* 68 (1976), 709.

[36] Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 42: *I. mem.,* 572.

[37] Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I.mem.,* 101 s.; 104s.: 130s.; 136.

tus ipsius naturae ingenitorum redire decebit postmodum. Interea tamen capita illustrata haec, quae non sola in Encyclicis notanda sunt, sese apte componunt cum sociali Ecclesiae Magisterio, recepta etiam sana notione privatae proprietatis et operis, progressionis oeconomicae et Status concreti at in primis hominis ipsius. Memorabuntur deinde aliae pariter quaestiones, cum rationes quaedam expendentur rerum istius aetatis; verum iam nunc illud prae oculis teneatur necesse est quod iter munit quodamque modo viam indicat Encyclicis Litteris, universaeque item Ecclesiae sociali institutioni: nempe rectus personae humanae conceptus eiusque unicum momentum, quando homo « in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit w.[38] In illo enim suam sculpsit imaginem simili tudinemque (cf. ***Gn*** 1, 26) atque incomparandam ei tribuit dignitatem quam saepius sane Encyclicae Litterae efferunt. Re quidem vera, ea extra iura quae opere sibi suo homo adipiscitur, alia inveniuntur pariter iura quae nulli ab homine peracto respondent operi sed quae ipsius veluti personae ex essentia ipsa profluunt.

CAPUT II

AD « NOVAS RES » HODIE VERSUS

12. Nisi hodiernas quoque ad rerum condiciones conderentur oculi, Litterarum ***Rerum novarum*** manca omnino deficeret celebratio. Iam sua ob principia interiora Documentum sese praebet ad talem deliberationem aptissimum quoniam historica eventuum descriptio necnon venturae aetatis praesagium ibidem reposita mirum omnino in modum accurata exactaque deprehenduntur, iis perceptis quae post Litteras evenerant.

Nominatim vero illud confirmatur iudicium ipsis rerum conversionibus quae extremis anni MCMLXXXIX mensibus pri-

[M] **CONC. OEC. VAT. II,** Const. past. ***Gaudium et spes*** de Ecclesia in mundo huius temporis, 24.

misque anni MCMXC interciderunt. Etenim nec istae nec subsequentes penitus terrarum mutationes explanantur nisi secundum priores quasdam rerum condiciones quibus praevidentes Leonis XIII aestimationes quadamtenus concorporantur vel sanciuntur sicut et peiora usque temporum signa quae successores eius similiter perceperunt. Namque Leo Pontifex mala consectaria prospexit sub omni-aspectu — politico sociali oeconomico — cuiusdam societatis regiminis « socialismum » suadentis qui id aetatis investigabatur per socialem aliquam philosophiam quique tractabatur tamquam motus plus minus bene ordinatus. Forsan quis miretur hodie cepisse a «socialismo» Pontificem initium reprehendendi remedia quae tum adderentur « opificum quaestioni », cum is nondum in alicuius Status figura subsisteret qui validus esset ac potens universis opibus et viribus praesto iacentibus, prout dein contigit. Subtiliter tamen ipse aestimavit periculum ne multitudines per speciem solutionis tam simplicis quam radicalis « operariorum quaestionis » tunc temporis allicerentur. Id quidem magis patet si sub lumine consideratur terribilis condicionis iniquitatis in qua turbae proletariae versabantur, in Nationibus quae modo ad fabriles industrias provectae erant.

Duae res hic,sunt collustrandae: primum mira quaedam claritudo, qua proletariorum vera percepta est condicio tota sua in atrocitate, tum virorum tum feminarum tum puerorum; deinde neque minor perspicuitas qua solutionis malum intellegitur, quod per inversionem quandam pauperum divitumque status detrimentum reapse iis quidem inferebat quos iuvare cupiebat. Remedium mali peius idcirco exstabat quam malum. In natura socialismi definienda illius aetatis, scilicet in privatis possessionibus demendis, Leo XIII penitus attigit quaestionis caput.

Ipsius verba digna sunt quae attente legantur: « Ad huius sanationem mali Socialistae quidem, sollicitata egentium in locupletes invidia, evertere privatas bonorum possessiones contendunt oportere, earumque loco communia universis singulorum bona facere ... Sed est adeo eorum ratio ad contentionem dirimendam inepta, ut ipsum opificum genus afficiat incommodo: eademque praeterea est valde iniusta, quia vim

possessoribus legitimis affert, pervertit officia reipublicae, penitusque miscet civitates ».[39] Mala nimirum melius non potuerunt ostendi quae huius generis socialismi constitutione inducta sunt, qui penitus rempublicam uti institutum occupabat quemque postea « socialismum realem » nuncupaturi erant.

13. Si quam rem suscepimus altius perscrutamur, positis ob oculos Litterarum quoque Encyclicarum nostrarum verbis quae sunt *Laborem exercens* atque *Sollicitudo rei socialis,* hoc profecto est addendum, praecipuum errorem « socialismi » generis esse anthropologici. Inibi enim ipse homo elementum tantum consideratur atque corporis socialis particula ita ut uniuscuiusque bonum ad machinamenti socialis et oeconomici congruentem motum penitus subiciatur, dum contra idem individui bonum exsistere posse iudicatur sine libera ipsius electione minimeque spectato eius officio pro bono malove. Sic homo ad seriem quandam deducitur socialium oeconomicarumque necessitudinum atque notio personae evanescit veluti liberi subiecti cuiusdam moralis voluntatis, quod hanc per voluntatem ordinem socialem constituit. Ex hac autem perperam concepta de persona notione oriuntur iuris ipsius vitium, quod terminos definit libertatis personae eiusdemque condiciones, necnon privatae possessionis eversio. Etenim homo omnibus rebus si penitus diripitur ut aliquam rem « suam » nuncupare nequeat et si ipse facultate sustentandi se libero opere privatur, sociali videlicet machinae subditur et iis qui eandem gubernant: quapropter dignitatis personae humanae agnitio difficilior evadit atque sic iter impeditur quod verae humanae communitatis ad constitutionem perducit.

At contra ex christiana doctrina personae recta necessario societatis eruitur notio. Ad *Rerum novarum* sententias socialemque similiter Ecclesiae doctrinam socialitas hominis minime ab ipsa republica absorbetur, sed in aliis inferioribus sodaliciis explicatur, capto a familia initio usque ad oeconomicas et sociales politicas et culturales consociationes quae ex

[39] Litt. Enc. *Rerum novarum: l. mem.,* S9.

hominis natura orientes — bono communi usque servato — sua ipsorum fruuntur libertate. Id quidem ipsum « subiectivitatem societatis » vocavimus quae una cum individui subiectivitate a « socialismo reali » deleta est.[40]

Si quis ultro interroget unde haec personae humanae falsa notio ac societatis « subiectivitas » oriantur, necesse sit respondeat easdem potissimum ab atheismo dimanare. Deo autem ipsi qui rebus etiam mundanis iuvantibus vocat cum respondet homo, sibi fit idem conscius de sua transcendenti dignitate. Haec responsio ab unoquoque homine elici debet in qua humanitatis illius fastigium invenitur quamque nullum sociale machinamentum vel subiectum commune substituere potest. Si vero Deum haud esse asseverant, de persona ipsius detrahunt fundamentum; tum idcirco socialis ordo impellitur ut reficiatur, auctoritate penitus et personae dignitate neglecta.

Ceterum atheismus de quo disseritur arcte cum rationalismo illuministico coniungitur, qui humanam rem machinae modo iudicat. Itaque de germana hominis granditate hoc modo praeciduntur aestimatio suprema itemque eiusdem transcendentia prae mundanis rebus, discrepantia consiliorum in ipsius corde insita, cum inter boni plenitudinem iactatur et imparilitatem ad idem consequendum, et in primis salutis desiderium quod inde proficiscitur.

14. Eadem ex radice et ratione atheistarum instrumenta colliguntur quae pertinent ad actionem propriam socialismi, qui ***Rerum novarum*** verbis damnatur. Agitur nimirum de contentione inter ordines. Pontifex ipse — vere confiteamur — damnare non vult omnem et quamlibet controversiam socialem: probe enim novit Ecclesia inter societatis ordines quasdam exsurgere dimicationes aliqua quasi e necessitate, ob quas crebro est christiano decernendum prompte et congruenter. Ceterum Litterae Encyclicae quarum titulus ***Laborem exercens*** contentionis aequitatem agnoverunt, cum ipsa 'pro sociali iustitia in certamen- vertitur.[41] In Litteris ***Quadragesimo anno*** autem scribitur: « Classium enim pugna, modo ab inimici-

[40] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 15; 28: I. *mem.,* 530; 548 s.
[41] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 11-15: *I. mem.,* 602-618.

tiis mutuoque odio abstineat, paulatim transit in honestam quandam disceptationem, iustitiae studio fundatam ».[42]

De contentione inter ordines potissimum damnatur notio cuiusdam pugnae quae non ethicis rationibus vel iuridicis finitur, quae videlicet dignitatem personae alterius respuit (eadem proinde semet quoque reicit ipsa), quae idcirco omnem accommodationem amovet atque nihil universum societatis bonum persequitur, sed bonum particulare quod in bonum commune subrogatur et cuncta adversa tollere studet. Revocatur denique doctrina de eo quod est « bellum universale », ratione quidem spectata controversiae de socialibus ordinibus, quod nimia rei bellicae cura cupidoque dominandi illa aetate ad necessitudines inter nationes inferebat. Pro congruenti aequabilitate perquirenda inter variarum nationum commoda doctrina inducebatur talis quae asseveraret propriam partem prorsus praevalere debere, adhibitis quoque mendaciis et in cives terroribus, et armis excidii totius (quae tunc temporis coepta sunt excogitan) ut adversariorum opes exstinguerentur. Inter ordines igitur certamen ad marxianam sententiam atque secundum nimium bellicae rei studium eiusdem stirpis sunt: ex atheismo scilicet oriuntur et humanae personae contemptione, unde roboris potius quam rationis iurisque praevaleat principium.

15. ***Rerum novarum*** Litterae Encyclicae instrumentis rerum efficiendarum obstant quae publice ministrantur, quandocumque quilibet civis ita quasi « segmentum » denticulatae rotae fit in Statu. Eae simul resistunt pari cum impetu illis doctrinis, quae omnino detineri volunt extra Rempublicam rem oeconomicam. Certe oeconomicae actioni aliquid proprii legitime conceditur, a quo Civitas arcenda est. At ipsa iuridicas condiciones inducere debet, in quibus rationes oeconomicae explicentur, et sic prima principia servare in oeconomica libertate, quae aequalitatem quandam postulat inter partes, ne quaedam pars tantum polleat ut reliquae in servitutem revera redigantur.[43]

[42] **Pros PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* III: *I.mem.,* 213.**
[43] **Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 121-125.**

Hac autem de re ***Rerum novarum*** Encyclicae Litterae suadent congruarum reformationum iter, quae operi dignitatem reddant ad liberas hominis actiones spectantem. Ipsae quidem conscientiam officii a societate postulant et a regimine, unde opifex contra gravissimam curam coactae vacuitatis lucrosorum operum potissimum defendatur. Praeteritis vero temporibus duas propter rationes eodem vergentes id fiebat, simul cum politica oeconomica ageretur quae aequum auctum iuvaret, simul cum coactae ab opere cessationis cautio interponeretur et renovata educatio in artibus et professionibus secundaretur, ut opifices ad res transire possent floridiores ex operibus et muneribus minus valentibus et infirmatis.

Societas exinde et Status tanta salaria praestare debent ut convenienter sustententur opifex eiusdemque domus, peculii cuiusdam repositi data quoque facultate. Haud mediocrem id requirit nisum et conatum ad cognitiones opificibus praebendas et facultates magis magisque aptiores, ut eorum opus melius feraciusque evadat; verum assiduam quoque vigilantiam postulat idem, valde consentaneis iuvantibus legibus ut foeda abusio tollatur quae humilioris ordinis apprime respicit opifices, alienígenas item et segregatos. Decretoria existimantur hac in re opificum collegia, quae minima salaria paciscuntur et operis condiciones.

Operis tandem horaria « humana » serventur quietisque necnon ius suam cuiusque indolem patefaciendi in ipso operis loco ac sine conscientiae ulla violatione dignitatis ve. Muniis hic profecto repetatur collegiorum quae sunt non modo pactionis veluti instrumentum verum etiam tamquam quidam « loci », ubi opificum natura declaratur: ipsa quidem progressibus inserviunt certi cultus operis opemque pariter ferunt ut vitam modo vere humano fabricae participent opifices.[44]

Haec ad proposita consequenda tam directe quam oblique operam suam conferre debet Respublica: oblique scilicet necnon ad subsidiaritatis principium, feliciores quidem inducendo condiciones quae actionis oeconomicae libero usui faveant

[44] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 20: *I. mem.,* 629-632; Allocutio ad Consilium Internationale Laboris (O.I.T.) habita Genavae (15 Iunii 1982): *Insegnamenti* V/2 (1982), 2250-2266; PAULUS PP. VI, Allocutio ad idem Consilium (10 Iunii 1969): *AAS* 61 (1969), 491-502.

unde copiosae praebeantur operis opportunitates et divitiarum capita; directe ac secundum solidarietatis principium, fines quosdam qui humiliores tueantur constituendo ipsi partium libertati quae operis condiciones decernunt, itemque illud prospiciendo ut minimum vitale subsidium habeat opere carens opifex.[45]

Litterae hae Encyclicae et cum iis coniunctum Magisterium sociale in saeculi xix et xx traiectu variam multiplicemque habuerunt vim. Quae vis in innumeris reformationibus conspicitur, in providentiis scilicet socialibus et pensionibus atque calamitatum cautionibus, intra rationes videlicet ampliores quibus melius opificum iura serventur.[46]

16. Hae autem reformationes a Nationibus partim inductae sunt, quibus tamen in obtinendis magnum praestitit officium industria opificum Motus. Repellendarum iniuriarum et damnorum causa exortus ex conscientia morali ceteroqui in ampla regione egit, in opificum collegiis, in reformationibus provehendis, procul a quarundam doctrinarum caligine proximusque contra opificibus eorundemque cotidianis necessitatibus. Hac in provincia eiusdem nisus cum christianorum opera iugati sunt, quo in melius obtineretur mutatio condicionum opificum vitae. Idem vero deinceps Motus ea ipsa temperabatur quadamtenus marxiana opinatione cui refragatae ***Rerum novarum*** Litterae erant.

Reformationes ipsae etiam libero quodam processu societatis se ipsam bene componentis sunt illatae, solidarietatis apte concitatis instrumentis, quae auctum quendam oeconomicum sustinerent personae bonis obsequentiorem. Multiplex hic est memoranda actio, bene christianis iuvantibus, in coetus sodalium condendus rerum gignendarum et consumendarum causa et pecuniae creditae gratia, in popularem institutionem provehendam et artis formationem, in varias formas experiendas easdemque ad fabricae vitam participandam versas et generatim societatis.

[45] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 8: *I. mem.,* 594-598.
[46] Cf. PIUS PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno: I. mem.,* 178-181.

Est igitur cur Deo gratias agamus, si praeterita respicimus, quandoquidem praeclarae hae Litterae Encyclicae haudquaquam expertes fuerunt vocis de cordibus resilientis, quin immo ad liberalitatem et sollertiam impulerunt; attamen oblivisci non possumus nuntium hunc propheticum ex iisdem Litteris plene non esse receptum illius temporis ab hominibus atque idcirco magnas evenisse calamitates.

17. Si Litteras Encyclicas legimus prae oculis locuples Leonis Magisterium tenentes,[47] prorsus animadvertimus, ad extremum in sociali provincia et oeconomica alicuius erroris latioris consectaria easdem significare. Error hic, ut supra memoravimus, in doctrina illa versatur libertatis humanae quae veritatis ab oboedientia ipsam abstrahit, ac propterea ab officio iurium observandorum alienorum. Libertas exinde fit sui amor usque ad Dei contemptionem et proximi, qui amor in immensum utilitatem suam extollit neque ullo vinculo finitur iustitiae.[48]

Hic ipse error illa in bellorum serie ad pessimum exitum pervenit, quae Europam everterunt orbemque inter MCMXIV et MCMXLV annum. Haec nempe bella ex militari furore orta sunt et elato nationis studio et quodam genere unius dominatus quibuscum iungebantur, et bella quae ex classium certamine originem trahebant tum etiam bella civilia et doctrinarum. Aere illud odium si demptum esset et invidia, quae nationes inter se atque propria intra moenia ob sociales iniurias concitaverat, talis profecto vastitas, in qua magnarum Nationum omnes insumptae sunt vires in qua omnia sancta violata in qua consilia capta sunt integras gentes necandi et sociales coetus, haudquaquam exstitisset. Meminimus omnino Iudaicam nationem, cuius sors veluti exemplum nunc habe-

[47] Cf. Ep. Apost. *Arcanum divinae sapientiae* (10 Februarii 1880): *Leonis XIII P.M. Acta,* II, Romae 1882, 10-40; Ep. Enc. *Diuturnum illud* (29 Iunii 1881): *Leonis XIII P.M. Acta,* II, Romae 1882, 269-287; Ep. Enc. *Immortale Dei* (1 Novembris 1885): *Leonis XIII P.M. Acta,* V, Romae 1886, 118-150; Litt. Enc. *Sapientiae Christianae* (10 Ianuarii 1890): *Leonis XIII P.M. Acta,* X, Romae 1891, 10-41; Ep. Enc. *Quod Apostolici muneris* (28 Decembris 1878): *Leonis XIII P.M. Acta,* I, Romae 1881, 170-183; Litt. Enc. *Libertas praestantissimum* (20 Iunii 1888): *Leonis XIII P.M. Acta,* VIII, Romae 1889, 212-246.

[48] Cf. LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Libertas praestantissimum: l. mem.,* 224-226.

tur summum maiorum quae homini contingere possunt contra Deum se vertenti.

Iamvero odium iniquitasque totas Nationes pervadunt easdemque ad agendum compellunt cum ipsa comprobantur et doctrinis illis conformantur quae iri iis consistunt potius quam in hominis veritate.[49] ***Rerum novarum*** Litterae cum doctrinis illis odium concitantibus dimicaverunt ac pariter viam commonstrarunt ad vim tollendam et per iustitiam invidiam. Utinam infelicissimorum illorum eventuum recordatio omnium hominum dirigat actus, nominatim populorum nostra aetate rectorum, ubi nova odia conflant aliae iniustitiae, ubi demum novae prospectan tur doctrinae quae vim extollunt!

18. Certe ab MCMXLV anno in Europa silent arma, vera tamen — id memoria teneatur — pax non exstat ex militum victoria, at potius ex causis remotis bellorum ex sinceraque inter populos concordia. Complures autem annos in Europa totoque orbe aliquod non-bellum potius viguit quam vera pax. Marxianus dominatus dimidiam Europaeae continentis partem temperavit, dum altera pars periculum illud idem vitare nitebatur. Multi igitur populi potestatem amittunt se ipsi moderandi, qui intra imperii presse strangulati fines cohibentur dum eorum historica memoria deletur et eorundem cultus saeculares radices. Innumerae gentes suum ipsorum solum deserere coguntur, partitione hac per vim inducta, et aliquo violenter amandantur.

Insanum quidem armorum studium haurit opes necessarias ad progressum rerum oeconomicarum cuiusque Nationis necnon ad Civitates iuvandas improsperas. Humanae autem cognitionis progressio pariter ac technicae artis, quae hominum commoditati servire debet ac prosperitati, instrumentum fit belli. Arma quae efficiunt magis magisque perfecta et mortifera, adhibentur scientia et ars, dum ex ideologia quae philosophiae verae est perversio comprobatio postulatur et ratio ad novum bellum suscipiendum. Et id quidem bellum non

«Cf. Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1980: *AAS* 71 (1979), 1572-1580.

modo praesentatur et providetur, verum etiam cruentam per eaedem geritur multis terrarum in locis. Nationum foederatarum imperiorumve ratio, quae in Documentis Ecclesiae reprehenditur et recens in Litteris Encyclicis *Sollicitudo rei socialis*™ facit ut omnes controversiae et dissentiones in-Tertii Mundi Nationibus orientes excitentur et amplificentur, unde adversarii imperium in angustias adducatur.

Novissimarum rerum moli tores, qui controversias armis expedire contendunt, commode quidem politica fulcimenta et militaria reperiunt, armati videlicet et in rebus bellicis instituti; sed contra ii qui negotia pacifice solvere student et humaniter quique pariter congrua iura omnium partium servant, prorsus segregantur et ab adversariis suis circumveniuntur. <(Tertii Mundi » quoque complurium Nationum militaris institutio atque intestina bella in quibus versantur, tum terrarum propagatio et magis magisque barbara instrumenta ad politicas militaresque pugnas adhibita, instabili pace potissimum foventur, quae bellum alterum mundanum consecuta est. Toti tandem orbi imminet atque instat bellum atomicum quod delere radicitus genus hominum potest.

Ars denique et scientia in militares res versa praebet odio utique quibusdam doctrinis amplificato summum instrumentum. Quoniam vero bellum in interitum hominum ab ipsis patratum desinere potest, nullis quidem victoribus nullisque victis, via propterea funditus est declinanda quae eodem perducit, et sententia simul est repudianda : pugnam in adversarium delendum, contentionem ^t bellum ipsum, afferre profectum et progressum historiae.[51] Necessitate nimirum huius immutationis intellecta, procul dubio oportet ambigere de « universalis belli » doctrina aeque ac « de certamine inter ordines ».

19. Bello autem altero orbis terminato, talis progressio in hominis conscientia adhuc perficitur; et illud vero eminet et apparet: totalitarismum marxianum ultra proferri dimidiam Europae partem et in maxima orbis parte versari. Bellum profecto, cuius munus esse credebatur libertatem singulis resti-

[50] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 20: *I. mem.,* 536 s.

[51] Cf. IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Pacem in terris* (11 Aprilis 1963), III: *AAS* 55 (1963), 286-289.

fcuere et ius gentium instaurare, re prorsus infecta ad exitum pervenit; quin immo, multis spectatis populis et iis qui praesertim belli diritatem passi sunt, cum his propositis omnino discrepat. Effecisse hanc ita natam condicionem asseverare licet responsa varíantia.

Quibusdam in Nationibus et quibusdam sub modis nisus conatusque conspiciuntur societatem popularem resarciendi post belli calamitates; quae societas iustitia sociali perfundatur et ipsum communismum vi cupiditateque rerum novarum exuat, quas hominum multitudines demonstrant vexatae et oppressam Conamina autem haec liberi mercatus rationes plerumque servare nituntur, dum per stabiles res nummarias et in socialibus necessitudinibus per veram concordiam prospicitur talibus condicionibus ubi sanus sit auctus oeconomicus et constans, in quo homines sibi ipsi filiisque operantes prosperius, futurum tempus provident. Eodem tempore ipsi contendunt prohibere ne mercatus machinae novissimus finis habeantur pro tota hominis vita et publicae vigilantiae subicere eas volunt, unde terrae bonorum communis destinationis principium efficaciter imponatur.

Operis occasiones frequentiores, socialis securitatis solidum institutum quod opus pariter procuret, libera consociatio collegiorum efficienter agentium, cautio si forte desit opus, instrumenta socialis vitae populari ter participandae, debent hac in re opus ipsum ex « mer eis » condicione vindicare et plane efficere ut id digne praestetur.

Vires deinde sociales adsunt aliae et motus quae marxismo resistunt ratione quadam inducta « nationalis securitatis » quae societati toti minutatim invigilet ut marxismus irrepere nequeat et illabi. Opibus autem Reipublicae celebratis cumulatisque cogitant a communismo arcere gentes. Sed hac adhibita via periculum prorsus est ne libertas personaeque bona tollantur, quorum sub titulo illi est obsistendum.

Alia vero ratio et consuetudo in commodorum societate residet vel in rerum consumptionis societate, quae eadem intra regionem meri alicuius materialismi marxismum profligare cogitat, dum demonstrat societatem liberi mercatus plenius necessitates explere posse quam marxismum, sepositis similiter spiritalibus bonis.

Eevera sociale eiusmodi specimen, sicut hinc demonstrat placita marxiana conatibus defuisse novam creandi societatem atque meliorem, ita illinc, quotiens et vitae autonomiam et moralis rationis praestantiam necnon tum iuris tum humani cultus tum etiam Religionis momentum infitiatur, eatenus cum marxianis confluit, ut homines ad regionem oeconomiae omnino redigat et ad voluptatem usuum materialium.

20. Eadem vero aetate ingens peragitur opus « coloniarum demolitionis » quo complures adipiscuntur aut denuo consequuntur Nationes sui iuris condicionem iusque ipsum de se libere decernendi. Maiestate autem sic status recuperata plerumque eaedem Civitates modo iter primum ingrediuntur ad veram suam libertatem stabiliendam. Partes namque praestantes ipsius rei familiaris seu oeconomicae adhuc retinentur magnis a societatibus extrariis quae se obligari perpetuo nolunt progressibus alicuius Nationis se accipientis; vita sic politica potestatibus exterioribus regitur, dum intra Civitatis ipsius fines versantur vivuntque simul tribus nondum in veram nationis communitatem conglobatae. Desideratur praeterea publicorum peritorum numerus a quibus probe honesteque Status temperentur instituta; item compages requiruntur aptae videlicet ad rem oeconomicam efficaciter gerendam.

Ante hanc populorum praesentem condicionem existimant plurimi posse rationem marxistarum adferre quasi quoddam viae compendium ad Nationis ac Status institutionem; inde ergo variantes socialismi exoriuntur formae cum indole cuiusque nationis propria. Multis ideo cum doctrinis, quae vario quidem modo identidem componuntur, permiscentur legitima salutis patriae postulata necnon studia sui solius populi ac militaris ardoris, tum etiam quaedam principia popularibus e traditionibus deducta quae cum sociali christianorum doctrina non numquam concinunt, et notiones denique marxismi-leninismi.

21. Reminisci tandem oportet, profliga to altero omnium gentium bello nisuque facto contra eius crudelitates, acriorem disseminatam esse sollicitudinem de hominum iuribus quae ad extremum est agnita et suscepta variis in **Documentis Natio-**

num[52] ideoque in ipso con texendo — dici profecto licet — novo « iure gentium » cui Apostolica Sedes suas continenter contulit partes. Fulcimen et velut huius progressionis cardo fuit Consociatio Nationum Unitarum. At non una dumtaxat conscientia crevit iurium cuiusque hominis, verum singularum quoque Nationum, cum necesse esse simul intellegeretur aliquid effici ut magnae inaequabilitates sanarentur inter latiores orbis regiones, quae quodam pacto quaestionis socialis caput a nationum ipsarum provincia in omnium gentium circuitum transtulerunt.[53]

Hac rerum progressione perlibenter denotata, aliunde tamen silentio praeteriri haud decet totam summam omnium viarum auxiliandi ipsis progressibus non semper in bonam exire partem. Nec ipsi quidem Consociationi Nationum Unitarum adhuc feliciter contigit ut idonea instrumenta conficiantur ad pugnas inter gentes absque bello dirimendas; quae nempe difficultas maxima videtur quam populorum communitas dissolvat in posterum oportebit.

CAPUT III

ANNUS MCMLXXXIX

22. Si ab orbis condicione ita descripta abundeque pariter Nostris in Litteris *Sollicitudo rei socialis* exposita aliquis proficiscetur, momentum inopinatum magnaeque simul spei comprehendet ipsorum eventuum his proximis annis. Eorum veluti apex attingitur per anni MCMLXXXIX eventa in Europae mediae et orientalis Nationibus sed quae temporis intervallum ac terrarum plagam multo latiorem complectuntur. Progredientibus enim annis a MCMLXXX ad MCMXC apud aliquot Americae Latinae verum etiam Africae et Asiae Civitates collabun-

[52] Cf. Declaratio Universalis de Hominis Iuribus, anno 1948 habita; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Pacem in terris,* IV: *I. mem.,* 291-296; «Actus Finalis» Conferentiae pro Securitate et Cooperatione in Europa (CSCE), Helsinkii, anno 1975.

[53] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio* (26 Martii 1967), 61-65: *AAS* 59 (1967), 287-289.

tur quaedam dictaturae tyrannidisque gubernia; alibi autem difficile quidem sed frugiferum suscipitur iter conversionis in civilis ordinis formas quae maiorem patiuntur participationem maioremque prae se ferunt iustitiam. Magni vero ponderis partes, quin immo et decretorias, illuc adtulit Ecclesiae officium in tutandis adiuvandisque hominis iuribus: in locis enim certa quadam doctrina permeatis, ubi copiae variarum factionum collectae sensum obscurabant communis hominum dignitatis, simpliciter at fortiter docuit Ecclesia unumquemque hominem, quaecumque ipsius interiores essent sententiae, imaginem in se Dei gestare ideoque observantiam et reverentiam mereri. Qua in adseveratione saepius consentiebat maior populi ipsius pars; id quod effecit ut contendendi viae rationesque solvendarum difficultatum politicarum quaererentur quae personae dignitatem servarent.

Ex hoc porro historiae progressu figurae novae emerserunt popularis regiminis, unde spes quoque elucet futurum esse ut res intra fragüe involucrum politicarum socialiumque structurarum commutentur quae acerba catena iniuriarum odiorumque obligantur necnon statu rei oeconomicae conflictato ipsisque societatis gravibus pugnis. Gratias igitur dum referimus Deo cum universa Ecclesia pro heroico saepe testimonio quod plures pastores, communitates totae, christiani singuli aliique bonae voluntatis homines in adeo impeditis rerum adiunctis reddiderunt, precamur simul ut nisus omnium intentos in meliorem efficiendam aetatem venturam ipse sustentet. Illud enim munus non civium dumtaxat illarum Nationum est, verum christianorum cunctorum hominumque bonae voluntatis. Demonstrari enim interest implexas eorundem populorum quaestiones dirimi posse colloquii ac solidarietatis usu, exclusa dimicatione ad adversarium delendum ac bellica vi.

23. Complura inter elementa intentus illius guberniorum imperiosorum quaedam sane sunt digna quae singillatim huc proferantur. Decretoria nimirum res, quae conversionibus initium dedit, iurium operis violatio est. Haud enim oblivisci licet intimum discrimen eorum regiminum, quae praedicare audeant aliquam gubernationem immo vero et dictaturam operariorum, magnis incipere cum motibus in Polonia sub solidarie-

tatis scilicet appellatione. Opificum enim turbae ipsae exlegem reddunt eam philosophiam quae se pro illis loqui adserit, dum rursus inveniunt et quasi detegunt — proficiscentes nempe a solido quodam arduoque operis et oppressionis experimento — documenta ac principia socialis Ecclesiae institutionis.

Illud dein oportet efferri : ad eversionem talis « molis » sive imperii ferme ubique perventum est per pacificam omnino contentionem quae armamentis solis utitur veritatis et iustitiae. Cum marxistarum placita defenderunt dumtaxat repugnantiis socialibus ad extremum extrahendis fieri posse ut per violentam conflictationem eae dissolveretur repugnantiae, dimicationes quae marxismi importaverunt amotionem firmiter periclitan perseverant singulas disputationis diverbii ac testificationis veritatis vias appellantque adversariorum conscientiam in quibus excitare conantur communis dignitatis humanae sensum.

Ordinatio totius Europae, quae altero ex orbis bello enata erat confirmataque *Stipulationibus Yaltensibus,* posse videbatur alio solo bello concuti. Superata illa ex contrario est minime violento hominum opere et officio qui, recusantes semper ne violentiae cederent impetibus, singulis datis opportunitatibus modos efficientes repererunt quibus veritatem testarentur. Hoc adversarium inermem reddidit, quoniam violentia ipsa necesse habet ut mendacio quasi legitima defendatur utque sibi, quantumvis falso, speciem induat alicuius tutelae iuris vel responsionis minationibus alienis factae.[54] Grates Deo denuo agimus qui hominum corda sustinuerit asperae difficultatis tempore petimusque pariter precantes ut id genus alibi quoque exemplum et in aliis adiunctis utile esse possit. Utinam dempta omni vi discant homines pro iustitia luctari et aspernari item in litibus internis contentionem classium perinde ac bellum in dissensionibus inter nationes !

24. Alia porro pars quaedam illius discriminis sine dubio est efficientia ipsa manca totius oeconomici instituti quod non technicum tantum impedimentum censeri debet sed consectarium humanorum iurium violatorum quae ad liberam in-

[54] Cf. Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1980: *I. mem.,* 1572-1580.

dustriam, ad proprietatem et ad agendi libertatem in re oeconomica spectabant. Eo similiter accedit ratio ipsa cultus humani patriaeque indolis : intellegi enim non valet homo ex uno dumtaxat latere oeconomicae aestimationis neque definiri potest simpliciter, prout ad hunc illum ve pertinet civium ordinem. Plenissime scilicet comprehenditur homo, si in aliquem inseritur ambitum culturae per linguam suam et historiam perque adiectionem quam coram praecipuis vitae eventibus ille colit, cuius generis sunt ortus ipse et amor, labor et mors. Mediam vero partem cuiuslibet culturae occupat hominis adfectus ante maximum omnium arcanum: Dei mysterium. Singularum namque Civitatum formae humani cultus totidem tandem rationes sunt quibus interrogationi respondeatur de sensu vitae uniuscuiusque hominis: subducta enim huius generis quaestione, et cultura Nationum et vita moralis pessum dantur. Quocirca dimicatio in operis humani defensionem suapte sponte coniungitur cum pugna pro humano animi cultu necnon Nationis ipsius iuribus.

Vera autem novitatis causa illud est spiritale vacuum Dei negatione inductum quod iuvenum saecula destituit recta ordinatione nec raro etiam ea permovit ut, dum propriam personam vitaeque sensum insuperabili quodam fervore conquirebant, religiosas demum radices culturae Nationum suarum denuo retegerent ac personam Christi Iesu ipsam, tamquam responsum suapte natura accommodatum illi siti veritatis et boni et vitae quae cuiusque inest cordi hominis. Quae insuper conquisitio testimonio confirmata est eorum, quotquot Deo perstiterunt fideles. Promiserat enim marxismus necessitatem Dei sublaturum se ex hominum animis; atqui commonstraverunt potius effecta id fieri nullo modo posse nisi totum simul subvertatur cor.

25. Anni MCMLXXXIX eventus documentum praebent felicis exitus ipsius firmae tractandi voluntatis animique evangelici contra adversarium cui certum erat moralibus principiis non ; se devincire : admonent pariter omnes quicumque sub realismi cuiusdam politici nomine ex rerum politicarum campo ius ipsum depellere moralemque doctrinam nituntur. Poposcit nimirum dimicatio illa, quae anni MCMLXXXIX consectaria pe-

perit, lucidam mentem et temperantiam, dolores et iacturas; quadamtenus vero coorta ea est e precatione nec cogitari quidem potuerat sine interminata de Deo fiducia, historiae Domino qui velut manibus suis corda tenet hominum. Si igitur suos pro veritate libertateque cruciatus homo coniungere novit cum Iesu Christi doloribus in Cruce, prodigium pacis patrare valet potestque aequabiliter ipse semitam saepius angustam dispicere inter animum pusillum malis cedentem hinc et illinc vim quae mala illa duplicat cum sese decipiat eadem vincere posse.

Attamen praeteriri haud innumerabiles possunt condiciones inter quas singulorum hominum operari debet libertas: adficiunt certo, sed non vinciunt, libertatem; eius etiam exsecutionem faciliorem reddunt minusve facilem, at delere illam nequeunt. Non ideo solum non licet hominis naturam ethica ratione transire, quae in libertatem est nata, sed ne fieri quidem istud reapse potest. Quotiens enim ita disponitur societas ut temere imminuatur aut etiam exstinguatur tota regio ea, in qua iure exercetur libertas, consequitur ut socialis sensim vita dissuatur ac dilabatur.

Praeterea ad libertatem conditus homo in sese vulnus originalis portat peccati quod in malum usque eum allicit facitque ut redemptione indigeat. Doctrina haec quidem non sola pars christianae Revelationis necessaria est, sed magnam quoque explicatricem virtutem secum infert, quatenus multum adiuvat ut humana perspiciatur veritas. In bonum namque tendit homo, mali tamen item capax est; proximum quidem potest commodum suum transgredi sed eo simul deligari. Eo igitur solidior erit societatis ordo, quo magis huius rei rationem duxerit renueritque commoditates singulorum bonis anteponere societatis totius simul sumptae, ac vias potius quaesierit fructuosae eorum compositionis. Etenim ubicumque hominis cuiusque commodum vi opprimitur, in ipsius locum ponderosum sufficitur institutum publicae officiorum gubernationis quae fontes liberae industriae atque creatricis virtutis exsiccat. Cum homines se arbitrantur ultimam tenere rationem secretam absolutae ordinationis socialis quae malum prorsus inefficax reddat, licere aequabiliter credunt quaelibet usurpa-

re instrumenta, vel ipsa mendacia aut crudelitatis consilia, ut illa ad effectum deducatur. Evadit tunc politica doctrina quaedam « saecularis religio » quae se falso existimat paradisum constituere posse hisce in terris. Verum tamen quaevis politica societas, cui propriae sunt sui iuris condicio suaeque leges,[55] non poterit commisceri umquam cum Dei Regno. Evangelii parabola de herba bona ac zizaniis (cf. *Mt* 13, 24-30. 36-43) luculenter docet Dei esse solius sodales Regni et sodales Maligni segregare taleque iudicium ad temporum finem esse eventurum. Si quis audeat homo iam nunc illud praeoccupare iudicium, in Dei se locum subroget eiusque patientiae adversetur.

Propter Christi in Cruce sacrificium semel in perpetuum reportata est Regni Dei victoria; christianorum tamen condicio pugnam postulat contra illecebras viresque mali. Historiae dumtaxat sub finem in gloria Dominus revertetur extremum peracturus iudicium (cf. *Mt* 25, 31), integratis scilicet caelis novis novaque terra (cf. *2 **Pe*** 3, 13; *Apc* 21, 1); sed perdurante ipso tempore boni malique luctatio in medio fervet hominis animo.

Quae omnia tradunt Sacrae Litterae de Regni Dei novissima sorte, suum pariter exserunt impulsum in societatum temporalium vitam quae — perinde ac nomen indicat earum — ad verum temporis statum pertinent cum omnibus imperfectis temporariisque illius rationibus. In mundo Regnum Dei ita exstans, quin de mundo sit, humanae ordinem societatis collustrat, cum gratiae vires pervadunt illum atque vivum reddunt. Hoc nimirum modo animadvertuntur melius postulata alicuius societatis homine dignae; errores castigantur; fortitudo ipsa corroboratur nempe operandi ad bonum. Quod ad officium evangelicae animationis rerum humanarum advocantur christiani ac praesertim laici[56] una sane cum universis voluntatis bonae hominibus.

26. Potissimum intercesserunt anni MCMLXXXIX eventa in Europae orientalis mediaeque Civitatibus; universale tamen

[55] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 36; 39.

[56] Cf. Adhort. Apost, post-synodalis *Christifideles laici* (30 Decembris 1988), 32-44: *AAS* 81 (1989), 431-481.

prae se ferunt momentum ac pondus, cum ex iis bona ac mala proficiscantur consectaria quibus omnis adficitur hominum familia. Hae quidem consecutiones non naturam demonstrant machinariam nec fatalem; sunt opportunitates potius hominum libertati tributae ut cum misericordi operentur Dei consilio inter humanam historiam agentis.

Prima videlicet consecutio fuit quibusdam in Nationibus congressio Ecclesiae cum opificum Motu, qui enatus pridem erat ex contraria quadam impulsione indolis ethicae nominatimque christianae adversus passim diffusam iniustitiae condicionem. Integrum ferme per saeculum idem Motus partim subiacuerat marxismi dominatui cum persuasum haberetur, ut efficienter possent prolétarii contra tyrannidem pugnare, debere eos opinationes materiales atque oeconomicas facere omnino suas.

Intra ipsam marxismi dissolutionem exempla voluntaria erumpunt opificum conscientiae qui postulationem iustitiae pronuntiant atque agnitionis illius dignitatis quae operi humano insidet secundum socialem Ecclesiae doctrinam.[57] Operariorum Motus ampliorem influit in coetum hominum labori addictorum bonaeque voluntatis ut persona humana liberetur eiusque vindicentur iura; ille Motus complures hodie amplexatur Nationes tantumque abest ut catholicae adversetur Ecclesiae, ut ad eam studiose omnino respiciat.

Marxismi plàcitorum occasus ex orbe haudquaquam tollit iniustitiae oppressionisque condiciones, unde ipse marxismus immodice iis condicionibus abutens hauriebat alimoniam. Illis autem, a quibus hodie nova ac vera conquiritur liberationis doctrina et usus, offert Ecclesia non suum modo sociale magisterium in universumque praecepta sua de hominis persona a Christo redempta, verum solidum suum adiuvandi officium ut exclusio hominum suppliciumque devincantur.

Recentiore hac aetate avida illa voluntas, qua quidam cupiverunt a parte stare oppressorum nec ab historiae ipsius seiungi curriculo, plures adduxit credentes ut multiplici modo inter rem marxistam et christianam quaerant compromissum quod effici minime potest. Suadet potius praesens hoc tempus,

[57] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 20: *I. mem.,* 629-632.

cum ea omnia supervaduntur quae iis in conatibus .debilia fuerunt, ut bonitas iterum praedicetur integrae theologiae respicientis universam hominis liberationem.[58] Hac quidem iudicandi ratione aestimati eventus anni MCMLXXXIX praebent tandem pondus proprium etiam Tertii Mundi Nationibus quae suarum progressionum viam inquirunt haud secus ac fecerunt ante Europae mediae orientalisque Civitates.

27. Altera dein spectat consecutio ad ipsos Europae populos. Sunt enim plurimae iniuriae admissae tum in singulos homines et societatem tum in regiones et nationes istis omnino annis quibus communismus dominabatur, quin et antea; odia tunc multa et inimicitiae increverunt. Periculum ita nunc verum exsistit ne intereunte dictatura recrudescant ea eliciantque contentiones doloresque graves, si moralis illa pugna defecerit et conscia ipsa conatio testimonium veritati reddendi, quae omnia superioris temporis conamina incitaverunt. Optandum ideo est ne hominum in animis odium visque vincant eorum potissimum qui pro iustitia luctantur, sed ut pacis veniaeque studium in omnibus crescat.

Opus tamen est solidis quibusdam consiliis quibus gignantur vel stabiliantur aliquae inter nationes structurae quae congruae disceptationis causa intercedant ipsis litibus apud Civitates coortis, unde earum quaeque perficere possit ut propria valeant iura et aequa impetretur consensio necnon placata conspiratio cum ceterarum Nationum iuribus. Quod totum necessarium praesertim Europae restat Civitatibus, inter se arctis vinculis quae iunguntur communis cultus humani et multorum saeculorum historiae. Permagnum flagitatur opus ut morali et oeconomica parte illae Nationes renoventur quae communismum reiecerunt. Diutius enim fundamentales rerum nummariarum rationes distortae deflexaeque sunt atque virtutes primariae cum oeconomica industria haer en tes, cuius generis sunt veracitas fides navitas, immutatae sunt. Necesse est patientem effici rerum morumque renovationem, poscentibus nempe diu tina desti tu tione miseris gentibus ut gubernato-

[58] Cf. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instructio *Libertatis conscientia* de libertate Christiana et liberatione (22 Martii 1986): *AAS* 79 (1987), 554-599.

res sui effecta solida et proxima proferant alicuius prosperitatis utque legitimis suis optationibus convenienter satisfiat.

Lapsus marxismi maximos intulit impulsus ad orbis partitionem in clausos quosdam circulos, alium alii resistentem atque cunctos inter se invidia aliqua aemulantes. Clarius is etiam illuminavi t ipsam veritatem communis populorum coniunctionis tum illud quoque verum : hominum laborem suapte natura intendi ad congregandas nec iam segregandas gentes. Pax enim et prosperitas bona sunt totius hominum generis propria, sic profecto ut iis recte ac longe perfrui non liceat si obtineantur aut retineantur aliis populis Nationibusque laesis, cum eorum violata sint iura vel ipsae a prosperitatis fontibus sint exclusae.

28. Certas apud Europae gentes incohatur quodam modo verum tempus 'post bellum'. Intima enim refectio institutorum oeconomicorum ad recentiorem usque aetatem 'collectivorum' secum importat difficultates et iacturas, quae comparari etiam possunt cum sacrificiis et damnis quibus sese oneraverunt Nationes occidentales Continentis ut post mundanum illud alterum bellum redintegrarentur. Aequum proin est hisce in impedimentis Nationes quondam communistarum gubernio temperatas, consentienti adiumento aliarum Civitatum sustentari ; at pariter paret eas esse ipsas debere suorum progressuum auctrices. Concedatur tamen iis oportet rationabilis quaedam facultas ut id consequantur, quod sine reliquarum Civitatum subsidio con tingere haud potest. Ceterum hodierna asperitatem ac indigentiae condicio ex quodam historico processu manavit, cuius Nationes olim communistae saepius obiectum fuerunt non subiectum: quam ob causam illo versantur in statu non libera sua voluntate nec ob errores a se admissos, verum propter consectaria luctuosorum eventuum quos vis ipsa iniecerat, unde sunt praepeditae quominus progressionis oeconomicae civilisque tramitem diutius per sequerentur.

Civitatum aliarum, in primis Europaearum, adiutorium quae scilicet iisdem in rerum eventibus partes egerunt ideoque onus earum in sese recipiunt, certo iustitiae respondet debito. At commodo etiam emolumentoque universali Europae congruit quae in pace vivere minime poterit si variae indolis

certamina, ex prioribus temporibus veluti consectaria profluentia, multo acriora evaserint ob statum oeconomicae perturbationis, interioris inquietis ac desperationis.

Necessitas vero haec efficere non debet ut consilia et incepta in auxilium ac praesidium « Tertii Mundi » Nationum tardentur, utpote quae saepius inopiae egestatisque condicionibus laborent multo nimirum gravioribus.[59] Singulare quoddam postulabitur conamen ut cunctae copiae viresque colligantur, quibus indiget orbis universus, ad metam incrementi oeconomici communisque progressionis, illustratis prius potioribus rebus necnon bonorum gradibus secundum quos oeconomica et politica capienda sunt consilia. Opes immensae praesto esse poterunt, apparatibus disiectis militaribus qui erant ad contentionem inter Orientem Occidentemque confecti. Eaedem vero opes multo etiam maiores fient, si conventa omnino fide digna facta erunt, quibus lites dissolvantur pro bellis consuetis, ac si propterea principium moderandi et diminuendi arma in Nationibus quoque Tertii Mundi invaluerit, initis rationibus opportunis contra eorundem mercaturam.[60] Ante omnia autem erit necesse totam illam relinqui mentem quae pauperes — homines ac nationes — esse censeat onus quoddam et ingratas molestias, a quibus id omne absumatur quod alii pepererint. Ius enim sibi egeni vindicant bonis concretis fruendi atque convertendi suam operis potestatem in utilem fructum, dum omnem orbem sic reddunt iustiorem omnibusque simul prosperiorem. Pauperum levatio permagna est occasio moralis et culturalis et ipsius oeconomici progressus omnium hominum.

29. Progressio denique non concipi debet aliqua ratione dumtaxat* nummaria verum aestimatione prorsus humana.[61] Non id solum hic interest ut populi cuncti eum tollantur ad prosperitatis gradum, quo ditiores hodie fruuntur Nationes, sed in hominum labore consociato ut dignior instituatur vita, ut

[59] Cf. Allocutio in aedibus Consilii compendiaras litteris C.E.A.O. nuncupati X elapso anno a Summi Pontificis « Adhortatione pro Sahelia » (Uagadugi, in Burkina Fasana Natione, 29 Ianuarii 1920): *AAS* 82 (1990), 816-821.

[60] Cf. IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Pacem in terris,* III: *I. mem.,* 286-288.

[61] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 27-28: *I. mem.,* 547-550; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 43-44: *I. mem.,* 278 s.

insuper reapse dignitas navi tasque creatrix cuiusque hominis succrescat necnon eius facultas respondendi vocationi propriae ideoque Dei ipsius appellationi in ea reconditam In progressionis vero cacumine exercitatio consistit illius iuris-officii Deum quaerendi eumque cognoscendi ac secundum eam cognitionem vivendi.[62] In regiminibus vero tyrannidis et auctoritatis imperiosae principium est deductum ad extrema usque consectaria ipsius principatus violentiae prae ratione mentis. Coactus scilicet est homo ut rerum speciem pateretur vi iniunctam non adeptam suae rationis virtute nec libertatis suae usu. Illud itaque subverti oportet principium atque plane iura agnosci humanae conscientiae quae veritate sola vinciatur tam naturali quam revelata. His enim in agnitis iuribus princeps constat fundamentum omnis politici ordinis revera liberi.[63] Magnopere igitur refert illud inculcari principium et varias quidem ob causas:

a) quoniam vetustae regiminis universalis auctoritatisque plenae figurae nondum sunt penitus superatae, quin immo periculum subsistit ne reviviscant; id quod renovatum studium suadet cooperationis et coniunctionis inter Nationes cunctas;

b) quoniam in progressis iam Civitatibus interdum nimia peragitur propagatio et praedicatio bonorum tantummodo ad commoditatem spectantium, excitatis naturae instinctibus ac propensionibus ad subitam voluptatem, unde difficulter agnoscitur et observatur ordo verorum humanae vitae bonorum:

c) quoniam quibusdam m Nationibus novae exoriuntur formae religiosi fundamentalismi quae, tecto vel etiam aperto modo, denegant civibus alterius religionis ac maioris civium partis plenam civilium vel religiosorum iurium illorum exercitationem, dum prohibent eos ne in culturae disceptationem ingrediantur atque circumscribunt ius Ecclesiae praedicandi Evangelium iusque hominum, audientium illam praedicationem, ut suscipiant eam et ad Christum sese convertant. Nulla

[62] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 29-31: *I. mem.,* 550-556.

[63] Cf. Documentum Helsinkii et Pactio Vindobonensis; LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Libertas praestantissimum: I. mem.,* 215-217.

veri nominis progressio effici potest nisi naturale ipsum primariumque servatur ius veritatis cognoscendae et secundum illam vivendi. Hoc iungitur cum iure naturali, tamquam exercitium eius altiorque persecutio, ius reperiendi et suscipiendi libere Iesum Christum qui verum est hominis bonum.[64]

CAPUT IV

POSSESSIO PRIVATA ET UNIVERSALIS BONORUM ADDICTIO

30. In Encyclicis Litteris ***Rerum novarum*** valide Leo XIII affirmabat variisque argumentis contra temporis sui socialismum iuris possessionis privatae indolem naturalem.[65] Quod ius ad autonomiam et profectum personae pernecessarium est ab Ecclesia usque ad hanc nostram aetatem semper defensum. Item Ecclesia docet bonorum possessionem non esse ius absolutum sed in sua iuris humani natura terminum suum gerere inscriptum.

Dum ius possessionis privatae enuntiabat Pontifex pari cum planitate affirmabat bonorum « usum » commissum libertati esse obnoxium ipsorum primigeniae bonorum creatorum communi destinationi et etiam Iesu Christi voluntati in Evangelio significatae. Scripsit enim: « Fortunati monentur ... : terrori locupletibus esse debere Iesu Christi... minas ... rationem de usu fortunarum Deo iudici severissime aliquando reddendam»; et memorans Sanctum Thomam Aquinatem addidit: « At vero si illud quaeratur, qualem esse usum bonorum necesse sit, Ecclesia quidem sine ulla dubitatione respondet : quantum ad hoc, non debet homo habere res exteriores ut proprias, sed ut communes ... », quia « legibus iudiciisque hominum lex antecedit iudiciumque Christi »

[64] **Cf. Litt. Enc. *Redemptoris missio* (7 Decembris 1990), 7: *AAS* 83 (1991), 255-256.**
[65] **Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 99-107; 131-133.**
[66] ***Ibid.: I. mem.,* 111-113 s.**

Leonis XIII Successores duplicem affirmationem iteraverunt: possessionem privatam esse necessariam ideoque licitam, simul autem eandem esse circumscriptam.[67] Concilium quoque Vaticanum II diligenter translaticiam doctrinam proposuit verbis quae referri utile est: « Homo, illis bonis utens, res exteriores quas legitime possidet non tantum tamquam sibi proprias, sed etiam tamquam communes habere debet, eo sensu ut non sibi tantum sed etiam aliis prodesse queant ». Et paulo ulterius: « Proprietas privata aut dominium quoddam in bona exteriora spatium plane necessarium ad personalem et familiarem autonomiam unicuique conferunt, et velut libertatis humanae extensio considerari debent... Ipsa autem proprietas privata et indolem socialem natura sua habet, quae in communis destinationis bonorum lege fundatur Eandem doctrinam repetivimus Nos, primum in allocutione ad III Coetum Episcopatus Latin o-Americani Pueblae collecti, deinde in Litteris Encyclicis *Laborem exercens* et *Sollicitudo rei socialis.®*

31. Cum haec relegitur institutio de iure possessionis deque communi bonorum destinatione respectu aetatis nostrae, quaeri potest de origine bonorum quae vitam hominis sustentant, eius necessitatibus satis faciunt et sunt eius iurium obiectum.

Omnium, quae bona sunt, origo prima est ipsius Dei actus qui terram creavit et hominem hominique terram dedit ut in eam dominaretur labore suo eiusque frueretur fructibus (cf. *Gn* 9, 28-29). Deus terram dedit universo humano generi ut ea omnia huius membra sustentaret, nullo excluso nullo anteposito. Hic radix reperitur universalis destinationis bonorum terrae. Terra quidem, quoniam fecunda est et par necessitatibus hominis explendis, primum Dei donum est ad vitam humanam sustentandam. Terra autem suos non fert fructus sine peculiari hominis ad Dei donum responsione id est sine

[67] Cf. Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* II: *I. mem.,* 191; Pius PP. XII, Nuntius radiophonicus die 1 Iunii 1941 datus: *I.mem.,* 199; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc. *Mater et Magistra: I. mem.,* 428-429; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 22-24: *I. mem.,* 268 s.

[68] Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 69; 71.

[69] Cf. Allocutio habita Pueblae ad episcopos Americae Latinae (28 Ianuarii 1979), III, 4: *AAS* 71 (1979), 199-201; Litt. Enc. *Laborem exercens,* 14: *I. mem.,* 612-616; Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 42 : i. *mem.,* 572-574.

labore: per laborem homo utens intellegentia et libertate sua in eam dominatur eamque suam facit dignam sedem. Hoc modo is suam facit eam terrae partem quam sibi opere comparavit. Ibi est possessionis privatae origo. Is, ut patet, etiam officio astringitur ne impediat quin alii homines suam doni Dei habeant partem; immo vero cum iis operam suam consociare debet ut universae terrae simul dominentur.

In historia semper haec duo, labor et terra, inveniuntur, cuiusque humanae societatis initio. Non semper tamen haec duo eandem habent inter se necessitudinem. Olim naturalis terrae fecunditas apparebat et reapse erat divitiarum pars praecipua, opus autem eiusmodi fecunditatis auxilium erat et columen. Nostra aetate laboris hominum plus plusque in dies partes excellunt, nempe ut idem adferat divitias corpóreas et incorpóreas ; insuper evidens fit hominis cuiusque laborem natura sua cum labore aliorum hominum necti. Hodie praesertim laborare est cum aliis laborare et laborare pro aliis; est aliquid facere pro aliquo. Opus eo fecundius est et fertilius, quo homo intellegentior in cognoscenda vi feracitatis terrae est inque necessitatibus pernoscendis alterius hominis pro quo ipse operatur.

32. Sed aliud possessionis genus est huius aetatis peculiare nec minus habet momentum quam terrae : possessio haec est cognitionis, technicae artis, totius scientiae. In hoc possessionis genere divitiae consistunt Nationum ad quaestuosae industriae incrementa provectarum, multo magis quam in possessione opum naturalium.

Dictum est nuper hominem cum aliis hominibus laborare, « sociale opus » participantem, quod circulos gradatim ampliores ipsamque universam terram comprehendit. Qui aliquid efficit praeterquam in usum suum, id facit plerumque ut alii eadem re utantur iusto pretio soluto communibus consiliis definito per liberam pactionem. Ipsa plane tempestive cognoscendi f acuitas aliorum hominum necessitates et concursiones earum rerum, quae quaestui sunt et aptiores ad illis satisfaciendum, alius est divitiarum fons in hodierna societate. Ceterum multa bona gigni non possunt efficaciter industria unius personae sed

postulant ut multi eandem operam in idem communicent. Hunc nisum conciliare, eius diuturnitati cavere, curare ut vere is respondeat necessitatibus quas debet explere, pericula suscipere quae requiruntur: hoc quoque est in hodierna societate fons divitiis fecundus. Ita evidentiores et usque praestantiores fiunt rationes laboris humani ordinati et efficientis et, sicut est huius laboris pars praecipua, facultatis consilia capiendi et opera conducendi.[70]

Haec via, quae in lucem profert veritatem de persona quam Christiana fides numquam affirmare destitit, est attente et studiose consideranda. Revera praecipua hominis copia ipse homo est una cum terra. Eius intellegentia efficit ut perspiciantur potentia feracitatis terrae et multiformes modi quibus humanis necessitatibus satisfieri possit. Eius bene temperatus labor in conspiranti cooperatione facit ut consortiones laboris constituantur ampliores et fiducia dignae ad naturalem et humanum ambitum mutandum. Hac ratione graves implicantur virtutes, quales diligentia sunt, sedulitas, prudentia in aequis periculis suscipiendis, auctoritas et fidelitas in officiis inter personas, fortitudo in exsequendis difficilibus et acerbis propositis necessariis tamen ad administrationis opus commune et ad occurrendum fortunae vitiis quae accidere possunt.

Hodierna oeconomia administrationis utiles admittit aspectus, quorum fundamentum est personae libertas quae in regione oeconomica significatur sicut et in tot aliis. Etenim oeconomia pars est multiformis industriae humanae inque eam, sicut in quamlibet aliam regionem, ius valet libertatis sicut et officium ea utendi ex animi conscientia. Sed notari refert hodiernae societatis et praeteriti temporis etiam recentioris propensiones proprie differre inter se. Si olim proventuum causa potissima terra erat et postea pecuniae caput, acceptum tamquam acervus machinarum et bonorum ex instrumentis constan tium, nunc causa praecipua usque magis ipse est homo, hoc est eius cognoscendi facultas quae apparet per cognitionem et disciplinas, facultas se ordinandi consociata voluntate, facultas necessitatem alterius intellegendi eandemque explendi.

[70] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 15: *I. mem.,* 528-531.

33. Attamen fieri non potest quin reprehendantur pericula et incommoda cum eiusmodi processu coniuncta. Re multi homines, fortasse eorum maior pars, instrumentis carent quae potestatem faciunt ingrediendi modo certo et humaniter digno figuram conductionis et operis, in qua ipse labor locum obtinet principem. Hi sibi parere nequeunt primas cognitiones quibus possint suam efficiendi vim exprimere suamque augere potentiam. Nec habent facultatem se mutuo cognoscendi et secum communicandi, quae efficeret ut eorum dotes existimaren tur et in usum converterentur. Hi ad summam, si non omnino quaestui sunt, large segregantur, et progressus oeconomica fit, ut ita dicamus, super eorum capita, nisi forte prorsus iam angusta spatia contrahit veterum oeconomiarum ad victum solum pertinentium. Inhabiles ad obsistendum mercium aemulationi modis novis effectarum et postulatis bene responden tium, quibus ipsi antea prospicere solebant usitata rerum ordinationis forma, ostentatae opulentiae illecti splendore quam tamen assequi non possunt et simul egestate pressi, eiusmodi homines urbes Tertii Mundi frequentant, ubi saepe sunt quoad culturam eradicati et in violentae mutabilitatis condicionibus versantur, copiam habentes nullam se cum aliis consociandi; non iis dignitas attribuitur et interdum curatur ut de historia tollantur per vires cogentes ad imminuendam subolem humanae dignitati contrariam.

Multi alii homines, etsi non omnino seiuncti, in rebus locisque vivunt, ubi omnino primaria est contentio de necessariis ubi adhuc regulae vigent capitalismi pristini tali in « crudelitate », ut haec nullo pacto sit atrocitate minor quam duritia turbidissimorum temporum initialis processus quaestuosarum industriarum invectionis. Aliis in casibus adhuc terra est progressus oeconomici pars potissima et qui eam colunt, a possessione exclusi, rediguntur in dimidiatae servitutis condiciones.[71] Hisce in casibus etiamnum, sicut tempore Encyclicarum ***Rerum novarum,*** loqui licet de abusione inhumana. Quamvis magnae mutationes factae sint in societatibus excultioribus, humana capitalismi vitia cum consequenti dominatu rerum in homines minime defecerunt; immo,

[71] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 21: *I. mem.,* 632-634.

quod ad pauperes spectat, ad bonorum corporeorum penuriam addita est egestas doctrinae et educationis quae eos impedit ne se libèrent sua indecora servitute.

Incommode accidit quod talibus in condicionibus maior incolarum « Tertii Mundi » pars adhuc vivit. At non recte <(Tertius Mundus » sola significatione geographica intellegi debet. In huius « Mundi » nonnullis regionibus et socialibus in eius partibus instituti sunt progressionis cursus qui innituntur non tam aestimatione opum corporearum quam « facultatis humanae ».

Annis non remotis affirmatum est progressionem pendere ex separatione Nationum pauperiorum a totius orbis commercio et ex earum spe in propriis viribus posita. Recentiorum annorum experientia contra ostendit Nationes seclusas languisse et régressas esse cum, quae ingredi potuerint generalem negotiorum inter se conexionem in gradu internationali, floruerint. Maxime igitur incommodum videtur aequum accessum adipisci ad mercaturam internationalem, positum quidem non in principio illo — unam tantum partem spectante — opibus naturalibus abutendi, sed potius in aestimatione opum humanarum.[72]

Aspectus tamen « Tertii Mundi » proprii etiam in Nationibus cultis exstant ubi continua modorum efficiendi et consumendi mutatio dignitatem imminuit quarundam notionum iam adeptarum et professionum confirmatarum postulatque ideo continuum conatum recuperandae praestantiae et adcommodationis. Illi qui gradum temporum aequare nequeunt facile possunt segregari; cum iis sunt grandes natu, iuvenes qui non valent se bene inserere vitae sociali et generatim tenuiores et « Quartus Mundus » qui dicitur. Mulieris quoque condicio hoc in statu rerum est minime facilis.

34. Simul quod ad singulas Nationes spectat simul quod rationes internationales, liberum commercium videtur efficacissima via ad opes collocandas et ad necessitatibus feliciter respondendum. Hoc tamen solum valet de eis necessitatibus, quae « ad solvendum sunt » quae pondus emptionis habent,

[72] Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 33-42: *I. mem.,* 273-278.

et de opibus quae « ad vendendum » sunt quanti aequum est. Sed quaedam exsistunt postulata humana quae ad mercaturam non attinent. Grave est caritatis et iustitiae officium prohibere ne fundamentales humanae necessitates non satiatae maneant et homines qui iis premuntur pereant. Est praeterea necesse hos homines indigentes adiuvari ad consequendas cognitiones, ad ineundas mutuas conexiones, ad excolendas suas dotes et habilitâtes quibus possint suarum opum et facultatum virtutem augere. Ante rationem permutationis rerum parium et ante iustitiae genera quae eius sunt propria, aliquid viget quod homini debetur quia homo est ob eius eminentem dignitatem. Hoc aliquid, quod debetur, potestatem flagitat qua quis superstes vivat et reapse ad bonum commune totius generis humani conducat.

In <(Tertii Mundi » adiunctis totam suam servant vim, immo sunt quibusdam in casibus persequenda, ipsa proposita quae Encyclicae ***Rerum novarum*** indicaverunt ad impediendum ne hominis opus minueretur ipseque homo nuda fieret merx : salarium nempe quod vitae familiae sufficeret ; publicas cautiones senectuti tutandae et operis vacationi vitandae ; aptam condicionum laboris tutelam.

35. Magnus fecundusque campus patescit navitatis et contentionis, iustitiae nomine, pro opificum collegiis ceterisque operariorum consociationibus, quae eorum iura defendunt et subiectivam eorum indolem tuentur simulque munus potissimum sustinent spectans ad culturam, ut ii plenius et dignius vitam Nationis communicent eiusque iter ad progressionem foveant.

Hoc sensu iure loqui licet de certamine contra rationem oeconomicam acceptam tamquam modum qui in tuto collocat principatum absolutum pecuniae capitis, possessionis instrumentorum, quibus bona gignuntur, et terrae, respectu liberae laboris hominis subiectivae indolis.[73] Huic contra talem rationem certamini non proponitur, uti exemplar alternum, formula socialista, quae reapse esse videtur capitalismus reipublicae, sed societas liberi operis, conductionis et participatio-

[73] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 7 : *I. mem.,* 592-594.

nis. Ea scilicet mercatui non opponitur sed convenienter est Reipublicae auctoritatibus temperanda ut totius societatis expleat necessitates.

Ecclesia probat iustas quaestus partes, tamquam administrationis prosperae indicem. Cum enim administratio lucrum gignit, constat vias bona efficiendi esse adhibitas apte et respondentibus humanis necessitatibus esse iuste satisfactum. Quaestus tamen non est solus condicionum administrationis index. Fieri potest ut computationes oeconomicae sapienter ordinatae sint et simul homines, qui administrationis sunt patrimonium praestantissimum, indigne afficiantur iniuria. Istud non solum est ratione morali reiciendum, sed praevideri certe potest id efficientiae quoque oeconomicae administrationis nociturum. Etenim eo spectat alicuius negotii administratio ut non modo quaestum gignat, verum etiam ut ipsa administratio supersit veluti hominum communitas qui diversis viis fundamentales suas necessitates explendas curant et coetum peculiarem constituunt toti societati servientem. Quaestus est vitae administrationis temperator, sed non unicus; praeter illum enim alia humana elementa et moralia consideranda sunt quae, procedente tempore, saltem par momentum habent pro totius incepti vita.

Iam vidimus improbandam esse affirmationem ex qua, victo « socialismo reali » uti aiebant, capitalismus unicum exstimetur exemplar constitutionis oeconomicae. Frangantur oportet eiusmodi obstacula et monopolia quae non sinunt tot populos progressus facere, omnibus praeterea personis et Nationibus caveatur de praecipuis condicionibus per quas progressio participetur. Eiusmodi propositum a tota communitate internationali postulat nisus praestitutos et conscios. Oportet Nationes fortiores opportunitatem tenuioribus dent se vitae internationali inserendi, et tenuiores talem amplectantur occasionem, necessariis coeptis et incommodis se dedendo, providendo stabilitati conspectus politici et nummarii necnon certae exspectationi in futurum, tum auctae propriorum opificum peritiae, formationi conductorum efficientium et sui officii consciorum.[74]

[74] Cf. *ibid.,* 8: *I. mem.,* 594-598.

Impraesentiarum utilia incepta ad hoc propositum assequendum difficultate gravantur, quae magnam partem nondum est dirempta, debiti videlicet externi Nationum pauperiorum. Est quidem iustum illud: debita esse solvenda; sed non licebit exsolutionem petere vel exigere, si illa inducet revera ad tales electiones politicas, ut ingentes humanas multitudines ad famem agat et desperationem. Illicitum est postulare ut aes alienum contractum intolerabilibus cum incommodis solvatur. His in casibus necesse est — uti ceteroqui partim iam fit — modi inveniantur ad oneris debiti deminutionem, dilationem et etiam exstinctionem, congruentes cum fundamentali iure populorum ad victum et progressionem.

36. Decet nunc peculiares quaestiones et minationes, quae exsistunt in oeconomus provectioribus quaeque cum propriis earum notis coniunctae sunt, animadvertere. Anteactis progressus temporibus homo semper vixit re necessaria coactus. Pauca erant eius postulata, quodammodo eius corporis constitutione definita; et industria oeconomica inclinabat ad illa procuranda. Patet autem hodie non solum agi de bonorum sufficientium danda copia, sed etiam responsione reddenda postulationi bonitatis: haec est bonitas mercium conficiendarum et consumendarum; bonitas publicorum munerum, quibus homo fruitur, rerum locorumque adiunctorum et vitae universae bonitas.

Postulatio ipsius vitae, natura sua acceptions et ditioris, est per se legitima; tamen non possunt non in luce poni nova officia et pericula huic historico tempori cohaerentia. Modis, quibus novae necessitates oriuntur et definiuntur, semper subest notio plus minusve homini eiusque vero bono consentanea: ex delectibus bonorum efficiendorum et consumendorum certa se patefacit cultura, uti universalis vitae notio. Hinc oritur nimium rerum consumendarum studium. In deprehendendis novis necessitatibus novisque viis satisfaciendi eis, oportet quemque sinere se integra hominis imagine dirigi, quae observet momenta eius uti hominis et materialia ac naturalia interioribus et spiritalibus subiciat. Si quis autem suos directo spectat appetitus et praetermittit naturam personae suae consciae et liberae, importari possunt mores consumptionis et

vitae consuetudines ipsae per se vitiosae aut eius corporis et animi sani tati nocentes. Institutum oeconomicum in se normas non habet quibus possit recte discernere modos novos et altiores satiandi necessitates humanas ab ipsis novis necessitatibus invectas, quae personae maturae formationi obstant. Necessarium igitur est, et urget magnum opus institutorium et culturale, quod comprehendat emptorum formationem ad prudentem usum potestatis suae seligendi ac formationem ipsorum effectarum ad aerem officii conscientiam et imprimis eorum qui artem exercent utendi instrumentis communicationis socialis, iam praeter necessarium civilium Auctoritatum interventum.

Magnum exemplum consumptionis artificiosae, saluti et dignitati hominis contrariae, et certe non facilis inspectionis, est exemplum medicamenti stupefactivi. Eius diffusio signum est gravis vitii ordinis socialis eique etiam subiacet necessitatum humanarum « interpretatio » materialistica et quodammodo usuum humanorum destructiva. Potentia igitur novationis liberae oeconomiae ad effectum adducitur ab una parte tantum neque apte. Medicamen tum stupef activum perinde ac obscenitates aliaque genera nimiae rerum consumptionis, cum debilium abutuntur infirmitate, vacuum complere spiritale volunt quod interea factum est.

Malum non est melius vivere cupere sed mala est constitutio vitae, quae melior esse iudicatur, cum id spectat ut quis habeat non ut sit, et cum is plus habere vult non ut plus ipse sit sed ut vita absumatur supervacanea voluptate.[75] Curandum est idcirco ut vitae rationes constituantur, in quibus conquisitio veri pulchri boni et communio cum ceteris hominibus propter communem progressionem electiones efficiant consumptionum, compendiorum, pecuniae collocationum. Quod ad hoc pertinet, non possumus solummodo monere de officio caritatis, id est de officio subveniendi per id « quod superest», et interdum etiam per id quod est « necessarium », ut res suppetant quae opus sunt ad pauperum vitam. Etiam significamus consilium pecuniam collocandi potius hic quam illic, in

[75] **Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 35; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 19: *I. mem.,* 266 s.**

hac parte frugifera potius quam in alia, electionem esse semper moralem et culturalem. Certis definitisque condicionibus positis et rei oeconomicae et stabilitatis politicae quae praeteriri non possunt, propositum pecuniam collocandi, id est alicui populo occasionem dandi ut ex suo labore commoditatem percipiat, oritur etiam ex sensu benevolentiae et ex fiducia Providentiae, quae humanam indolem ostendunt illius qui consilium capit.

37. Praeter consumptionis quaestionem, aliquid sollicitudinis habet estque illi arcte iuncta, quaestio oecologica. Homo enim magis habere cupiens et gaudere quam esse et crescere, immodice et sine moderatione opes terrae et suae ipsius vitae absorbet. Stultae locorum naturalium destructioni error subest anthropologica nostra aetate sane diffusus. Homo, qui intellegit se posse suo opere mundum mutare et quodammodo ((creare », obliviscitur hoc opus semper exerceri supra fundamentum primigeniae donationis rerum a Deo factae. Iste cogitat sibi licere arbitrio suo terra uti et frui eam sine condicione voluntati suae subicient!, ac si ea suam non habeat formam et destinationem priorem sibi a Deo tributam, quam homo potest quidem excolere non autem prodere debet. Nedum suo fungatur munere cooperatoris Dei in mundo, non recte homo in Dei locum succedit sicque abit ad concitandam naturae detrectationem quam is potius vexat quam gubernat.[76]

Hac in re animadvertitur ante omnia egestas vel illiberalitas ob tutus ac prospectus hominis, studentis nempe res potius possidere quam ad veritatem referre et destituti illo habitu sui immemore gratuito aesthetico, qui manat ab admiratione rerum quae sunt et pulchritudinis quique spectandum praebet in rebus aspectabilibus nuntium Dei invisibilis qui eas condidit. Quod ad hoc attinet, genus humanum conscium esse debet suorum munerum et officiorum erga futura saecula.

38. Praeter insanam locorum naturalium destructionem illa sane gravior est hic commemoranda quae ad hominum ambi-

[76] **Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 34: *I. mem.,* 559 s.; Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1990: *AAS* 82 (1990), 147-156.**

tum pertinet in quam tamen rem longe abest ut necessaria consideratio intendatur. Dum enim iuste profecto, etsi multo minus quam oportet, cogitatur de areis naturalibus diversorum generum animalium, quae ne exstinguantur periculum est, quoniam intellegitur eorum unumquodque peculiariter conferre ad terrae generalem temperationem, parum curatur de « oecologiae humanae» condicionibus moralibus tutandis. Non solum terra a Deo homini data est, qui ea uti debet primigenium propositum observans pro quo ei tamquam bonum est data; sed etiam homo sibi ipsi a Deo datus est eique est ideo observanda structura naturalis et moralis qua est donatus. Quod ad haec spectat, mentio est facienda gravium quaestionum urbanae vitae nuperius inductae ac necessitatis prospiciendi ut in eiusmodi studio urbanitatis consulatur vitae personarum, atque attentionis ad « oecologiam socialem laboris ».

Homo suam essentialem a Deo accipit dignitatem simulque potestatem transcendendi omne societatis institutum usque ad veritatem et ad bonum. Is tamen condicionibus adstringitur structurae socialis in qua vivit, tum accepta educatione et locis exterioribusque rebus. Haec possunt efficere ut secundum veritatem aut facilius aut difficilius vivat. Consilia, quibus ambitus humanus constituitur, possunt ergo structuras proprias peccati parere, quae impediunt ne, qui iisdem varie premuntur, plene se qua homines perficiant. Tales structuras demoliri et pro illis veriores convictionis formas substituere, negotium est quod firmum postulat animum et patientiam.[77]

39. Prima et fundamentalis « oecologiae humanae » serviens compages est familia, in qua homo primas et praecipuas notiones recipit de veritate deque bono, discit quid sit amare et amari et idcirco, quid sit re esse personam. Intellegenda est hic familia matrimonio innisa, in qua mutuum viri et mulieris sui donum condicionem gignit vitae, in qua infans nasci potest et suas educare facultates, suae dignitatis conscius fieri et se praeparare ad sortem suam obeundam unicam ut quae iterari non possit. Saepe contra accidit ut homo deterreatur ab implendis

[77] Cf. Adhort. Apost, post-synodalis *Reconciliatio et Paenitentia* (2 Decembris 1984), 16: *AAS* 77 (1985), 213-217; Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* III: *I. mem.,* 219.

condicionibus humanae procreationis, et inducatur ad putandum seipsum suamque vitam potius summam esse sensuum experiendorum quam opus efficiendum. Oritur hinc quaedam lacuna libertatis, quae perducit ad respuendum officium quo se perpetuo quis coniungat cum alia persona et filios generet, aut perducit ad liberos aestimandos unam ex tot « rebus » quae haberi possunt aut non haberi secundum propriam libidinem, quaeque cum aliis opportunitatibus certant.

Oportet rursus familia existimetur vitae sacrarium. Ea enim sacra est; locus est ubi vita Dei donum apte potest accipi et defendi contra multiplices incursiones quibus obicitur, et crescere valet prout verus humanus postulat auctus. Adversus culturam mortis, quae dicitur, familia culturae ipsius vitae est sedes.

Humana mens hac in re propendere potius videtur ad imminuendos tollendos vel delendos vitae fontes, etiam abortione adhibenda in mundo quidem diffusa, quam ad defendendas et aperiendas vias vitae. In Encyclicis ***Sollicitudo rei socialis*** vituperatae sunt constantes venditationes contra natorum numerum secundum falsam notionem quaestionis demographicae. Ibi namque « summa violatio patratur liberi eorum consilii, quorum interest, ... qui coercitionibus in tolerabilius ... haud raro sollicitantur, ut novae huic succumbant formae oppressionis ».[78] Scilicet de agendi rationibus agitur quae per novas technicas ita se extendunt ut, quasi in « chemico bello », pluries centenorum milium hominum vitam corrumpant indefensorum.

Hae improbationes non tantum impugnant rationem oeconomicam, quantum rationem ethicam-culturalem. Oeconomia namque solummodo aspectus est et modus multiplicis humanae industriae. Si ea absoluta ducitur, si mercium confectio et consumptio principem locum tenent vitae socialis et evadunt unicum societatis bonum nulli alii obnoxium, hoc fit non solum nec tantopere propter rationem oeconomicam, quam ob id, quod ratio socialis-culturalis ignorans pondus ethicum et religiosum imminuta est et soli bonorum ac servitiorum effectioni vim tribuit.[79]

[78] **Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 25: *I. mem.,* 544.**

[79] Cf. ***ibid.,* 34: *I. mem.,* 559 s.**

Haec omnia contrahi possunt rursus si affirmatur libertatem oeconomicam solummodo esse libertatis humanae partem. Cum ea autonoma fit, cum scilicet homo censetur confector aut consumptor bonorum potius quam persona quae efficit res et consumit ut vivat, tunc suam amittit cum persona humana necessariam coniunctionem et tandem eam abalienat et opprimit.[80]

40. Reipublicae est illa bona communia defendere et tueri, qualia sunt loca naturae et circumstantia resque exteriores hominis, quae protegi non possunt solis mercatus viis et rationibus. Sicut temporibus veteris capitalismi Respublica debebat iura laboris fundamentalia defendere, ita nunc novo in capitalismo et illa et universa societas bona communia defendere debent, quae ceteroquin saeptum sunt intra quod tantummodo potest quisque legitime sua ipsius consequi proposita.

Alius hic mercatus terminus invenitur: necessitates exsistunt communes et qualitativae, quae istius modis et institutis expleri nequeunt. Humana postulata exsistunt quae eius logicam consecutionem effugiunt. Bona exsistunt quae ex sua natura nec possunt nec debent venire et emi. Haud dubie, viae rationesque mercatus multa praebent auxilia; adiuvant praeter cetera, ad melius opibus utendum; mercium commutationem fovent, et imprimis maximi faciunt voluntates et proposita personae humanae, quae in pactione incidunt in voluntatem et proposita alterius personae; attamen pericula afferunt « idololatriae » mercatus, qui bona esse nescit quae suapte natura nec sint nec esse possint simplices merces,

41. Marxismus exprobravit societates medii ordinis civium possidentium, nominatim eas reprehendens quod vitam humanam mercem reddidissent et abalienassent. Haec obiurgatio nititur falsa et non sufficienti alienationis notione, quae eam promit e sola regione cognationum confectionis et possessionis, eam scilicet in materialismo ponens et insuper negans legiti-

[80] Cf. Litt. Enc. *Redemptor hominis* (4 Martii 1979), 15: *AAS* 71 (1979), 286-289.

mas et utiles esse necessitudines mercatus etiam in sua ipsarum provincia. Ea doctrina ita demum affirmat una ordinatione sociali generis collectivi aboleri posse alienationem. At experientia historica Nationum socialistarum ostendit alienationem communismo non deleri sed augeri potius, addita rerum necessariarum penuria et oeconomica inefficacia.

Vicissim historica Occidentis experientia ostendit, si explicatio et fundamentum marxianum alienationis falsa sint, alienationem tamen cum veri sensus vitae amissione etiam in societatibus occidentalibus vigere. Haec in rebus consumendis fit, cum homo falsis levibusque voluptatibus implicatur potius quam adiuvatur ad suam humanitatem vere et reapse experiendam. Alienatio fit etiam in opere, cum hoc ita disponitur, ut suos fructus et reditus solos maximi ducat, nec curatur ut opifex suo labore plus aut minus se perficiat qua hominem, prout plus crescat concors communitatis promptae communicatio aut eius solitudo in acerrima commerciorum aemulatione et mutuae ignorationis, ubi eius humanitas instrumentum dumtaxat putatur non finis.

Oportet notio alienationis ad visionem christianam revocetur, pro qua instrumenta et proposita hominis invertuntur: cum non agnoscit praestantiam et magnitudinem personae in seipso et in altero, homo non potest sua humanitate frui nec illam necessitudinem et communionem cum ceteris hominibus participare ad quam Deus eum condidit. Per liberum enim sui donum homo vere is fit qui esse debet.[81] Quod donum fieri potest ob essentialem facultatem transcendentiae personae humanae. Homo non potest humanae tantum rerum ordinationi se donare, abstractam cuidam cogitationi vel fucatae utopiae. Uti persona se ipsum potest donare alii personae vel aliis personis et denique Deo, qui auctor est illius rei quae ea est, et unus potest plene eius accipere donum.[82] Alienatus est homo qui recusat se ipsum transcendere et donum sui experiri atque formationem verae communitatis humanae, directae ad sortem eius ultimam quae Deus est. Alienata est societas quae

[81] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 24.

[82] Cf. *ibid.,* 41.

suis in formis ordinationis socialis et rerum confectionis atque consumptionis difficiliorem reddit traditionem huius doni et huius inter homines conspirationis constitutionem.

In societatibus occidentalibus est superatus quaestus immitis, saltem secundum illas formas, quas Carolus Marx inquirit et describit. Attamen superata non est alienatio in formis abutentis quaestus multiplicibus, cum homines sibi ipsis vicissim quaestui sunt et, dum usque exquisitius satisfaciunt peculiaribus et secundariis necessitatibus, necessitates praecipuas et veras spernunt quae etiam modos dirigere debent satisfaciendi ceteris postulatis.[83] Homo qui solum curat ut potiatur rebus et fruatur, nec iam aptus ad cupiditates et impetus suos refrenandos atque per oboedientiam veritati subiciendus, liber esse non potest. Oboedientia veritati, etiam veritati quoad Deum et hominem, est prima libertatis condicio. Nam efficit ut proprii usus, appetitus et modi ad eos sedandos secundum iustum ordinem disponantur ita sane ut rerum possessio ratio fiat qua homo crescat. Huic incremento obesse potest callida usurpatio instrumentorum communicationis socialis, quae bene dispositae pertinaciae vi pariunt consuetudines motusque opinionum, cum considerari non possint fundamenta quibus illa nituntur.

42. Initialem quaestionem nunc repetentibus licetne nobis affirmare, collapso communismo, capitalismum esse rationem socialem vincentem et ad illam spectare debere Nationum conatus quae operam dant suis oeconomus reficiendis suisque societatibus? Estne hoc exemplar Nationibus Tertii Mundi proponendum quae verae progressionis oeconomicae et civilis quaerunt viaml

Responsio sane implicata est. Si « capitalismus » existimatur ratio oeconomica, quae pondus praecipuum et positivum agnoscit administrationis, mercatus, possessionis privatae et hinc consequentis responsalis officii de instrumentis confectionis, liberae hominis facultatis moliendi in oeconomiae regione, responsio est certe adfirmans, etsi forte magis proprium est loqui de « oeconomia administrationis », vel « oeconomia mer-

[83] Cf. *ibid.*, 26.

catus », vel simpliciter « oeconomia libera ». At si « capitalismus » existimatur ratio, ubi libertas in provincia oeconomiae, non in solidum contextum politicum tamquam in formam stabilem includitur, qui eam immittat ad ministerium integrae libertatis humanae eamque putet peculiarem mensuram libertatis cuius cardo ethicus est et religiosus, tum responsio tantundem negans est.

Marxismi solutio male cessit sed manent in mundo quaedam condiciones derelictionis et abusionis (praesertim in Tertio Mundo), necnon alienationis humanae (praecipue in Nationibus excultioribus), contra quas Ecclesia vocem suam fortiter attollit. Tot multitudines etiam nunc in miseria versantur cum corporum tum animorum. Marxismi casus in tot Nationibus aufert certe impedimentum in his quaestionibus apte et ad rerum veritatem obeundis sed eas non dirimit. Quin immo periculum est ne radicalis diffundatur ideologia capitalismo consentanea, quae renuit eas etiam tractandas suscipere, cum iam in antecessum putet irritum fore omnem nisum eis occurrendi, easque temere credit componendas augescentibus mercatus viribus.

43. Ecclesia exempla non habet quae proponat. Exempla ad res attinentia et vere efficacia solum oriri possunt in diversis condicionibus historicis, si ii quorum est operam navant quaestionibus definite profligandis pro earum singulis aspectibus socialibus oeconomicis politicis et culturalibus quae mutuo nectuntur.[84] Huic negotio Ecclesia praebet, tamquam necessariam directionem optimam, suam doctrinam socialem, qua — ut iam diximus — probatur utilitas mercatus et administrationis sed simul significatur necesse esse et illum et hanc in bonum intendi commune. Ea legitimos indicat conatus opificum, quibus plenam adipisci student suae dignitatis aestimationem et amplius vitam administrationis participare adeo ut, etsi cum aliis et sub aliis moderantibus, possint quodam modo, « in re propria laborare »,[85] suam intellegentiam et libertatem exercentes.

[84] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 36; PAULUS PP. VI, Ep. Apost. *Octogésima adveniens,* 2-5: *I. mem.,* 402-405.

[85] Cf. Litt. Enc. *Laborem exercens,* 15: *I. mem.,* 616-618.

Integer personae humanae progressus in labore non adversatur quin immo feracitati et efficaciae adstipulatur operis, quamvis in controversiam deducere possit ordines potestatis defixos. Administratio haberi non potest tantummodo « capitum pecuniarum societas » ; ea simul est « societas personarum », cuius participes sunt, modo diverso et propriis cum oneribus, simul illi qui caput suppeditant ad eius actionem necessarium, simul qui per suum laborem cooperantur. Ut haec proposita capiantur, opus est etiam magno opificum motu sociato pro personae humanae liberatione et plena progressione.

<(Rebus novis » praelucentibus huius aetatis, est rursus ponderata necessitudo possessionis cuiusque seu privatae cum universali bonorum destinatione. Homo se perficit per suam intellegentiam et suam libertatem; et hoc agens sumit uti obiectum et instrumentum res mundi easque suas facit. In hac ipsius industria nititur ius suscipiendi res easque privatim possidendi. Suo labore homo semper curam adhibet non de se solo, sed etiam de ceteris et cum ceteris eam suscipit: quisque cooperatur alieno labori et bono. Homo laborat ut necessitatibus subveniat familiae suae, communitatis cuius est pars, Nationis et, ad summam, totius humani generis.[86] Is insuper interest operibus aliorum qui in eadem administratione operantur, et etiam laboribus provisorum atque consumptioni clientlum, instar coniunctionis continuae, quae gradatim se extendit. Etiam possessio instrumentorum bonis gignendis tum in quaestuosa industria, tum in agricultura iusta est et legitima, si labori utili servit; sed illicita evadit cum in profectum non vertitur, aut usurpatur ut labori alieno impedimento sit, ad lucrum consequendum, quod non oritur ex universali amplificatione operis et divitiarum socialium, sed potius ex horum coercitione, ex illicito lucro, ex quaestibus faciendis et ex abruptione illius necessitudinis in provincia laboris.[87] Eiusmodi possessio nullam habet excusationem, sed est contra usus improbus coram Deo et hominibus.

Officium quaerendi victum in propriae frontis sudore simul ius quoddam praemittit. Societas, in qua hoc ius con-

[86] Cf. *ibid.,* 10: *I. mem.,* 600-602.
[87] Cf. *ibid.,* 14: *I. mem.,* 612-616.

stanter negatur, in qua consilia rationis oeconomicae non sinunt opifices aptas adipisci operae condiciones, nec ut honesta probari potest nec iustam persequi pacem socialem.[88] Sicut persona plene se perficit libero sui dono, ita possessio recte comprobatur si occasiones laboris et auctus humani pro omnibus generat ex modis temporibusque legitimis.

CAPUT V

CIVITAS ET ANIMI CULTUS

44. Non Leo XIII nesciebat sanam Civitatis doctrinam omnino posci unde recte procederet humanarum actionum progressus, profectus videlicet rerum spiritalium et materialium quae essent utraeque necessariae.[89] Hanc propter causam ipse quodam ***Rerum novarum*** loco societatis compagem demonstrat tribus potestatibus pollentis — potestate scilicet legum ferendarum, potestate exsecutoria et iudiciali —, idque vero illis temporibus novum quiddam habebatur in Ecclesiae magisterio.[90] Ratio autem haec de natura sociali hominis intellectum rerum quendam ad veritatem versum ostendit, cui nempe legibus opus est congruentibus ad omnium libertatem tuendam. Idcirco satius est compensari omnem potestatem cum aliis muneribus imperiisque quae eiusdem servent fines. Hoc est « Civitatis iuris » principium, in qua non arbitrariae voluntates hominum, at leges potissimum dominantur.

Huic vero doctrinae hodiernis temporibus totalitarismus obstitit, qui sub marxiana et leniniana specie existimat nonnullos peritiores gnarosque legum societatis progressus vel ex genere quodam oriundos et propiores collectivae cognitionis reconditioribus fontibus omnino carere erroribus atque proinde summam imperii sibi vindicare. Illud addatur: totalitarismum ex veritate obiective negata oriri : si enim transcendens non datur veritas cui obtemperans homo suam ple-

[88] **Cf. *ibid.*, 18: *I. mem.*, 622-625.**
[89] **Cf. Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.*, 126-128.**
[90] **Cf. *ibid. : I. mem.*, 121 s.**

nam capessit proprietatem, tum vero nullum datur principium stabile quod iustas necessitudines inter homines praestet. Etenim quod ordinis, coetus cuiusdam, Nationis proprium est necessario efficit ut alii contra alios decertent. Nisi transcendens aliqua veritas agnoscitur, vis imperii superat, atque quae habet instrumenta quisque penitus adhibere contendit ut suum commodum imponat suamque mentem, iuribus aliorum contemptis. Sic proinde tantundem homini pareatur, quantum veluti instrumentum adhiberi potest ad solum dominantium profectum. Hodierni igitur totalitarismi radix in negatione reperitur dignitatis transcendentis humanae personae, quae est visibilis imago Dei invisibilis, quapropter per se ipsa iurium subiectum, quam nemini licet violare : neque scilicet individuo, neque numero cuidam neque ordini neque Civitati Nationive. Ne maiori quidem socialis corporis parti istud permittitur contra minorem partem ut se ponat et eam secludat, opprimât, abutatur eandemque delere studeat.[91]

45. Cultus et totalitarismi usus Ecclesiae negationem pariter sibi conciliat. Civitas namque vel factio, quae bonum se absolutum efficere posse in historia existimat quaeque similiter ultra principia cuncta se locat, pati non potest iudicium obiectivum de bono maloque dari, extra Civitatis moderatorum voluntatem, quo pro re nata ipsorum quoque habitus et mores diiudicentur. Id quidem demonstrat cur totalitarismus Ecclesiam exstinguere conetur vel saltem eandem in servitutem redigere, ipsam adhibens sui apparatus doctrinalis instrumentum.[92]

Omnia moderans absolute Civitas Nationem exinde et societatem familiam ac religiosas communitates exsorbere et occupare contendit in se ipsosque homines singulos. Dum ergo suam libertatem tuetur Ecclesia, personae humanae libertatem tutatur ipsa, a qua Deo potius est oboediendum quam hominibus (cf. *Act* 5, 29), libertatem aequabiliter familiae, socialium institutorum et Nationum quae omnes suo fruuntur immunitatis ambitu et potestatis.

[91] Cf. LEO PP. XIII, Litt. Enc. *Libertas praestantissimum: I. mem.,* 224-226.
[92] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, T6.

46. Magni sane ducit Ecclesia populare regimen, quippe quod amplam tribuat civibus potestatem in politicis consiliis partes agendi, ac subditis pariter) facultatem suppeditat sive praepositos eligendi ac temperandi, sive pacifice eosdem et pro opportunitate amovendi.[93]

Ipsa ideo, ut conelusi praepositorum circuli constituantur, adiuvare non potest, qui emolumentorum privatorum gratia vel ex doctrinae principiis Civitatis regimen arripiunt.

Sincerum quidem populare regimen tantummodo in Civitate iuris exstare valet idemque in recta personae humanae notione consistit. Etenim haec poscit ut condiciones impleantur sive necessariae ad singulas personas provehendas, optimis traditis inculcatisque praeceptis, sive societatis subiectivitati necessariae, inducta participationis structura communisque officii. Hodiernis profecto temporibus arbitrantur homines agnosticismum itemque relativismum scepticum philosophiam agnosci ac primarium habitum, quae in genere Reipublicae populari inveniantur, atque eos quotquot sibi sint conscii se veritatem novisse eidemque firmiter adhaereant, non esse fidos quoad populare regimen, cum minime probent veritatem a maiore civium parte statui vel pro politicae vicissitudinis varietate flecti. Nunc vero illud est animadvertendum, nulla si sit postrema veritas quae quidem politicam actionem dirigat et moderetur, ideo notiones et persuasiones ad imperium adipiscendum veluti instrumenta commode usurpari posse. Populare tandem regimen principiis carens in totalitarismum manifestum occultum ve prompte vertitur, ut hominum annales commonstrant.

Haudquaquam Ecclesia fanatismi vel fundamentalismi praetermittit periculum eorum qui sub doctrinae cuiusdam titulo, quae scientificam se audet praebere religiosam ve, iniungere reliquis se posse existimant suam de veritate notionem et de bono. Ad hoc revera genus christiana veritas non pertinet. Cum non sit ipsa ideologica, christiana fides certis cancellis versicolorem naturam socialium et politicarum rerum circumscribi non postulat, quae simul fatetur nempe hominis vitam

[93] **Cf. *ibid.*, 29; Pius PP. XII, Nuntius radiophonicum natalicius die 24 Decembris 1944 datus: *AAS* 37 (1945), 10-20.**

per aetates effici in multiplicibus condicionibus nec semper iis perfectis. Ecclesia igitur, quandoquidem transcendentem hominis dignitatem agnoscit, libertatis observantiam tenet suam videlicet ut rationem et viam.[94]

At suscepta tantummodo veritate plene et perfecte aestimatur libertas : sine veritate in terrarum orbe nihil sane habet ponderis libertas ac homo libidinum incursioni obicitur et condicionibus adstringitur apertis abditisque. Christianus autem libertatem vivit (cf. *Io* 8, 31-32) eidemque inservit, secundum suae vocationis naturam missionariam dum veritatem quam cognovit usque prae se fert. Omni autem veritatis spectata particula quae in cuiusque vitae experientia occurrit et singulorum Nationumque in cultura, ipse cum aliis hominibus colloquens testari non desistit id quod de humana persona docuit fides rectusque rationis usus.[95]

47. Totalitarismo marxiano necnon compluribus ex toto imperiosis regiminibus subversis et iis quibus « nationalis securitatis » nomen imposuerunt, popularis figura gubernii plerumque hodie prospectatur, quamvis insit aliquid concertationis, quacum de humanis iuribus iungitur studiosa sollicitudo. At hac ipsa de re necesse est populi suas leges emendaturi sincerum solidumque iaciant popularis auctoritatis fundamentum, palam illa iura agnoscentes.[96] Inter ea primum ius vitae est memorandum cui ius sub praecordiis matris crescendi proxime consociatur postquam vita est concepta, tum etiam ius in iuncta familia agendi aetatem et in loco propriae personae ad progressum apto, tum augendi proprium intellectum propriamque libertatem in veritate anquirenda et ea cognoscenda, praeterea ius opus faciendi, ut terrae bona recte percipiantur atque ex ipsa eveniat sustentatio cuiusque et eius necessariorum, tum denique ius familiam libere condendi filiosque suscipiendi et instituendi, dum sexualitas pro officio adhibetur. Fons exinde et talium iurium comprehensio est quodammodo religiosa libertas, quae veluti ius intellegitur in propriae fidei

[94] Cf. CONC. OEC. VAT. II, Declaratio *Dignitatis humanae* de Libertate religiosa.
[95] Cf. Litt. Enc. *Redemptoris missio,* 11: *AAS* 83 (1991), 259-260.
[96] Cf. Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 17: *I. mem.,* 270-272.

veritate vivendi et secundum transcendentem dignitatem propriae personae.[97]

In Nationibus quoque illis, in quibus popularía florent regimina, haud semper iura integre servantur. Nec tantummodo sermo est de abortus scandalo, sed de variis etiam partibus discriminis popularium regiminum quae interdum potestatem secundum bonum commune decernendi amisisse videntur. Quae autem a societate hominum fl agitantur, non excutiuntur secundum iustitiae iudicia et honestatis, sed ad suffragiorum vim rationemque nummariam illorum coetuum ex quibus pendent. Haec politici moris depravatio progrediente tempore diffidentiam gignit et socordiam; quapropter politica participatio imminuitur civisque sensus extenuatur apud ipsum populum qui detrimento se affici animadvertit et frustratione. Hanc propter causam illud evenit ut plus plusque difficulter particulares commoditates aptentur ad boni communis congruentem iudicationem. Bonum namque commune non est particularium bonorum summa, sed aestimationem quandam et compositionem requirit, quae aequo e bonorum ordine oriuntur, et certum intellectum dignitatis iuriumque humanae personae ad extremum deposcit.[98]

Convenientem libertatem popularis ordinis legitimam veretur Ecclesia quae nullo quidem pollet iure quamlibet formam legis constitutionisve anteponendi. Hac de re ipsa tantam eidem ordini opem fert ut personae humanae dignitas concipiatur, quae palam pleneque omnino in Verbi Incarnati mysterio declaratur.[99]

48. Ea autem quae consideravimus in partes recidunt Civitatis quod ad res oeconomicas attinet. Oeconomica enim actio, potissimum quae mercatum respicit, deficientibus institutionum legibus ac iudicialibus normis et politicis, explicari non potest. Contra ipsa fiduciam praeponit de libertate sin-

[97] Cf. Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1988: -'*I. mem.,* 1572-1580; Nuntius pro Mundiali Die Paci fovendae dicato 1991: *AAS* 83 (1991), 410-421. CONC. O-O. VAT. II, Declaratio *Dignitatis humanae* de Libertate religiosa, 1-2.

[98] CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 26.

[99] Cf. *ibid.,* 22.

gulorum et rerum possessione praeter rem nummariam stabilem et publica ministeria valida. Itaque Civitatis praecipuum munus in securitate ponitur ita praestanda ut opifex aeque ac rerum confector sui fructibus operis frui possint atque inde ad opus efficaciter honesteque faciendum concitentur. Haec quidem securitas si deest, grassante publicarum potestatum corruptione et increbrescentibus rei familiaris illicite augendae capitibus ac facili lucro, quae omnia in actibus constant illegitimis vel simpliciter speculati vis, unum ex praecipuis habetur impedimentum ad progressum oeconomicumque ordinem.

Civitas porro vigilare debet et exercitium humanorum iurium in oeconomica provincia moderari; sed primum munus hac de re non ad Civitatem spectat, verum ad singulos variasque consociationes et numeros, quibus coagmentata* societas. Civitas ius operis praestare directe non potest quin militari paene modo cunctam vitam oeconomicam gubernet et singulorum impulsum debilitet. Ex quo minime infertur nullum sustinere officium Eegimen hac provincia, quem ad modum asseverarunt ii qui in re oeconomica nullas dari leges defendunt. Civitas immo administrationum operam fovere debet, condicionibus inducendis unde habeantur operis occasiones ut ea opera fortassis insufficiens excitetur et magnis difficultatibus imminentibus sustentetur.

Ius habet exinde Civitas ut auctoritatem suam interponat, cum monopolii condiciones impedimenta quaedam inferunt et ad progressionem retardationes.. Sed haec praeter officia conciliationis et directionis ad progressum, in peculiaribus temporibus vicariam potestatem ipsa explere potest, cum societatis quaedam partes vel industriarum ordines, utpote debiles vel modo enati, suis officiis impares sunt. Vicaria haec opera, instantibus rationibus comprobata de bono communi, quantum fieri potest, intra certi temporis fines se continere debet, ne dictis societatis partibus et industriarum ordinibus propria munera usque subducantur neve immoderate interventuum modus amplificetur Regiminis, unde nullum oeconomica libertas et civilis patiatur detrimentum.

Recentioribus iam temporibus haec Civitatis actionum provincia valde ita prolata est, ut quodammodo novum Status ge-

nus exstiterit, scilicet « Civitas prosperitatis seu commodorum ». Hae progressiones evenerunt nonnullis in Civitatibus magis magisque ut aequarentur compluribus necessitatibus egestatibusque, cum de quibusdam paupertatibus et angustiis persona humana indignis inita essent consilia. At vero non defuerunt intemperantiae et abusus quae recentioribus potissimum temporibus acerbas reprehensiones isti « Civitati commodorum » conci tarent, « Civitati auxiliari » vocitatae. Vitia autem et pravitates « Civitatis auxiliaris » munerum ipsius Civitatis ex manco intellectu oriuntur. Hac quoque in re subsidiaritatis principium est servandum, per quod illud asseritur.- superioris ordinis societatem invadere non debere societatis ordinis inferioris in interiorem vitam et eam propriis officiis exuere, quae ex contrario est potius in necessitatibus sustentanda et adiuvanda, ut eius actio cum reliquis socialibus partibus componatur, videlicet in bonum commune conversa.[100]

Directe se admiscens et sensum ideo officii detrahens de societate Civitas auxiliaris sociales vires humanasque deprimit atque apparatum publicum amplificat qui saepe grapheocraticis rationibus gubernatur potius quam sollicitudine de ministerio civibus praestando, permagno sumptuum addito augmento. Qui necessitati autem est propinquior, quin immo egenti proximus, intellegere melius et subvenire posse is videtur. Illud exinde addatur: cuiusdam generis postulatis esse occurrendum non modo materiali subsidio, verum eorum altiora humana requisita esse explenda. Cogitetur de exsulum advenarumque condicionibus, simul et derelictorum, senum vel aegotorum deque omnibus variisque adiumentorum formis, ut in medicamento stupefactivo utentibus accidit: cunctae hae personae, praeterquam medicinae curis, vere fraterno oblato praesidio iuvari efficaciter possunt.

49. Suis quidem operibus hac in provincia semper adsistit Ecclesia, quae Christi mandato Conditoris sui obtemperans indigenti homini ad opem ferendam re semper praesto adest, ne ipse ulla afficiatur contumelia neque solummodo tutelae videatur obiectum, sed ut de suo statu attollatur per dignita-

Cf. Pius PP. XI, Litt. Enc. *Quadragesimo anno,* I: *I. mem.,* 184-186.

tis personae provectum. Gratiis Deo immensis actis, est omnino asseverandum curiosam caritatem nunquam in Ecclesia defuisse, immo vero hisce temporibus varium exhibere et magnum incrementum. Peculiariter est de voluntariis ministeriis dicendum, quibus favet Ecclesia et, dum omnes ad consociatam operam concitat ut fulciantur augeanturque, eadem provehit. Ut mens autem suis ipsius finibus saepta quae nuper invaluit evincatur, solidum solidarietatis officium requiritur et caritatis quod intra familiam ex mutuo scilicet coniugum adiumento initium ducit, deinde ex cura quam inter se adhibent suboles. Hac via familia veluti operis communitas ostenditur et solidarietatis. Verumtamen plene congruere suae vocationi cum decernit familia, accidit ut subtrahi possit ipsa de necessariis Civitatis adiumentis, quae proinde consentaneis careat praesidiis. Instat igitur omnino illud: ut de familia ratio politica promoveatur itemque de societate, in qua ipsa familia principem obtineat locum quam convenientibus subsidiis efficientibusque instrumentis fulciri oportet, sive in liberis instituendis sive in senibus curandis, declinata eorum de familia expulsione et inter aetates vinculis necessitudinum confirmatis.[101]

Extra familiam vero, primas partes agunt nexusque aptant proprios solidarietatis aliae interpositae societates. Suo etenim fungentes munere, omnes hae societates veluti personarum communitates adolescunt quae veluti ñervos socialis corporis paene texunt prohibentes quominus in ignota illud decidat et inter multitudines sine nomine misceatur, id quod tamen in hodierna societate percrebro, proh dolor, accidit. Inter necescitudinum nexus persona aetatem agit et « societatis subiectivitas » invalescit. Hodie homo saepe a duobus coangustatur lateribus, Civitate scilicet et mercatu. Tamquam enim solus rerum effector exstare interdum videtur et consumptor mercium vel Civitatis subiectum administrationis, dum illud ex animo excidit: hominum convictum neque ad mercatum referri neque ad Civitatem, cum in se collocet ipse peculiare bonum, cui tum a Civitate tum mercatu est serviendum. Is quidem

[101] **Cf. Adhort. Apost. *Familiaris consortio* (22 Novembris 1981), 45: *AAS* 74 (1982), 136 s.**

est homo qui ante omnia veritatem perquirat quique similiter vivendo eandem complere contendat eandemque altius percipere dialogo nempe cum praeteritis usque instituto ac venturis saeculis.[102]

50. Ex veritatis manifesta inquisitione quae in omnibus aetatibus renovatur, notio cultus et humanitatis denotatur Nationis. Nam bonorum translaticiorum adeptorumque depositum semper a iuvenibus reprehenditur. Quod ceteroquin verbum non significat respuere vel delere aliqua antecepta ratione sed potissimum declarat propriam vitam expendere, unde comprobatione hac bona vividiora evadant sintque huius temporis et ad personam, rebus in traditione validis segregatis a mendaciis et erroribus necnon veteribus formis amotis, in quarum locum habitus sufficiantur temporibus aptiores.

His quidem spectatis rebus illud quoque oportet memoretur: evangelizationem Nationum se insinuare in cultum, cui in via ad veritatem cuique in opere purgationis et locupletationis opem ipsa fert.[103] Cum contra in se ipse circumcludit humanus cultus cumque obsoleta perpetuare nititur, omnibus communicationibus et de hominis veritate collationibus depulsis, tunc idem exarescit et decidere incipit.

51. Cuncta hominis actio intra aliquam humani cultus compagem explicatur et ibidem reciprocata. Ut congruus efformetur huiusmodi cultus, homo totus implicatur qui in hac re creatricem vim suam insumit et intellectum et mundi hominumque cognitionem, quique ibidem exinde dominationem sui ac sua sacrificia, solidarietatem ac voluntatem ad bonum commune prosperandum adfert. Quapropter primum magisque praecipuum opus in hominis corde fit ac modus vero, quo futurum tempus proprium studet aedificare, pendet ex sui aestimatione propriaeque sortis. Hoc quidem loco Ecclesiae opera locatur peculiaris et decretoria pro cultu et humanitate. Ipsa enim excellentiam sustinet humanorum habituum qui pacis

[102] Cf. Allocutio ad Unitarum Nationum Consilium cui nomen « UNESCO » (2 Iunii 1980): *AAS* 72 (1980), 735-752.

[103] Cf. Litt. Enc. *Redemptoris missio,* 39; 52: *AAS* 83 (1991), 286-287 ; 299-300.

cultui faverit, adversus specimina illa quae hominem cum multitudine miscent, cum eius partes non agnoscant eiusdemque libertatem, quae autem illius granditatem in certaminis artibus figunt et belli. Ecclesia ministerium suum reddit veritatem denuntians de mundi creatione, quem Deus hominum manibus commendavit, ut eundem fecundum efficerent suisque operibus perfectiorem, atque veritatem edicens de redemptione, qua Dei Filius omnes homines servavit et eadem opera homines inter se coniunxit ut alii aliorum sustinerent partes. Sacra Biblia de sollicito ministerio usque loquuntur in fratrem, quae item in omnes homines ad officium nos compellunt.

Haec profecto necessitas haud finibus continetur familiae et ne Nationis quidem Ci vitatis ve, sed cunctam humanam familiam ordinate ita complectitur ut nemo a sorte alterius membri generis hominum videatur alienus vel exsors. Nemo asseverare potest se sui fratris fati non esse participem (cf. ***Io*** 4, 97; ***Lc*** 10, 29-37; *Mt* 25, 31-46)! Prompta sane studiosaque sollicitudo de proximo instantibus necessitatibus hodie etiam novis expedita communicationis instrumentis, quae propiores inter se homines reddiderunt, peculiarem habet vim si rationes respiciuntur quibus pro bello inter Nationes solvantur contentiones. Nulla autem . difficultate affirmatur internecionis apparatuum terriflcam potentiam qui quidem minoribus quoque Nationibus praesto nunc sint, atque magis ac magis inter totius mundi populos necessitudinem efficere ut difficilius, vel potius omnino inverisimiliter, belli consectaria terminis quibusdam circumscribantur.

52. Benedictus XV ac eiusdem successores hoc periculum liquido intellexerunt.[104] Nos autem Persici Sinus ingruente atroci bello ipsi iterum clamavimus : « Numquam amplius bellum » ! Minime, iam numquam bellum, innocentium vitam quod de-

[104] **Cf. BENEDICTUS PP. XV, Adhort.** *UM primum* **(8 Septembris 1914):** *AAS* **6 (1914), 501 s.; Pius PP. XI, Nuntius radiophonicus universis fidelibus catholicis totique orbi (29 Septembris 1938):** *AAS* **30 (1938), 309 s. ; Pius PP. XII, Nuntius radiophonicus toti orbi (24 Augusti 1939):** *AAS* **31 (1939), 333-335; IOANNES PP. XXIII, Litt. Enc.** *Pacem in terris,* **III:** *l.mem.,* **285-289; PAULUS PP. VI, Allocutio ad Nationnum Unitarum Coetum (4 Octobris 1965):** *AAS* **57 (1965), 877-885.**

mit, quod docet necare et vitam pariter interfectorum evertit, quod odium et simultates continuas post se relinquit, quod denique quaestiones difficilius reddit expediendas ex quibus idem bellum ortum est ! Quem ad modum vero in singulis Civitatibus iam in locum privatae ultionis et clarigationis imperium legis ipsius sufiectum est, ita tempus pariter instat ut in Communitate Nationum talis progressus augeatur. Non est autem obliviscendum bellum plerumque ex gravibus verisque rationibus exsistere: hae sunt iniuriae quas homines patiuntur, legitimarum petitionum deceptiones, egestas et multitudinum ab omni spe deiectarum abusio, quibus per pacis semitas progrediendi et proiiciendi facultas non datur.

Hac de causa alterum pacis nomen est progressio.[105] Sicut omnium est officium bellum vitare, ita omnium est progressum provehere. Perinde atque intra Nationis fines socialis oeconomia explicari potest debetque, qua mercatus ipse ad bonum commune dirigatur, pari sane ratione necesse est inter Nationes id agatur. Oportet idcirco vehementer contendant homines ut se ipsi intellegant et cognoscant necnon conscientiae sensu imbuantur. Hic est optatus ille cultus qui fiduciam de humanis facultatibus cuiusque egeni duplicai vel de eius praeparatione apta ad suas levandas condiciones operis auxilio atque in bonum oeconomicum operam suam conferendam. At ut id consequatur pauper, — sive singularis sive Status — necesse habet veras dari stipulationes et facultates. Has condiciones praebere est munus totius orbis progressui faventis, quod nempe simul facit ut aliquid dominationis potestatisque amittatur quibus prosperiores oeconomiae plus pollent.[106]

Talibus autem consiliis captis, modus vivendi fixus valde mutari potest, ut scilicet humanarum facultatum et terrarum dissipatio circumscribatur iisdemque sic homines populique huius orbis satis frui sinantur. Quibus autem rebus novorum materialium bonorum spiritaliumque additur aestimatio, quae ipso ex opere fabrili cultuque animi oriuntur populorum nunc seclusorum. Sic demum divitiarum humanarum amplificatio in universum obtinetur ad Nationum pertinens familiam.

[105] **Cf. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Populorum progressio,* 76-77: *I. mem.,* 294 s.**
[106] **Cf. Adhort. Apost. *Familiaris consortio,* 48: *I. mem.,* 139 s.**

CAPUT VI

VIA EST ECCLESIAE HOMO

53. Proletariatus coram miseria collocatus adseveravit Leo XIII : « Confidenter ad argumentum aggredimur ac plane iure Nostro, ... neglexisse officium taciturnitate videremur ».[107] Centum scilicet proximis hisce annis crebrius suam Ecclesia aperuit mentem, ex propinquo sectata quaestionis socialis progredientem enodationem neque id sane fecit ut temporis transacti renovet privilegia neve suam quandam imponat orbis speciem. Unicum nempe eius fuit propositum curam exsequi atque officium proprium de homine, quod a Christo ipso est illi creditum, nimirum hoc de homine qui Concilio Vaticano Secundo commonente sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit, id est ut aeternae particeps esset salutis. Haud profecto de homine agitur 'abstracto', verum solido, 'concreto' et 'historico' : de unoquoque homine est sermo quandoquidem singuli redemptionis mysterio continentur et cum singulis sese in sempiternum Christus coniunxit idem per mysterium.[108] Sequitur ideo hinc ut Ecclesiae hominem deserere non liceat et sit «hic ipse homo ... prima veluti via, quam Ecclesia in suo munere implendo emetiatur oportet, ... quam ipse Christus aperuit quaeque per mysterium Incarnationis et Redemptionis constanter transit ».[109]

Haec una denique cogitatio est quae socialem moderatur Ecclesiae doctrinam. Si vero eam paulatim Ecclesia ordinato aliquo modo enucleavit, ab illo praesertim anno quem commemoramus, idcirco hoc fecit quod integri doctrinarum Ecclesiae thesauri habent tamquam definientem orbem ipsum hominem in tota veritate illius uti peccatoris et iusti.

54. Hodie autem potissimum respicit sociale magisterium hominem, ut qui in compagem implicatam necessitudinum ipsarum societatis recentis sit insertus. Disciplinae quidem hu-

[107] **Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 107.**
[108] **Cf. Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 13: *I. mem.,* 283.**
[109] ***Ibid.,* 14: *I. mem.,* 284 s.**

mariae ac philosophia magno sunt adiumento interpretandis primis hominis partibus in societate, unde etiam possit homo se intellegere melius ipsum utpote « ens sociale ». At fides dumtaxat plane recludit ei veram propriamque indolem et ab ea omnino fide socialis Ecclesiae doctrina proficiscitur quae scientiarum philosophiaeque fructibus usa suscipit hominem salutis in itinere iuvandum.

Accipi Litterae *Rerum novarum* possunt perinde atque magni ponderis additamentum inquisitioni socio-oeconomicae exeunte superiore saeculo undevicesimo; sed praecipua earum vis inde videlicet colligitur quod Magisterii Documentum sunt quod cum evangelizandi Ecclesiae opere congruit sicut et plura alia huius generis Documenta. Comprobatur hinc sociale magisterium ex sese virtutem praebere cuiusdam instrumenti ad evangelizandum: quatenus huius est naturae, Deum nuntiat eiusque in Christo salutem omnibus hominibus eademque de causa hominem sibi ipsi demonstrat. Hac porro ratione et hac sola sub luce pertractantur reliqua: humana cuiusque iura nominatimque « proletariorum », iura familiae et educationis, Status officia, constitutio societatis in singulis Nationibus et inter Nationes, vita oeconomica et animi cultura, pax et bellum, reverentia erga vitam a conceptione ad mortem usque.

55. Divina e Revelatione « hominis sensum » percipit Ecclesia. « Etenim ut nos hominem, hominem verum, hominem integrum penitus noscamus, Deum ipsum antea cognoscamus necesse est », ait Paulus VI qui continuo post Sanctae Catharinae Senensis protulit sermones quae idem sua significavit prece : « In tua natura, aeterne Deus, naturam meam cognoscant ».[110]

Hanc ob causam exstat anthropologia christiana revera aliquod theologiae caput eademque de re socialis Ecclesiae doctrina, dum hominem tractat de homine curat eiusque moribus in mundo, « theologiae ac quidem theologiae morali accensetur ».[111] Haec theologica ratio necessaria videtur tum ad in-

[110] PAULUS PP. VI, Homilia habita in ultima publica Sessione Concilii Oecumenici Vaticani II (7 Decembris 1965): *AAS* 58 (1966), 58.
[111] Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 41: *l. mem.,* 571.

tellegendas tum etiam ad recentes humanae consortionis difficultates dissolvendas. Id quod pertinet tam ad remedium « atheum » — hoc est inculcandum —, quod hominem una quadam parte ipsius praecipua destituit nempe spiritali, quam ad solutiones maximae indulgentiae rerumque consumptionis, quae diversis oblatis excusationibus eo tandem spectant ut persuadeant homini liberum esse illum omni a lege ac Deo ipso, dum concludit eum intra sui solius amorem ac studium unde demum et ei nocet et ceteris.

Cum vero salutem Dei nuntiat Ecclesia, cum participem eum per sacramenta reddit divinae vitae quam offert, cum amoris Dei mandatis proximique vitam illius dirigit, plurimum confert Ecclesia hominis locupletandae dignitati. Sed, sicut hoc suum religiosum transcendens munus pro homine deserere non potest, ita profecto sibi est Ecclesia conscia permagnas hodie óbices ac difficultates suae obstare industriae. Haec igitur causa est cur novis semper viribus ac viis sese dedat evangelizationi totum provehenti hominem. Tertio quoque ingressuro mille annorum spatio, remanet « signum ... et tutamentum transcendentiae humanae personae »,[112] quem ad modum efficere semper studuit primis a vitae suae initiis ambulans videlicet cum homine per saeculorum aetates. Huius sunt rei praestans documentum Litterae ***Rerum novarum.***

56. Centesimo earum sic anno expleto universis iis gratias referre gestimus qui operam navant ut socialem doctrinam perdiscant alteque perscrutentur ac pervulgent. Quem in finem necessaria est Ecclesiarum localium adiutrix actio optamusque propterea ut commemoratio haec opportunitatem inferat novi cuiusdam fervoris in doctrinis illis vestigandis disseminandis et applicandis multiplici nimirum in loco.

Nominatim vero volumus ut sociale magisterium cognoscatur ad efiectumque deducatur variis iis in Nationibus ubi exstincto iam socialismo reali pergravis emergit rerum turbatio in ipso restaurationis opere. Occidentis vicissim imminet Nationibus periculum ne in ista prolapsione victoriam uni-

[112] CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes* de Ecclesia in mundo huius temporis, 76; cf. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 13: *I. mem.,* 283.

eam deprehendant proprii oeconomici instituti neve idcirco omittant eidem instituto necessarias adferre emendationes. Tertii vero Mundi Civitates magis quam antehac in extrema tardantur condicione inferiorum progressuum quae in singulos ingravescit dies.

Principiis autem normisque contextis, quibus operariorum quaestio expediretur, scripsit Leo XIII decretónos sermones : « Accingendum ad suas cuique partes, et maturrime quidem, ne tantae iam molis incommodum fiat insanabilius cunctatione medicinae» addiditque etiam: «Ad Ecclesiam quod spectat, desiderari operam suam nullo tempore nulloque modo sinet » ,[m]

57. Ab Ecclesia haberi non potest socialis Evangelii nuntius tamquam ars quaedam et nuda sententia, verum fundamentum in primis occasioque agendi. Quo permoti quidem nuntio aliqui primis de christianis bona sua egenis partiebantur simulque ideo testabantur, licet diversis venissent e societatis ordinibus, fieri tamen posse ut pacati sociatique una viverent. Evangelii virtute monachi volventibus saeculis arva colebant, religiosi ac religiosae valetudinaria condebant et perfugia excipiendis pauperibus, confraternitates perinde atque viri mulieresque cuiuslibet status pro egentibus et exclusis se obligabant officio benevolentiae cum persuasum sibi haberent Christi dicta : « Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » *(Mt* 25, 40) haud permanere pium quoddam debere optatum sed solidum evadere potius vitae opus. Magis quam umquam sibi conscia est Ecclesia suum nuntium socialem prius in operum testimoniis auctoritatem et fidem habiturum, quam in ipsius congruentia interioreque ratione. Ex hac quoque conscientia pauperum optio peculiaris oritur, quae vero alios coetus nunquam repellit neque seiungit. Agitur namque de optione quae non modo rerum egestatem respicit, cum plane liqueat hodierna potissimum in societate complures species exstare paupertatis non tantummodo oeconomicae, verum et doctrinalis et religiosae. Ecclesiae in pauperes studium, quod praeponderans est quodque in eiusdem translaticiis

Litt. Enc. *Rerum novarum: I. mem.,* 143.

consuetudinibus usque continuatur, ipsam compellit ut ad mundum illum se convertat, in quo quamvis technicus vigeat oeconomicusque progressus, in eo tanta est paupertas ut immanem faciem suscipiat. In regionibus ad occidentem vergentibus, multiformis reperitur paupertas quae derelictorum ordines respicit senum aegrotorumque consumismo obnoxiorum et, quod plus est, paupertas quae ad exsules pertinet et emigrantes; in progredientibus autem Nationibus, permagna discrimina prospectantur, nisi temperi aptata inter Nationes adhibentur remedia.

58. Erga hominem profecto dilectio imprimisque in pauperem, in quo Christum reperit Ecclesia, iustitiae provectu efficitur, quae quidem nunquam plene perficitur, nisi homines egenum agnoscunt, vitae quoddam petentem subsidium, non importunum aliquem onusve, sed veluti occasionem ipsius boni faciendi et maiorum divitiarum copiam. Haec tantummodo conscientia animum addet ut quis periculum adeat et animi immutationem, quae in vero conamine insunt ad homini opem ferendam. Nam non agitur tantum de rebus dandis superfluentibus sed de integris populis iuvandis, amotis et seiunctis, qui progressionis oeconomicae rationem ne ingrediantur prohibentur. Id fieri tunc modo poterit si de superfluis detrahetur quae affatim profert terra, at in primis si mutati erunt vivendi mores rationesque efficiendi et consumendi res necnon ipsae regiminis compages iam obfirmatae quibus hodie regitur societas. Non sane refert ordinis socialis deleri instituta quae sint adhuc plane probata sed dirigi eadem ad consentaneam boni communis aestimationem, respecta universali hominum familia. Geritur enim hodie sic dicta « mundialis rerum nummariarum administratio », quae quidem haudquaquam est respuenda, quandoquidem maioris multo prosperitatis opportunitates importare potest singulares. Verum magis usque necesse esse percipitur huic mundiali et universali oeconomiae tractationi potentia Instituta omnium gentium respondeant moderandi ordinandique causa, unde ipsa oeconomica populorum gubernatio in bonum commune collineetur; illud vero unusquisque Status, quantumvis ipse terrarum omnium sit

valentissimus, perficere tamen nequit. Haec autem ut attingatur meta, invalescere oportet inter Civitates maiores conspirationem atque ipsa commoda bonaque maximae hominum communitatis aequabiliter apud Instituta gentium protegi. Dum praeterea consectaria perpenduntur propriorum consiliorum, rationem convenienter habere debent illa populorum ac Statuum qui apud mundanum mercatum minus quidem valent sed qui acerbiores gravioresque intra se necessitates complectuntur, quocirca maioribus egent adiumentis ut progrediantur. Nihil profecto dubii quin hac in parte plurima supersint facienda.

59. Iustitia igitur ut compleatur feliciterque cedant hominum conatus ad eam exsequendam, gratiae munus a Deo profluens postulatur. Ea nempe agente et hominum simul operante libertate contingit arcana illa Dei praesentia in rebus gestis terrarum quae Providentia est.

Novitatis experimentum, quae in Christi sequela fit, cum aliis est communicandum hominibus in cotidiana concretaque veritate eorum difficultatum et contentionum, quaestionum et provocationum ut fidei lumine collustrentur humanioresque evadant. Ea enim non adiuvat tantummodo ut remedia reperiantur sed tolerabiles etiam hominibus reddit condiciones doloris ne iis homo suffocetur neve suae ipsius dignitatis obliviscatur ac vocationis.

Magni deinde momenti rationem prae se fert doctrina socialis quae ad omnes simul iunctas disciplinas pertinet. Quo namque melius unica de homine veritas veluti concorporetur in eventibus socialibus oeconomicis politicis sane diversis semperque variantibus, ingreditur haec doctrina diverbium variis cum illis disciplinis quae hominem pertractant, dum earum fructus in se perficit eisque subvenit ut in latiorem patescant provinciam ministerii erga quamque humanam personam quae cognoscitur ac diligitur in vocationis suae plenitudine.

Iuxta hanc coniunctionem reliquis cum disciplinis commemoretur oportet utilitas huius socialis doctrinae et quadamtenus experimentalis indoles. Ibi enim sistit ubi vita christianorum conscientiaque offendunt mundi condiciones ac se de-

monstrandam dat in ipsis nisibus quos singuli fideles et familiae, ministri culturales et sociales, politici et Statuum moderatores complent ut eidem doctrinae certam addant figuram et usum in historia.

60. Principia ipsa recensens ad opificum solvendam quaestionem scripsit Leo XIII : « Profecto aliorum quoque operam et contentionem tanta haec causa desiderat ».[114] Persuasum scilicet ei erat, nisi omnium virium et copiarum consensio haberetur, graves difficultates ex industriarum fabrilium societate profecías expediri non posse. Haec deinceps adfirmatio pars socialis Ecclesiae magisterii perpetua est facta unde explicatur quoque quam ob rem Pontifex Ioannes XXIII Litteras suas Encyclicas de pace omnium gentium inscripserit simul « universis bonae voluntatis hominibus ».

Dolens tamen Leo XIII animum advertebat magnas opinationum scholas eiusdem aetatis, liberalismum praesertim ac marxismum, consociatam hanc repudiare operam. Interea vero complura, hisce potissimum recentioribus annis, sunt mutata. Sibi magis est magisque conscius hodiernus orbis sanationem magnarum difficultatum in nationibus et inter nationes minime reponi in oeconomica dumtaxat rerum effectione aut iuridica quadam socialive ordinatione societatis, sed definita exposcere principia ethica et religiosa necnon animorum conversionem et morum et structurarum. Se particulatim officio obstringi videt Ecclesia has agendi partes ac — sicut in Litteris Encyclicis ***Sollicitudo rei socialis*** perscripsimus — solida elucet spes futurum ut permagnus eorum hominum numerus qui nullam profiteantur religionem aliquid conferre valeat ut sociali quaestioni necessarium ethicae naturae fundamentum subiciant.[115]

Iisdem praeterea in Litteris christianas etiam compellavimus Ecclesias cunctasque orbis religiones diffusas ut concors redderent testimonium iam sententiarum communium de hominis dignitate a Deo conditi.[116] Certo enim novimus praestan-

[114] *Ibid.: I. mem.,* 107.
[115] Cf. Litt. Enc. *Sollicitudo rei socialis,* 38: *I. mem.,* 564-566.
[116] Cf. *ibid.,* 47: *I. mem.,* 582.

tes fore religionum partes hodie ac deinceps pacem ad servandam hominisque dignam constituendam societatem.

Ceterum promptus in collocutionem et cooperationem animus ad omnes spectat bonae voluntatis homines maximeque singulos et eorum manipulus quibus proprium est tale officium in regione politica sociali nummaria tum intra tum inter nationes.

61. Enata modo industriarum societate impulit Decessorem Nostrum « prope servile iugum » ut pro hominis defensione eloqueretur. Eidem dein muneri centum annos continuos fidelis perstitit Ecclesia! Re enim vera, turbatis iis temporibus, cum civium ordines inter se dimicarent, post primum omnium gentium bellum intercessit ipsa ut ab oeconomica hominem abusione et tyrannide regiminum absolu torum defenderet. In media autem parte nuntiorum socialium suorum post alterum universale bellum collocavit personae dignitatem, dum universalem bonorum corporeorum destinationem inculcabat necnon socialem aliquem ordinem qui oppressione careret consisteretque in adiutricis operae et mutuae necessitudinis voluntate. Postmodum sine intermissione praedicabat non opus his solis bonis esse ipsi personae ac societati, verum etiam spiritalibus ac religiosis thesauris. Tum etiam, cum melius usque comprehendat nimium multos versari homines non in orbis occidentis prosperitate sed progredientium paulatim Nationum in egestate eosque fortunam perpeti quae etiamnum eadem sit ac « prope servile iugum », necesse sibi esse sensit ac sentit hanc rerum condicionem veram omni pronuntiare cum perspicuitate et libertate, licet hunc suum clamorem noverit non ab omnibus benigne semper exceptum iri.

Centum itaque annis elapsis, ex quo Litterae ***Rerum novarum*** prodiere, adhuc « rebus novis » novisque provocationibus obvia fit Ecclesia. Qua de causa confirmare decet centenariam hanc recordationem officium bonae voluntatis hominum omnium in primisque credentium.

62. Ad praeteritam videlicet aetatem hae Nostrae respexerunt Litterae, at praesertim in venturam protenduntur. Perinde ac suo tempore ***Rerum novarum*** Litterae, sic profecto

hae Nostrae in limine novi sistunt saeculi ad cuius introitum viam, opitulante Deo, munire contendunt.

Vera quidem ac sempiterna « rerum novitas » quolibet tempore ex divina exoritur potestate quae adfirmat : « Ecce nova facio omnia» (*Apc* 21, 5). Dicta haec ad historiae referuntur consummationem, cum Christus « tradiderit regnum Deo et Patri..., ut sit Deus omnia in omnibus» (*1 Cor* 15, 24.28). Exploratum autem habet christianus « novitatem », quam plenam exspectemus re vertente Domino, iam inde adesse ab orbe condito, sive potius ex quo in Christo Iesu homo sit factus Deus et cum ipso ac per ipsum effecta sit « nova creatura » (*2 Cor* 5, 17).

Finem ita facientes Nos scribendi rursus Omnipotenti referimus grates Deo ut qui lucem suae Ecclesiae tribuerit ac virtutem ut terrestri in itinere hominem comitetur ad aevum sempiternum. Haud minus Tertio procedente Mille annorum spatio sese fidelem praebebit Ecclesia, cum *suam hominis viam* faciet, neque ignorabit non solam progredi se, verum cum Christo una Domino suo. Ipse enim suam hominis viam fecit eumque ducit quamvis eiusdem ductus ignarum.

Redemptoris Mater Maria, Christo continenter adhaerens in via ad homines cumque hominibus atque Ecclesiam in fidei peregrinatione antecedens, hominum genus materna sua prosequatur precatione proximum ad Millenium, fidissima ipsius administra qui « heri et hodie idem, et in saecula » (*Heb* 13, 8) est Iesus Christus, Dominus noster, cuius demum nomine singulis ex animo benedicimus Nos.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, Kalendis Maiis, in memoria Sancti Iosephi Opificis, anno MCMXCI Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES PAULUS PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

YOKADUMANA

In Cammarunia Ecclesia conditur Yokadumana

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales aliique Praesules Congregationis pro Gentium Evangelizatione negotia procurantes, re mature perpensa menteque eidem consentanea eorum inspecta quorum interest, non sine causa novam dioecesim in Cammaruniensi regione, quam « Yokadouma » dicunt, constitui oportere censuerunt, nunc Nos libenter eiusmodi postulationi per has Litteras concedimus. De consilio igitur memoratae Congregationis, cuius sententiam hac ipsa die ad Nos delatam ratam habemus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae haec decernimus, quae sequuntur, atque iubemus. A dioecesi Bertuana loca distrahimus meridiana, quae regionis « Yokadouma)) vulgo nominatae sunt propria, iisdemque ita distractis coniunctimque sumptis novam dioecesim nomine Yokadumanam condimus, civilibus continendam limitibus quibus a regione distinguitur, quae ((Boumba et Ngoko » appellatur. Qui insuper Ecclesiam Yokadumanam archidioecesi Yaundensi suftraganeam reddimus, eiusdem sedem episcopalem ipsa in Yokadumana urbe collocari volumus ad cathedrale templum ibi Deo in honorem Sancti Stephani dicatum exstans; utque Yokadumano Pastori iustum feratur auxilium, simul iubemus ad normam iuris pro Canonicis consultores eligantur dioecesani, iique opportune adhibeantur. Commonemus denique ut suo tempore certum verumque de nova dioecesi ad effectum deducta litterarum exemplum Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittatur. Quas Litteras Nostras Apostolicas nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£B **ANGELUS SODANO,** *archiep.* **IOSEPHUS** card. **TOMKO**
Prosecretarius Status ***Congr. pro Gentium Evang. Praef.***

Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 285.039.

II

EBOLOUANA-KRIBENSIS

In Cammarunia conditur dioecesis Ebolouana-Kribensis

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Permagno gaudio haud cessamus adiici umquam quod alias praesentibus Nobis alias etiam absentibus ex singulari Dei beneficio licet cognoscere comperireque quam feliciter et celeriter complures per totam continentem Africam ecclesiales communitates plenam progrediantur ad prosperitatem ipsiusque etiam catholicae vitae et pietatis et evangelizationis gubernationem rectam. Sic sane fit ut hodie Ecclesiam benevoli ac laeti Cammaruniensem cogitemus et apta simul consilia inire festinemus unde absolutius prospiciatur tali fiori ac soliditati in posterum tempus intra eandem amatissimam nationem. De maioribus scilicet agitur dicionibus quae quo convenientius regantur decere omnino Nobis videtur earum certas aliquas partes in novam coagmentari ecclesialem communitatem. Sententiis proinde libenter acceptis Venerabilium Fratrum Nostrorum negotiis praepositorum Congregationis pro Gentium Evangelizatione, ex potestatis apostolicae Nostrae plenitudine haec singula et omnia quae sequuntur statuimus fierique legitime volumus. Ita nominatim abstrahimus partem occidentalem dioecesis adhuc Sangmelimaënsis eodemque tempore orientalem regionem vulgari vocabulo ((Department de l'Océan » nuncupatam ipsius archidioecesis Dualaënsis ut ex iis cunctis locis simul sumptis alia efficiatur ecclesiastica dicio, dioecesis nempe posthac Ebolouana-Kri-

bensis quae appellabitur iisdemque definietur finibus quibus provinciae civiles ((Department <le Ntem » ac « Department de l'Océan » in praesentia terminantur quarum videlicet principes sunt urbes ((Ebolowa » et ((Kribi ». Hanc praeterea dioecesim ipsi subiacere iubemus veluti suffraganeam archidioecesi Yaundensi illiusque Cathedralem aedem iure haberi templum Sancti Andreae sacrum in civitate Ebolouana. Quo autem efficacius iam ab initio provideatur constitutioni necessariorum institutorum et operum ordinationi, mandamus ut inibi consultores ad normam iuris deligantur dioecesani reque vera adhibeantur. Ceterum quae reliqua omnia ex sacrorum canonum praescriptis peragantur oportet in huius generis partitionibus dioecesium novarumque institutionibus, ea rursus edicimus ut ad amussim adserventur ab omnibus quorum interest suntve partes hac in re, quibuslibet rebus nequaquam obstantibus. Futurum vero esse confisi ut haec Nostra hodierna consilia vere ac certe venturo Ecclesiae Catholicae incremento robori regimini in Cammarunia proficiant plane volumus Apostolicas hasce Litteras tam nunc quam deinceps omnem suam habere et exserere vim.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Maii anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri decimo tertio.

£B **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*
Franciscus Cascone, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 283.91$.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Servis Dei Georgio Hay dock et Sociis Martyribus Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum « hora » Domini venit ut supremum perficeret sacrificium pro hominum salute, is est a Pilato interrogatus : « Tu es Rex ...?». Et Christus respondit : « Tu dicis quia rex

sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati » *(Io* 18, 33. 37).

Georgius Haydock eiusque Socii Martyres haud dubie dici possunt testes fuisse veritatis et regiae Christi maiestatis, cuius regnum non est de hoc mundo (cf. *Io* 18, 36).

Hi martyres sacrificio suo professi sunt omnem humanam potestatem a Deo venire, de eius Regno debere nos praecipuam et continuam agere curam, et oboedientiam eius legibus pluris esse quam quodlibet aliud officium ac fidelitatem.

Significans est et animum movens haec principia usque ad martyrium eulta esse a personis omnis aetatis et vitae generis. In his namque octoginta quinque martyribus, oriundis ab Anglia, a Cambria, a Scotia, ab Hibernia, sacerdotes inveniuntur et laici, docti et artifices atque operarii. Eorum maximus natus octoginta duorum annorum erat, minimus vero solummodo viginti duorum.

Sacerdotes qui in his inveniuntur martyribus nonnisi alere cupiebant fideles Pane vitae et Evangelii ex quo christiana pietas usque sustentatur : sciebant se hoc facientes in vitae discrimen venire ; viginti duo laici, qui huius coetus participes sunt, sciebant se sacerdotibus cooperantes et assidentes eosque tuentes ac abscondentes, se mortis periculo offerre. Laici et sacerdotes coniuncti laborabant, coniuncti periculum capitis adibant etiam propter fidelitatem suam erga auctoritatem Successoris Petri, qui Pastor est totius Domini gregis.

Hic est index nominum octoginta quinque martyrum, divisus pro ortus locis, indicatis cuiusque aetate verisimili, vitae genere, martyrii loco et anno.

Eboracensis territorii

Marmaduke Bowes, matrimonio coniunctus, filios habens, Eboraci, anno **MDLXXXV**; Franciscus Ingleby, sacerdos dioecesanus, triginta sex annorum, Eboraci, anno **MDLXXXVI**; Ioannes Fingley, sacerdos dioecesanus, triginta trium annorum, Eboraci, anno **MDLXXXVI** ; Robertus Bickerdike, tiro, Eboraci, anno **MDLXXXVI**; Alexander Crow, sacerdos dioecesanus, triginta sex annorum, Eboraci, anno **MDLXXXVI ;** Edmundus Sykes, sacerdos dioecesanus, triginta septem annorum, Eboraci, anno **MDLXXXVII**; Richardus Simpson, sacerdos dioecesanus, triginta quattuor annorum, Derventione, anno **MDLXXXVII** ; Villelmus Spenser, sacerdos dioecesanus, triginta quattuor annorum, Eboraci, anno **MDLXXXIX**; Robertus Hardesty, famulus, Eboraci, anno **MDLXXXIX;**

Nicolaus Horner, vestificus, Smithfield, anno **MDLXXXX**; Richardus Hill, sacerdos dioecesanus, viginti quinque annorum, Dunelmi, anno **MDLXXXX**; Ioannes Hogg, sacerdos dioecesanus, viginti quinque annorum, Dunelmi, anno **MDLXXXX** ; Richardus Holiday, sacerdos dioecesanus, viginti quinque annorum, Dunelmi, anno **MDLXXXX** ; Robertus Thorpe, sacerdos dioecesanus, unius et triginta annorum, Eboraci, anno **MDXCI** ; Thomas Watkinson, viduus, Eboraci, anno **MDXCI** ; Iosephus Lambton, sacerdos dioecesanus, viginti quattuor annorum, Novi Castri, anno **MDXCII**; Villelmus Knight, laicus, viginti trium annorum, Eboraci, anno **MDXCVI** ; Villelmus Gibson, laicus, Eboraci, anno **MDXCVI**; Ioannes Bretton, matrimonio coniunctus, undeseptuaginta annorum, Eboraci, anno **MDIIC** ; Petrus Snow, sacerdos dioecesanus, ordinatus anno **MDXCI**, Eboraci, anno **MDIIC** ; Radulfus Grimston, matrimonio coniunctus, Eboraci, anno **MDIIC**; Christophorus Wharton, sacerdos dioecesanus, sexaginta annorum, Eboraci, anno **MDC**; Eduardus Thwing, sacerdos dioecesanus, triginta quinque annorum, Lancastriae, anno **MDC**; Thomas Palaser, sacerdos dioecesanus, triginta annorum, Dunelmi, anno **MDC**; Ioannes Talbot, matrimonio coniunctus, Dunelmi, anno **MDC**; Robertus Middleton, sacerdos Societatis Iesu, triginta annorum, Lancastriae, anno **MDCI**; Thurstan Hunt, sacerdos dioecesanus, quadraginta sex annorum, Lancastriae, anno **MDCI** ; Matthaeus Plathers, sacerdos dioecesanus, duodequinquaginta annorum, Eboraci, anno **MDCVHI** ; Thomas Atkinson, sacerdos dioecesanus, unius et septuaginta annorum, Eboraci, anno **MDCXVI**; Nicolaus Postgate, sacerdos dioecesanus, octoginta duorum annorum, Eboraci, anno **MDCLXXIX.**

Lancastriensis territorii

Georgius Haydock, sacerdos dioecesanus, duodetriginta annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXIV**; Villelmus Thomson, sacerdos dioecesanus, viginti sex annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI** ; Ioannes Sandys, sacerdos dioecesanus, triginta quattuor annorum, Glevi, anno **MDLXXXVI**; Georgius Beesley, sacerdos dioecesanus, undetriginta annorum, Fleet Street, Londinii, anno **MDXCI**; Eduardus Osbaldeston, sacerdos dioecesanus, triginta quattuor annorum, Eboraci, anno **MDXVIV ;** Robertus Nutter, sacerdos Ordinis Praedicatorum, quadraginta trium annorum, Lancastriae, anno **MDC**; Ioannes Thüles, sacerdos dioecesanus, duodequinquaginta annorum, Lancastriae, anno **MDCXVI** ; Rogerus Wrenno, textor, quadraginta annorum, Lancastriae, anno **MDCXVI ;** Eduardus Bamber, sacerdos dioecesanus, quadraginta* sex annorum,

Lancastriae, anno **MDCXXXXVI**; Ioannes Woodcock, sacerdos Franciscanus, quadraginta trium annorum, Lancastriae, anno **MDCXXXXVI;** Thomas Whitaker, sacerdos dioecesanus, triginta quinque annorum, Lancastriae, anno **MDCXXXXVI.**

Dunelmi

Hugo Taylor, sacerdos dioecesanus, viginti sex annorum, Eboraci, anno **MDLXXXV** ; Eduardus Bürden, sacerdos dioecesanus, duodequinquaginta annorum, Eboraci, anno **MDLXXXVIII**; Ioannes Norton, matrimonio coniunctus, Dunelmi, anno **MDC** ; Villelmus Southerne, sacerdos dioecesanus, undequadraginta annorum, Novi Castri, anno **MDCXVIII.**

Glevensis territorii

Richardus Sergeant, sacerdos dioecesanus, duodetriginta annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI** ; Henricus Webley, laicus, Mile End Green, Londinii, anno **MDLXXXVIII** ; Villelmus Lampley, digitabularius, Glevi, anno **MDLXXXVIII.**

Londinii

Villelmus Carter, typographus, triginta quinque annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXIV**; Ioannes Lowe, sacerdos dioecesanus, triginta trium annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI**; Alexander Blake, stabulari us, Grays Inn Lane, Londinii, anno **MDXC.**

Verovicensis territorii

Robertus Dibdale, sacerdos dioecesanus, duodetriginta annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI**; Robertus Grissold, laicus, Verovici, anno **MDCIV.**

Buchingamiensis territorii

Thomas Belson, scholasticus, viginti quinque annorum, Oxoniae, anno **MDLXXXIX**; Robertus Drury, sacerdos dioecesanus, undequadraginta annorum, Verovici, anno **MDCVII.**

Derventionensis territorii

Nicolaus Garlick, sacerdos dioecesanus, triginta trium annorum, Derventione, anno **MDLXXXVIII**; Robertus Ludlam, sacerdos dioecesanus, triginta septem annorum, Derventione, anno **MDLXXXVIII.**

Dorsetiae

Ioannes Adams, sacerdos dioecesanus, quadraginta trium annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI**; Villelmus Pike, faber lignarius, Dorcestriae, anno **MDXCI.**

Herefordensis territorii

Nicolaus Wheeler, sacerdos dioecesanus, triginta sex annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVI**; Rogerus Cadwallador, sacerdos dioecesanus, quadraginta quattuor annorum, Leominstriae, anno **MDCX.**

Cantu

Edmundus Düke, sacerdos dioecesanus, viginti septem annorum, Dunelmi, anno **MDXC**; Rogerus Filcock, sacerdos Societatis Iesu, undetriginta annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDCI.**

Lindensis territorii

Richardus Yaxley, sacerdos dioecesanus, undetriginta annorum, Oxoniae, anno **MDLXXXIX**; Thomas Pormort, sacerdos dioecesanus, triginta duorum annorum, St Paul's Churehyard, Londinii, anno **MDXCII.**

Oxoniensi® territorii

Stephanus Rowsham, sacerdos dioecesanus, duorum et triginta annorum, Glevi, anno **MDLXXXVII**; Georgius Nichols, sacerdos dioecesanus, undequadraginta annorum, Oxoniae, anno **MDXXXIX.**

Staffordiensis territorii

Robertus Sutton, sacerdos dioecesanus, ordinatus anno **MDLXXVIII,** Staffordiae, anno **MDLXXXVIII**; Ioannes Sugar, sacerdos dioecesanus, quadraginta sex annorum, Verovici, anno **MDCIV.**

Sussexiaé

Thomas Pilcher, sacerdos dioecesanus, triginta annorum, Durnovariae, anno **MDLXXXVII**; Thomas Bullaker, sacerdos Franciscanus, undequadraginta annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDCXXXXII.**

Cornubiae

Ioannes Hambley, sacerdos dioecesanus, viginti septem annorum, Sorbioduni, anno **MDLXXXVII.**

Cumbriae

Christophorus Robinson, sacerdos dioecesanus, triginta annorum, Luguvalli, anno **MDLXXXVII.**

Middelsexiae

Antonius Page, sacerdos dioecesanus, ordinatus anno **MDXCI**, Eboraci, anno **MDXCI** n.

Norfolkiae

Thomas Hunt, sacerdos dioecesanus, viginti sex annorum, Lindi, anno **MDC.**

Northantoniensis territorii

Henricus Heath, sacerdos Franciscanus, quadraginta quattuor annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDCXXXXIII.**

Northumbriae

Georgius Errington, laicus, duorum et quadraginta annorum, Eboraci, anno **MDXCVI.**

Suffolkiae

Montford Scott, sacerdos dioecesanus, unius et quadraginta anno^ rum, Fleet Street, Londinii, anno **MDXCI.**

Vestmariae

Thomas Sprott, sacerdos dioecesanus, undetriginta annorum, Lindi, anno **MDC.**

Vigoriensis territorii

Arturus Bell, sacerdos Franciscanus, quinquaginta duorum annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDCXXXXIII.**

Scotiae

Georgius Douglas, sacerdos dioecesanus, Eboraci, anno **MDLXXXVII.**

Cambriae

Richardus Flower, laicus, viginti duorum annorum, Tyburn, Londinii, anno **MDLXXXVIII**; Humfridus Pritchard, famulus, Oxoniae, anno **MDLXXXIX**; Villelmus Davies, sacerdos dioecesanus, triginta quinque annorum, Beaumaris, anno **MDXCIII.**

Hiberniae

Carolus Meehan, sacerdos Franciscanus, undequadraginta annorum, Ruthin, Denbighshire, anno **MDCLXXIX.**

Ab annis mox mortem secutis hi Servi Dei veri martyres a populo habiti sunt, sed eorum Canonizationis Causa nonnisi inchoari potuit post restitutionem Hierarchiae Catholicae in Britannia. Celebratus est Processus Ordinarius apud Curiam Vestmonasteriensem. Rebus peractis iure praescriptis et consuetis factis theologicis inquisitioni-

bus exitu cum secundo a Consultoribus Theologis atque a Patribus Cardinalibus et Episcopis, die x mensis Novembris anno **MCMLXXXVI** coram Nobis vulgatum est Decretum, quo agnovimus memoratorum Servorum Dei mortem verum fuisse martyrium.

Statuimus deinde ut Beatificationis ritus die xxn mensis Novembris anno **MCMLXXXVII** celebraretur.

Hodie igitur, in Vaticana Basilica Sancti Petri Apostoli, inter sacra hanc ediximus formulam: « Nos, vota fratris nostri Basilii Hume, Archiepiscopi Vestmonasteriensis, necnon et aliorum Fratrum in Episcopatu ex Anglia, Cambria et Scotia, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Georgius Haydoek et octoginta quattuor Socii, Martyres, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die quarta Maii insimul cum Martyribus Angliae et Cambriae, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae autem his Litteris decrevimus nunc et in posterum firma esse volumus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Novembris, anno **MCMLXXXVII**, Pontificatus Nostri decimo.

££ **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., ». 27M.5À8.

II

Venerabili Servae Dei Mariae a Iesu Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Cuiuslibet Instituti sodales, Deum prae omnibus et unice quaerentes, contemplationem, qua Ei mente et corde adhaereant, cum amore apostolico, quo operi Redemptionis adsociari Regnumque Dei dilatare nitantur, coniungant oportet » (Conc. Oecum. Vat. II, Decretum de accommodata renovatione vitae religiosae *Perfectae caritatis,* o).

Etiam Venerabilis Serva Dei Maria a Iesu, in saeculo Maria Deluil-Martiny, Domini et animarum ardenti mota caritate, contemplationem

cum apostolico studio temperavit, ad id spectante, ut peccata, quae Deum offendunt, expiaret et in societate fidei lucem diffunderet.

Massiliae orta est die xxvin mensis Maii anno MDCCCXXXXI. Bona educatio, qua est in familia instructa inque domibus religiosis quibusdam, eam adiuverunt ut divinae gratiae responderet et Dei vocem audiret, eam vocantis ad se totam Ipsi consecrandam. Post aliquot industriae apostolicae et deliberationis annos, non paucis superatis difficultatibus, anno MDCCCLXXIII, Auctoritatum Ecclesiasticarum permissu, Congregationem Filiarum a Corde instituit, quam Antistita Generalis usque ad mortem cum prudentia et sediliitate gubernavit. Die XXII mensis Augusti, anno MDCCCLXXVIII, vota perpetua nuncupavit, quae semper cum diligentia, constantia et gaudio spiritali observavit, Ut bonum Evangelii daret testimonium, mente et corde aeternis adhaerebat veritatibus et accuratissime Dei voluntatem faciebat atque Ecclesiae auctui operam navabat. Consequendae perfectioni dedita, ad amussim sua exsequebatur munera, et quo melius acceptae vocationi responderet in coniunctione cum Domino sine intermissione progrediebatur, per impensam vitam liturgicam, per Divinarum Litterarum meditationem, per deprecationem assiduam, per pietatem erga Cor Iesu et Virginem Mariam, per asperitates et sui castigationem. Quamvis abscondita viveret et in humilitate, acriter et prompte quaestiones et difficultates sentiebat, quae Christi Mysticum Corpus affligebant. Pro Summi Pontificis intentionibus se devovit et, ut Divini Magistri similis esset omnino, martyr mori cupiebat.

Die xxvii mensis Februarii anno MDCCCCLXXXIV mortifere ab anarchico vulnerata, qui magna cum caritate acceptus erat uti Conventus topiarius, pie animam edidit, venia occisori data.

Cum fama increbresceret eius sanctitatis, anno MCMVIII Mechliniae inita est Causa canonizationis per celebrationem Processus Ordinarii. Decretum prodit super Causae introductione anno MCMXXI, rite instructus est Processus Apostolicus. Deinde, secundo cum exitu, inspectae sunt virtutes et, die XXIII mensis Octobris anno MCMLXXXVII, coram Nobis decretum de iis vulgatum est. Demum asserta mira sanatio anno MCMXXVI facta et precibus Venerabilis Servae Dei tributa, a medicis et theologis excussa est. Post faventem sententiam decretum super miro foras proferri iussimus; quod die VII mensis Septembris anno MCMLXXXIX coram Nobis evenit.

Statuimus itaque ut beatificationis ritus Romae celebraretur die XXII mensis Octobris eodem anno.

Hodie igitur, in Vaticana Basilica Sancto Petro dicata, inter sacrum sollemne formulam hanc recita vimus : «Nos, vota fratrum nostrorum, Laurentii Khai, Archiepiscopi Tharensis et Nonsengensis, Hugonis Poletti, Vicarii Nostri in Urbe, et Roberti Coffy, Archiepiscopi Massiliensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Philippus Siphong, Agnes Phila, Lucia Khambang et quattuor sociae, Martyres, Iosephus Timotheus Giaccardo et Maria a Iesu Deluil-Martiny Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali: Philippi Siphong, Agnetis Phila, Luciae Khambang et quattuor Sociarum, Martyrum, die decima sexta Decembris, Iosephi Timothei Giaccardo vicesima quarta Ianuarii, et Mariae a Iesu Deluil-Martiny die vicesima septima Februarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti)). Quae autem decrevimus, ea nunc et in posterum firma esse volumus, rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxn mensis Octobris, anno **MCMLXXXIX**, Pontificatus Nostri duodecimo.

• • © **AUGUSTINUS** card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco ¡5 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 251.962.

III

« Our lady of Mt. Carmel » imago quae in paroeciali basilica Manilensi Sancti Sebastiani servatur, sacro diademate coronatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Philippinis in Insulis magno sane cum gaudio Beatam Virginem valde coli percipimus, quae autem res ad fidem confirmandam multum iuvat atque ad catholicam actionem provehendam. Libentes igitur et volentes Venerabilis Fratris Nostri Iacobi S. R. E. Cardinalis Sin, Archiepiscopi Manilensis, postulatis obveniendüm esse duximus, instanter id quoque ibidem fidelibus poscentibus, qui efflagitavit ut antiquum hoc signum, quod ibidem incolae

« Our Lady of Mt. Carmel)) appellant, quodque in basilica paroeciali Manilensi Sancti Sebastiani veneratur, nomine Nostro et auctoritate convenienti diademate coronaretur. Itaque omnino comprobatis iis quae Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum statuit, factis a nobis facultatibus, committimus Venerabili Fratri Nostro quem supra memoravimus imaginis illius coronandae munus Nostro nomine, vel ei quem ipse legaverit, ad liturgicas normas.

Ceterum Simulacrum hoc scimus istuc esse comportatum, veluti fidei invectae documentum et auspicium. Id quoque demonstrat Virginem Mariam fere iam ab incunabulis Philippinos fideles coepisse tueri, quae provida Mater in futurum tempus procul dubio inceptum pergit opus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VIII** mensis Maii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£ß **ANGELUS SODANO,** ***archiep.***
Prosecretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 281.862.

IV

B. M. V. Annuntiatae templum quod est in oppido Vitulano Beneventanae dioecesis ad gradum attollitur statumque Basilicae Minoris.

IOANNESPAULUSPP.il

Ad perpetuam rei memoriam. — Optime quidem scimus S. Bernardinum Senensem vehementi sane affectu Virginem Mariam coluisse; nihil igitur mirum eum aedificia sacra caelesti Matri dicata excitasse ad Quam fideles suo vivido sermone suisque exemplis compellebat. Inter haec templa annumeratur aedes quae in oppido Vitulano locatur, quam Franciscales studiose servant memores tum illius eximii viri, tum translaticiarum ipsius Ordinis consuetudinum quae Deiparam respiciunt. Libentes ergo et volentes Venerabilis Fratris Caroli Minchiatti, Archiepiscopi Beneventani, postulatis obveniendum esse existimavimus qui suo nomine suorumque simul fidelium emagitavit ut templum quod B. **M.** V. Annuntiatae est dicatum idemque in Vitulano oppido positum in Basilicarum Minorum catalogum referretur. Itaque rata quidem habentes ea quae decrevit Congregatio pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, Apostolica Nostra usi auctoritate, sacram ae-

dem de qua supra mentio est facta in Basilicarum Minorum numero adscribimus, cunctis pariter concessis iuribus et privilegiis, quae ad id genus aedificia pertinent. Servetur porro Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die x mensis Novembris anno **MCMLXXXIX** editum, contrariis rebus minime obsistentibus.

Placet demum Franciscales istos et fideles cunctos confirmare eosdemque ad vehementiorem fervorem concitare, unde non modo aedificium ipsum dignitate emineat, verum et christiani simul in Dei Matrem pietate crescant simul in omnes caritate.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iulii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

Loco ₤8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 285.622.

ALLOCUTIONES

I

Ad exc.mum virum Reginaldum Knoph, Norvegiae Legatum.*

Monsieur l'Ambassadeur,

C'est une joie pour moi de vous accueillir au Vatican et de recevoir les Lettres qui vous accréditent comme Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire de Sa Majesté le Roi Oläv V de Norvège auprès du Saint-Siège.

Particulièrement sensible au message déférent que Sa Majesté vous a chargé de me transmettre, je saurais gré à Votre Excellence de lui exprimer ma vive gratitude et d'y joindre mes vœux les meilleurs pour sa personne, pour la famille royale et pour tout le peuple norvégien. J'ai conservé un excellent souvenir de l'accueil de Sa Majesté le Roi au mois de juin 1989 et des entretiens très positifs que nous eûmes en cette circonstance historique.

Votre Excellence a évoqué en termes chaleureux ma visite pastorale de l'an passé qui a certainement contribué à mettre en lumière — dans l'opinion publique norvégienne et bien au-delà —l'heureuse

*** Die 10 m. Ianuarii a. 1990.**

reprise des relations diplomatiques de votre pays avec le Siège apostolique de Rome. Et vous avez jugé à propos de souligner que ces liens officiels continuent d'avoir un retentissement appréciable, notamment pour une meilleure compréhension entre la confession luthérienne majoritaire et les communautés catholiques. Vous précisez même que cet esprit de fraternité a permis au catholicisme de recevoir sans difficulté de nouveaux membres parmi vos concitoyens et les familles qui viennent vivre en Norvège.

A côté du respect fondamental de la liberté religieuse, la société norvégienne d'aujourd'hui, enracinée dans sa foi millénaire, s'efforce de maintenir son attachement aux valeurs humaines qui seules permettent à tout homme de se réaliser pleinement et à la société de devenir une communion de personnes. L'égalité des citoyens, fondée sur la dignité inaliénable de tout être humain, doué d'intelligence, de conscience morale et de liberté, est un principe primordial. Par ailleurs, une nation exprime le meilleur d'elle-même par une solidarité effective avec les personnes et les peuples défavorisés, affamés ou opprimés par des régimes totalitaires, par le souci de collaborer au maintien ou au rétablissement souvent difficile de la paix entre nations rivales. Enfin, on se rend compte actuellement qu'il est urgent de consacrer de grands efforts à la préservation de l'environnement naturel, œuvre du Créateur, inconsidérément malmené, pollué, gaspillé au détriment du bonheur et de la santé de l'humanité. Dans ces divers domaines notamment, les objectifs poursuivis par votre Gouvernement rejoignent certaines orientations que le Saint-Siège estime essentielles.

Par son enseignement spécifique et ses institutions propres, comme par les relations diplomatiques qu'il entretient avec de nombreux pays, le Siège apostolique est profondément soucieux de coopérer au véritable bien des nations. Il est vrai que la mission de l'Eglise est d'ordre spirituel et humanitaire, dans la fidélité à son Fondateur. Pourtant, l'Eglise désire agir aussi au service des peuples du monde : pour annoncer à tous les hommes de bonne volonté la paternité universelle de Dieu, pour les inviter à assumer en même temps leurs responsabilités vis-à-vis d'eux-mêmes, de leur entourage et du monde. Le Saint-Siège, dont la place est reconnue dans la communauté internationale, apprécie de pouvoir dialoguer avec les missions diplomatiques accréditées auprès de lui. Dans le respect total des responsabilités du pouvoir civil légitime, son action contribue à répondre aux interrogations que l'homme se pose, individuellement et collective-

ment, à toute époque et en tout lieu, sur la nature et la valeur de la personne, sur le sens de l'histoire, sur les fondements du bien moral, sur le mystère du mal. Précisément, à travers les choix socio-économiques qu'ils ont mission de réaliser, les gouvernants et leurs collaborateurs sont souvent conscients de l'absence ou de l'insuffisance de références éthiques capables d'éclairer et de baliser les multiples décisions requises pour un authentique développement de la communauté nationale comme pour le bien de la communauté internationale.

C'est pourquoi le dialogue entre les Etats intéressés et le Saint-Siège peut être réciproquement bénéfique. Votre Excellence n'a pas manqué d'y faire allusion. Pour leur part, la Norvège et le Siège apostolique continueront de développer leur coopération pour aider le monde contemporain à sortir des impasses de l'égoïsme et de l'hédonisme, du fatalisme et du pessimisme, du racisme et de la violence, du scepticisme sur l'avenir de l'histoire. Tout doit être fait pour affermir une civilisation capable de marcher vers le juste partage des biens, la communion des personnes, l'entraide fraternelle des nations et la paix.

Monsieur l'Ambassadeur, je forme des vœux cordiaux pour l'heureux et fructueux déroulement de votre mission auprès du Saint-Siège. Vous trouverez toujours auprès de mes collaborateurs la compréhension, la confiance et le soutien que vous êtes en droit d'espérer. J'invoque sur votre personne, sur votre mission, sur votre famille et sur la Norvège la protection et l'aide de Dieu.

II

Ad Praefectum Congregationis pro Institutis vitae consecratae, una cum Praelatis superioribus quorundam Dicasteriorum et Superioribus Institutorum qui operam in America Latina navant, coram admissum.*

Eminenza,
Carissimi Fratelli e Sorelle,

Sono particolarmente lieto di potermi oggi incontrare con Lei e con una qualificata rappresentanza di Superiori e Superiore Maggiori di Congregazioni Religiose che hanno molti membri dediti al lavoro apostolico in America Latina.

* Die 10 m. Ianuarii a. 1991.

Nello spirito di questo affetto per la Chiesa che accomuna volontà e sentimenti, sento il dovere, come successore del Capo del Collegio Apostolico a cui Gesù ha affidato l'unità e la guida del suo gregge, di mettervi a parte dei sentimenti di gioia e di qualche preoccupazione circa la presenza e l'attività dei Religiosi in quel continente.

In primo luogo, la vostra presenza, come responsabili di famiglie religiose molto diffuse in America Latina, mi fa rivivere momenti toccanti e indimenticabili, vissuti negli incontri con le vostre comunità, in occasione dei miei viaggi apostolici.

In voi vedo oggi i rappresentanti di numerose schiere di uomini e donne che, nella fedeltà al carisma della propria Congregazione, si sono consacrati a Cristo ed hanno, poi, anche contribuito grandemente all'opera dell'evangelizzazione dell'America Latina. Essi sono diventati così pionieri di una nuova civiltà originata dalla parola del Signore e dal sacrificio della Croce, e nella quale la legge suprema è quella dell'amore. Essi hanno contribuito efficacemente a seminare il germe, poi cresciuto in albero rigoglioso, delle Chiese particolari che oggi si presentano dinanzi a noi nella loro giovanile vitalità.

In voi io vedo e saluto oggi le decine di migliaia di Religiosi e Religiose che, dopo aver lasciato terreni, casa, padre, madre, fratelli e sorelle, con generoso impegno ed abnegazione annunciano con la parola e con la loro vita la Buona Novella del Regno di Dio, strumenti che traducono in opere l'amore di Dio e la sollecitudine della Chiesa verso l'uomo latinoamericano, come ho scritto a tutti i Religiosi c Religiose dell'America Latina nella Lettera Apostolica del 29 giugno scorso (n. 3). Ho ben presente il loro lavoro umile e nascosto, al servizio di una umanità povera, spésso dimenticata ed abbandonata. È questa una presenza benedetta, preziosa agli occhi del Signore. Essi fedeli e validi collaboratori delle Chiese particolari, seguono gli orientamenti dei loro Pastori, cui compete come successori degli Apostoli di governare la porzione del popolo di Dio loro affidata, sia in modo diretto sia in forma congiunta (desidero ricordare ora in particolare le Assemblee Episcopali di Medellín e di Puebla) e si sforzano di tradurre in gesti concreti e in azione pastorale l'amore preferenziale che la Chiesa, seguendo l'insegnamento del Maestro Divino, nutre verso i più poveri ed i più bisognosi.

In questo incontro che ci presenta nuovi orizzonti per la vita della Chiesa in America Latina e offre al mio animo motivi di vero conforto, non posso non rendervi partecipi della mia viva preoccupazione

per alcuni aspetti meno rassicuranti, che incidono profondamente nella vita dei Religiosi e causano negative ripercussioni anche in seno a tutta la comunità ecclesiale. Ai legittimi responsabili del governo delle Chiese particolari tutto il gregge deve docilità e fedeltà come insegna la fede cattolica, ma è soprattutto dovere dei Religiosi di circondare i Pastori <(con spirito filiale di riverenza e di affetto », come leggiamo nel Decreto Conciliare.[1] Ivi pure vi è il pressante appello ai Religiosi : ((Sempre più intensamente vivano e sentano con la Chiesa e si mettano a completo servizio della sua missione ».[2]

Purtroppo ci sono fondati motivi per affermare che non soltanto alcuni gruppi di Religiosi non sono solleciti nel ricercare e fomentare questa comunione ecclesiale, che il Signore ha voluto affidare alla guida degli Apostoli e dei loro successori, ma non di rado promuovono iniziative parallele, quando a volte non apertamente contrarie alle direttive del Magistero Ecclesiastico. Le federazioni Nazionali dei Religiosi e delle Religiose e la stessa C.L.A.R. (Confederazione Latino Americana dei Religiosi) sono organismi molto utili per promuovere una più efficace collaborazione per il bene della Chiesa.[3] Però le direttive date per il loro retto funzionamento non sono state sempre accolte con generosa docilità. E ciò, ovviamente, è stata causa di preoccupazione e di dolore.

In un momento così significativo per la vita della Chiesa, mentre ci prepariamo a celebrare il V Centenario della evangelizzazione del Nuovo Mondo, mi sta particolarmente a cuore condividere con voi e, per mezzo vostro, con tutti i Religiosi impegnati nella costruzione del regno di Dio in America Latina, la sollecitudine per il bene della Chiesa in quel continente, a noi tutti caro. La comunione ecclesiale è un bene che va difeso e promosso da tutti, nel rispetto della missione propria di ogni membro del Corpo Mistico di Cristo. Rivolgo pertanto un vibrante appello perché tutte le Famiglie Religiose presenti in America Latina, in piena sintonia e filiale sottomissione ai Vescovi ed al Papa, si impegnino <(per la nuova evangelizzazione » di quel continente.

La Vergine di Nazareth ci insegni con i suoi esempi di umiltà e docilità a donarci senza alcuna riserva alla causa del suo Divin Figlio e della Sua Santa Chiesa !

[1] *Perfectae caritatis;* 6.
[2] *Ibid.* 6.
» *Ibid.* 23.

Al termine del discorso, il Santo Padre ha aggiunto le seguenti parole:

Sono molto grato per questa riunione di due giorni. Sapendo, soprattutto grazie ai Vescovi che vengono per le visite «ad limina», delle difficoltà che incontrano e dato che, negli ultimi anni, erano soprattutto Vescovi dell'America Latina, si è pensato di cercare rimedi nel contesto della comunione ecclesiale e si è visto subito che il modo più opportuno era quello di coinvolgere in questa nostra preoccupazione i Superiori religiosi : in un certo senso tutti i Superiori religiosi, ma soprattutto quelli che sono più rappresentati in America Latina, cioè le comunità più presenti in quel continente. Ciò significa anche agire insieme, operare insieme, riflettere insieme e prevedere insieme i mezzi da adottare. Il problema è importante : si tratta, infatti, della <(optio pro pauperibus », dell'opzione preferenziale per i poveri.

Io penso che il Papa e tutti i Vescovi hanno lo stesso spirito e che, nello stesso spirito, si siano sempre pronunciati e anche comportati. Ma si tratta di mantenere, di rendere manifesta la buona volontà di noi tutti, di noi Pastori, e di fare di tutto per mantenere la coesione del corpo ecclesiale, per non staccarsi, per non creare un modo di agire parallelo.

Questo è un problema che ci preoccupa da tempo e che si può risolvere con la buona volontà, che certamente non manca, con la grazia di Dio, con l'opera dello Spirito Santo, e riferendosi anche alla stessa natura della vocazione religiosa, della vita consacrata. Spero che come in questi giorni, in cui i carissimi Superiori e le carissime Superiore Maggiori ci hanno assistito in questa riflessione comune, così anche in futuro potremo contare sulla vostra collaborazione, perché si tratta di una realtà nostra : « res nostra agitur », non ci sono diverse « res », separate, ma è una « res » nostra, cioè il Vangelo, la Chiesa e la sua missione. Ciò vale soprattutto in questo momento così importante per l'America Latina che si avvicina al V centenario dell'evangelizzazione, un momento esaltante, ma anche difficile, perché sappiamo bene che questo centenario incontra critiche da parte di alcuni ambienti, i quali non vedono gli aspetti positivi ma solo quelli negativi. Speriamo che questo primo passo, che era necessario, risulti anche utile.

III

Ad exc.mum virum Alfredum Cornelium Jönsson, Daniae Legatum.*

Monsieur l'Ambassadeur,

1. Depuis l'heureux rétablissement des relations diplomatiques entre le Danemark et le Saint-Siège, vous êtes la troisième personnalité choisie par Sa Majesté la Reine Margrethe II pour représenter ici le Gouvernement et le peuple danois. Il m'est agréable d'accueillir Votre Excellence et de recevoir ses Lettres de créance.

Dans votre adresse imprégnée de respectueuse courtoisie, vous avez justement souligné le caractère confiant des bons rapports qui existent entre votre pays et le Siège apostolique. Je puis vous assurer, Monsieur l'Ambassadeur, que ma visite effectuée au Danemark dans les premiers jours de juin 1989 a renforcé en moi ce sentiment. Comment oublierais-je le très aimable accueil de Sa Majesté la Reine Margrethe II au Palais de Fredensborg? Je serais reconnaissant à Votre Excellence de présenter à Sa Majesté l'expression de ma déférente considération et de mes souhaits renouvelés pour l'heureux accomplissement de sa haute charge.

2. Il me plaît encore d'évoquer la célébration eucharistique dans le parc des Bénédictines de Copenhague;, le service de prière dans la magnifique cathédrale de Roskilde, suivi d'une rencontre fraternelle avec les Evêques luthériens en la résidence du Révérend Ole Bertelsen, l'assemblée œcuménique au Palais Moltke, la réunion du Corps diplomatique à la Nonciature. Tous ces moments forts de mon séjour au Danemark ont favorisé une nouvelle et réciproque ouverture des esprits et des cœurs, dont je continue de rendre grâce à Dieu.

Avec satisfaction, j'ai pu constater que l'Eglise catholique, présente au Danemark par une communauté modeste mais bien vivante, trouve aisément sa place dans la nation. Et je puis vous assurer qu'en effet le désir des catholiques est d'apporter, dans la mesure de leurs possibilités, leur contribution à l'épanouissement social et spirituel de leurs compatriotes.

3. Vous avez évoqué par ailleurs, Excellence, l'engagement et les efforts du Saint-Siège pour la paix dans le monde. C'est là l'une des préoccupations essentielles qui animent nos dialogues et notre action

*** Die 11 m. Ianuarii a. 1991.**

dans la vie internationale. Le message qui nous inspire est un message de paix, d'une paix fondée sur ce qu'il y a de meilleur dans l'homme, d'une paix qui ne peut être consolidée que par le respect mutuel et l'entraide de tous les peuples de la terre, avec la reconnaissance explicite des droits transcendants de la personne humaine.

Le Saint-Siège se réjouit de ce que le Danemark poursuive des objectifs humanitaires, notamment par un engagement généreux en faveur des peuples les plus pauvres dans le monde. Votre nation se montre ainsi fidèle à sa tradition chrétienne. C'est pour moi un sujet de satisfaction de savoir qu'à maintes reprises, les représentants du Danemark dans les instances internationales ont exprimé des vues proches de celles des délégués du Saint-Siège, contribuant activement à favoriser un climat de réconciliation et de coopération constructive pour le bien commun.

Il importe aujourd'hui que tous les pays, quelle que soit leur puissance, unissent leurs efforts, non seulement pour aplanir les différends qui surgissent, mais aussi pour assurer au plus grand nombre une qualité de vie cohérente avec les principes éthiques d'un humanisme plénier qui, à nos yeux, correspond au dessein de Dieu sur le monde.

4. Au terme de cet entretien, je voudrais encore vous assurer, Monsieur l'Ambassadeur, que j'apprécie vivement les généreuses dispositions qui vous animent au seuil de la haute mission que vous allez remplir au nom de Sa Majesté la Reine de Danemark et du Gouvernement danois. Au Saint-Siège, vous trouverez toujours un accueil bienveillant et cordial auprès de mes proches collaborateurs, chaque fois que vous souhaiterez les rencontrer.

En formant les meilleurs vœux pour le plein succès de votre mission, comme pour le bonheur et la prospérité de votre cher pays, j'invoque, sur votre personne, Monsieur l'Ambassadeur, et sur ceux qui vous sont spécialement chers, ainsi que sur toute la nation que vous représentez, les Bénédictions divines.

IV

Ad exc.mum virum Awad ei Karim Fadulalla Ali, Sudaniae Legatum.*

Mr Ambassador,

I am pleased to welcome you to the Vatican on the occasion of the présentation of the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of the Sudan to the Holy Seen. I much appreciate the greetings and good wishes which you have expressed on bèhalf of His Excellency Lieutenant General Omer Hassan Ahmed El Beshir, Ghairman of the National Salvation Revolutionary Command Council, and the Members of the Council and the Sudanese people. I would assure you of my own greetings and of my prayers for the peace and well-being of your country.

The Holy See's présence in the international community is fully directed to the service of the human family, in the pursuit of peace, justice and truth in human affairs and in relations between nations. This service is animated by an abiding concern for the well-being of people everywhere, reflecting a profound conviction regarding the unity of the human family and the common responsibility of all for our desiiny. There are two areas in which the Holy See's efforts are particularly notable : the promotion of religious freedom as an essential requirement of the dignity of every person and the cornerstone of the whole structure of human rights, and humanitarian concern for those in need.

My Message for this year's World Day of Peace deals with the important question of respect for the freedom of conscience of every person. It appeals to Governments and legislatore to défend this fundamental human right. This is a development of what I stated in the 1988 World Day of Peace Message : that the civil and social right of religious freedom is a point of référence of the other fundamental rights and in some way becomes a measure of them, so that even in cases where the State grants a special juridical position to a particular religion there is a duty to ensure that the right to freedom of conscience is legally recognized and effectively respected for all Citizens.[1]

My Message the following year also directed attention to the Problems of discrimination and injustice affecting civil and religious

* Die 14 m. Ianuarii a. 1991.

[1] Cf. No. 1.

minorities. When such minority groups put forward claims that have particular politicai implications, dialogue offers the only sure way of preserving harmony. The willingness of the parties involved to negotiate is the indispensable condition for reaching an équitable solution to the complex problems that can seriously obstruct peace.[2] In this respect the Holy See continues to follow with close attention ail initiatives for a peaceful resolution of the civil war taking place in Southern Sudan. The Holy See encourages attempts to establish open and f rank negotiations aimed at reaching a just settlement that will take into account the social, cultural and religious différences existing among the people of the Sudan.

1 am fully aware of the difficulties confronting your Government, stemming from the situation of conflict as well as from last year's catastrophic flooding and drought in certain régions of the North. The movèments of your country's population have resulted in a vast increase in the number of refugees and displaced persons. As a resuit, more than a million refugees on the outskirts of Khartoum are living in the poorest of conditions. In the face of this grave problem, I renew the Holy See's support for the United Nations Programme "Operation Sudan", and I appeal to Governments and International Organizations for further humanitarian aid and assistance. It is my ardent hope that they will intensify their efforts to assist the many victims of the unstable situation prevailing in the whole région.

The Catholic faithful of the Sudan, like their fellow Citizens, are deeply affected by the présent sufferings and trials of their country. The Church therefore shares their concern and anguish, and in fidelity to the teachings of Christ, she seeks to serve those in need. The Catholic community in your country offers the limited resources at its disposai for the relief of the homeless and famine-stricken, regardless of religious différences. By safeguarding and fostering social justice and moral values through her educational and charitable activities, the Church effectively coopérâtes in building up the national community on the foundations of the equal dignity of every human being and a strong sense of solidarity at every level of national life. For itself the Catholic community asks only the freedom to fulfil its religious and humanitarian mission.

[2] Cf. *Message for the 1989 World Day of Peace,* No. 10.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

FLORENTIN, SEU PRATEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Caesaris Guasti, viri laici e Tertio Ordine S. Francisci (1822-1889).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Vere bene doctus est, qui Dei voluntatem facit et suam voluntatem relinquit» *(De Imitatione Christi,* I, III, 6).

Quantum Servo Dei Caesari Guasti cordi esset constanter et perfecte Dei facere voluntatem, e vitae quoque patet consilio, quod paucis diebus post mortuam coniugem cepit. Scripsit enim : ((Haec (praeter officia, quae artius ad meum statum pertinent et filiorum educationem) observare statuo: 1) continenter coram Deo esse et omnia in eius gloriam facere ; 2) bonas religiones continuare in familia, quas mea dilecta uxor introduxerat : recitationem SS. Rosarii aliasque preces ; die Mercurii exercitium in S. Ioseph honorem ; die Veneris aliud exercitium in obsequium erga Mariam Virginem Perdolentem. Addam conscientiae recognitionem, communiter faciendam ; 3) cotidie, mane, saltem horae dodrante meditari, et tempore postmeridiano alterum invenire dodrantem horae, quo sim cum Deo coniunctior; 4) singulis diebus actum castigationis perficere, vel parvi momenti; 5) sexto decimo quoque die, saltem, SS. Sacramenta accipere; 6) me removere, sicut antea, a spectaculis, congressionibus, circulis, etc. ; 7) obsequi per omnia Dei voluntati, et res mundi non nimium curare ».

Hic Servus Dei, ob doctrinam studiaque sua notus, sed magis etiam ob christianarum virtutum fulgorem, Pra,ti ortus est die 4 mensis Septembris anno 1822 a Rainerio Guasti et Rosa Sacchi. Eodem die est baptizatus et septem post annis sacramentum accepit Confirmationis. Eius educationi efficaciter prospexerunt cum piis parentibus avus atque tres patrui sacerdotes. A puero religionibus lectionem adiungebat bonorum proborumque librorum, quorum graviores transcribebat locos. Studium, precatio, morum integritas ei optimorum societatis Pratensis iuvenum amicitiam conciliaverunt, qui omnes ferme postea sacerdotium et episcopatum adepti sunt. Alumnus fuit externus Ephebei Cicognini (annis 1834-1840), quod reliquit studiis ad exitum non perductis, ut in paterna officina typographica laboraret tamquam plagularum corrector. Simul autem nativam sequens propensionem, studere perrexit nullo magistro usus et prima sua opera edere coepit, quibus sibi multorum peperit laudem. Viginti circiter annos natus nomen professus est in Tertium Ordinem Franciscanum eiusque animus Pauperis Asisinatis est spiritu imbutus, quem praesertim imitabatur in simplicitate et sensuum ingenuitate, in ardenti caritate erga Deum et proximum, in mira rerum inanium vitae neglectione. Anno 1850 est Florentiam arcessitus veluti praefectus tabularti Operis a « Santa Maria del Fiore », et die 4 mensis Aprilis anno 1853 in matrimonium duxit Annuntiatam Becherini, quam amore dilexit quasi sacro. Haec sex illi genuit filios, quorum tamen duo tenera obierunt aetate. Post septem annos vitae coniugalis, cuius propriae fuerunt arcta benevolentiae coniunctio et vehemens religio, Annuntiata, sedulo assidente marito, pie mortua est die 8 mensis Iunii anno 1860. Servus Dei per totam vitam inenarrabilem et suavissimam servavit coniugis memoriam, erga quam fidelis mansit, novi matrimonii ne cogitatione quidem illectus. Dei voluntati obsequens et Providentiae fiducia fortis, egregie filios curavit educandos, adiutus a sorore uxoris Bianca Becherini. Domum suam in templum quodammodo mutavit, ubi continuo Dei praesentia spirabat, propter vitam compositam, quae ibi agebatur, propter precationem communem, propter bonitatem cuiusque participis familiae. Ipse, suorum propinquorum sanctificationis studiosus, singulis vesperis omnes congregabat recitandi Rosarium atque sollemniora anni sacra novendialia agendi causa usumque mensis Marialis colendi. Exemplo et consiliis formationi humanae et christianae filiorum invigilavit eosque accurate et prudenter usque ad dierum suorum terminum observavit.

Per multos annos, cum diligentia et peritia, operam navavit Tabulario Centrali Magni Ducatus Etruriae, quod post Italiam in unum redactam, factum est Florentinum Tabularium Reipublicae, cuius rector fuit ab anno 1874; eodem tempore praepositus fuit omnibus Etruriae Tabulariis. Bonitate, iustitia, humilitate et industria aestimationem et benevolentiam sibi adiunxit adiutorum et subiectorum. Socius fuit et multis annis etiam scriba Academiae « della Crusca » vocatae aliorumque Consiliorum mentis animique cultui exercendo. Nomen professus est in plures consociationes religiosas et beneficas cum Prati, tum Florentiae.

Cupiens Dei praesentiam invenire in hominum eventibus, assidue studia excoluit historiam; litteras, agiographiam contingentia multaque opera foras dedit: ex Gallico atque ex Latino in Italicum sermonem scripta spiritalia et religiosa convertit. Clarissima mansit libri « De Imitatione Christi » conversio.

Tam alacris et multiplex navitas, quam semper ordine, tranquille et puro cum animo explicavit, non solum eum ab opere summo suae sanctificationis non sevocavit, sed contra magnopere illi profuit. Namque Dei Servus sua professione suisque studiis usus est tamquam ascesis et apostolatus via et temporibus acris contra clerum hostilitatis, omnibus apparuit honestus rectusque civis et consentaneus christianus. Numquam eum Christi puduit eiusque esse discipulum. In officiis baptismalibus manens, fidei facem elatam tenuit, suum perielitans iter, propinquorum et eorum, qui forte eum adibant. Coniunctionem cum Deo coluit, deprecationem, Missae et Sacramentorum participationem; diligenter divina mandata, Ecclesiae praecepta et status sui officia observavit; omnibus viribus nisus est Domini facere voluntatem in casibus ordinariis et in difficilibus atque acerbis, ac mirifica eum patientia et fortitudine corporis et animi dolores, laetus crucem participare. Suam enim spem non in terrestribus rebus, sed in caelestibus collocaverat. Divino auxilio semper est fisus et cum laetitia paupertatem exercuit, secundum Christi exemplum et franciscanam spiritalitatem. Summum eius Bonum Deus fuit, quem tota mente et toto corde dilexit, et a quo sensit se tamquam filium amari carissimum. Officiosa gratiosaque est erga omnes usus caritate, tum erga familiam, tum erga eos qui eum vexaverunt, quosque «amicos meos, quibus ex pectore dimisi » appellabat. Multitudinem de plebe dilexit, omnibus omnia factus est, gaudia ac dolores communicans quibus familiae oblect aban tur aut affligebantur. In pauperes überaus

fuit et in aegrotos inque eos, qui infelicioribus assidebant; multa distribuit auxilia spiritalia, praesertim sapientibus consiliis et opportunis adhortationibus; idque cum affabilitate faciebat, simplicitate et singulari cum humilitate.

Quamvis corporis vires deficerent gradatim simulque mentis, forti cum voluntate laborare perrexit et utilis esse aliis ad finem usque dierum suorum. Ingravescentem infirmitatem pleno et conscio cum obsequio erga divina consilia accepit et cum difficulter potuit calamo uti rursus, manu instabili scripsit : « Caesar Guasti Domino gratias agit ». In ultima epistula, quam ipse pridie suae mortis ad filium Leonardum dedit, hortatus est : « Plane divinae Providentiae committamus nos et Sanctorum nostrorum precationi ». Improviso morbo in peius verso, die 12 mensis Februarii e vita decessit Florentiae anno 1889, religionis solaciis munitus.

Sanctitatis fama, qua vivus est fruitus, clarius patefacta est in sollemnibus exsequiis, quas multus populus, auctoritates et docti prosecuti sunt. Haec fama non solum non est tempore adtrita, verum solidata est et aucta; quam ob rem Episcopus Pratensis, permissu Archiepiscopi Florentini obtento, in cuius territorio mortuus erat Servus Dei, Causam inchoavit canonizationis et processus ordinarius informativus ab anno 1937 ad annum 1940 celeratus est. Die 13 mensis Aprilis anno 1945 promulgatum est decretum super scriptis. Cum processus apostolicus celebrari non posset testibus oculatis deficientibus, Causa est concredita Officio Historico Congregationi pro Causis Sanctorum, quod instrumenta ad Servum Dei spectantia colligenda et inquirenda curavit. Hunc laborem Consultores Historici approbaverunt in sessione diei 24 mensis Novembris anni 1987. *Positioni* fine imposito, de virtutibus disceptatum est. Secundo cum exitu die 19 mensis Octobris anno 1990 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor. Postid Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria diei 5 mensis Martii anni 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, Servum Dei Caesarem Guasti virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum more exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens ra-

taque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conseriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandi*, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, &pe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Caesaris Guasti, viri laici $ Tertio Ordine S. Francisci, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Bomae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£ß Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

IANUEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Pauli Iosephi Mariae Frassinetti, sacerdotis dioecesani Parochi-Prioris Paroeciae S. Sabinae, Fundatoris Congregationis Filiorum S. Mariae Immaculatae (1804-1868).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Imitatores mei estote sicut et ego Christi » *(1 Cor* 11, 1). Apostolus Paulus christianos Corinthios ut se imitarentur adhortabatur, quandoquidem, etsi humilis, conscius sibi erat secundum Evangelium se

vivere et magnam adeptum esse Christi similitudinem, adeo ut ei affirmare licuerit : « Christo confixus sum cruci : vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus» *(Gal* 2, 20). Ita, Paulum imitati, Christum quodam modo imitati essent, summum perfectionis exemplar.

Omnis equidem apostolus lux potest esse mundi (cf. *Mt* 5, 14), et ceteris credentibus exemplum vitae, prout in se eam veram lucem refert, quae illuminat omnem hominem, nempe Dominum Iesum (cf. *Io* 1, 9). Id omnis discipulus facere non solum potest, sed etiam debet, qui velit testimonium suum credibilius reddere et fructuosius.

In iis qui per totam vitam animadverterunt necesse esse se a Christo illuminari sinere et ei similem fieri ad aptius populo serviendum, annumerare possumus servum Dei Paulum Iosephum Mariam Frassinetti. Continenter namque divinum Pastorem suspiciebat, ut fideliter eius vestigiis insisteret; eodem tempore, multimodis, sodales sacerdotes incitare nisus est ut idem facerent, quo dignius in dies redemptionis operi operam navarent. Vicesimo quinto suae ordinationis sacerdotalis die natali, sacerdotibus regulam proposuit exemplum Domini repetendi, sic loquentem illum inducens : ((Vita mea, quamquam perfectissima, vita ordinaria fuit, quae ideo omni personarum ordini exemplo poterat esse. Non in deserto vivebam, sed in civitatibus et cum omni personarum genere sermocinabar, earum bono prospiciens ... Etiam vita tua ordinaria esse debet, sine proprio, ne angusti mundi sectatores inveniant in te quae ipsorum laedant infirmitatem, utque fidentius te in suis adeant necessitatibus ».

Servus Dei Ianuae est ortus die 15 mensis Decembris anno 1804 a Ioanne Baptista Frassinetti et Angela Viale, coniugibus valde christianis, qui tabernulam textilium tractabant. Undecim fratrum maximus natu fuit, quorum quinque tantum superfuerunt, id est Servus Dei, tres fratres, qui et ipsi sacerdotes eximii facti sunt, et soror Paula, Conditrix Sororum a Sancta Dorothea, quae anno 1984 est in sanctorum numerum relata. Postero quam natus est die, in ecclesia paroeciali Sanctae Mariae a Vineis Baptismi accepit sacramentum, nominibus captis Paulo Iosepho Maria, sed est semper nomine Iosepho appellatus.

Die 9 mensis Aprilis anno 1817 sacramentum excepit Confirmationis, sed primae Communionis ignotus est dies.

Cum, quattuordecim annos natus, puer est matre orbatus, clara iam virtutum et religionum amoris specimina dederat, at inde maiore cum alacritate suis se dedidit munibus explendis et maiore cum

sedulitate perfectionis christianae itineri faciendo. Soror eius Paula haec nos docet : « Cum maxime in studium incubuit et in secessum, numquamque domo exiit, nisi ut ad ecclesiam iret et ad ludum, et cum domi manebat, semper in suo erat cubili studens ... Progrediente aetate, crescebat in eo voluntariae castigationis spiritus coepitque catellis uti et se flagris câedere. Eius in familia sermones id semper spectabant, ut in animos contemptum infunderent et detestationem eorum, quae inania sunt quaeque mundus amat, simul autem virtutis vel maximae aestimationem et amorem)).

Hanc agendi rationem foverat quidem non solum ipsa Servi Dei familia, sed etiam qui eius institutionem curabant. Pater enim, nolens filium ludum publicum frequentare, unde athei discedebant, qui credentes illum ingrediebantur, eum Fratri Minori concredidit, vivere in saeculo compulso propter Conventuum abolitionem. Postea alumnus externus fuit seminarii archiepiscopalis Ianuensis, ubi et sanctum Antonium M. Gianelli cognovit, qui in eum salutariter valuit.

Die 27 mensis Septembris anno 1827 ordinatus sacerdos, magno cum fervore in paroecia Sancti Stephani sacrum exercuit ministerium; in Congregationem Missionariorum Urbanorum a Sancto Carolo introivit et in Societatem a Misericordia, cuius erat in carcerem inclusis et capite damnatis assidere quoad corpora et quoad spiritus. Circiter annum 1830 clericum Aloisium Sturla adiuvit in instituendis Piis Operibus a Sancto Raphael et a Sancta Dorothea, quae de pueris curam adhibebant; una cum eodem etiam tum clerico Congregationem ecclesiasticam constituit, nomine notatam beati Leonardi a Portu Mauritio, quae formationem theologicam et spiritalem colerei presbyterorum et clericorum.

Ab anno 1831 ad annum 1839, primum tamquam dispensator et deinde tamquam parochus, Quinti rexit paroeciam, quae eius sedulitate est penitus mutata. Fideles sedem eius confessionalem frequentabat, in eius praedicatione erant assidui, simplici sed acuta. Primum usum induxit mensis Marialis simulque alias religiones. Multas condidit consociationes pro omnibus fidelium ordinibus, ad Dei amorem et ad cultum virginitatis iuvenes educavit, populi mores emendavit, scholas aperuit catechismo tradendo. Sororem Paulam, quam apud se habebat, adiuvit in condenda Congregatione Sororum a Sancta Dorothea, cuius et regulas conscripsit.

Ab anno 1839 usque ad mortem parochus fuit, cum appellatione prioris, ecclesiae Sanctae Sabinae Ianuensis, quae, eius apostolatus

gratia, centrum facta est vitae apostolicae et spiritalis notum et aestimatum etiam extra archidioecesis fines Ianuensis. Animarum salus norma suprema fuit amplae Servi Dei navitatis, qui singulari cum fervore, spiritu ad incommoda parato et perseverantia, praedicationi se tradidit verbi Dei, catecheticae institutioni et doctrinae christianae, confessionum peccatorum audiendarum et moderationis spiritalis ministerio, aegrotis et pauperibus auxiliando. Vitam liturgicam provexit et domus Dei decus, quam reficere voluit et exornare. Eucharistiae cultum fovit et cotidianam Communionem, pietatem in Virginem Mariam et pium Rosarii usum in familiis, amorem et oboedientiam erga Ecclesiam et Papam. Multis institutis piis unionibus et consociationibus pro variis personarum ordinibus, non solum ordinate harum membrorum educationi prospexit, sed effecit ut laici adipisci possent evangelicam perfectionem condicione laicali non relicta, et operose apostolatui hierarchiae interesse atque Christi regno dilatando. Instituit etiam Piam Unionem Filiorum Sanctae Mariae Immaculatae, cuius sodales, etsi in saeculo manentes (((religiosi in saeculo ») peculiari regebantur vitae christianae regula ; aliquanto post, anno 1866, Conditore id optante, in communitate coeperunt vivere et pauperes ad sacerdotium candidatos excipere et adiuvare. Hoc opus bonos edidit fructus et vehementer est auctum, evasitque post Servi Dei mortem Congregatio Filiorum S. Mariae Immaculatae iuris dioecesani ac deinceps pontificii.

Conscius ex sanctitate vitae sacerdotum exque eorum sana theologica educatione magnam partem pendere eorum apostolatus exitum, Servus Dei peculiarem adhibuit curam de iuvenis cleri formatione. «Statim ut sum ordinatus sacerdos — scripsit — in cor meum tam fortis invasit cupido iuvandi — quantum possem pro mea inanitate et tantum divino nisus auxilio — iuvenem clerum, mihique videbatur multum in eius utilitatem fieri posse ». Tali motus laudanda cupiditate, incubuit ante omnia in clerum servandum ex insidiis iansenismi et rigorismi — qui dicebatur — atque ex illecebra se negotiis dedendi sane non sacerdotalibus. « Oportet ecclesiasticus — aiebat — totum talem se putet et contentus sit se non alium esse quam ecclesiasticum ». Insuper condita « Academia Beati Leonardi » nisus est sacerdotum et clericorum doctrinam theologicam in melius mutare, observato per omnia Ecclesiae magisterio et, quoad disciplinam moralem et spiritalitatem, sancti Alfonsi Mariae de' Liguori disciplina custodita. Eius de clero curae significans indicium hoc est, quod do-

mum paroecialem aperuit pluribus sacerdotibus, qui cum Servo Dei vixerunt in alta sensuum et propositorum communione, quamvis indole differrent et assuetudine.

Volens utilis esse quam maximo sacerdotum et laicorum numero, multos edidit theologiae et spiritalitatis libros, quos ipse conscripserat. Ex his, quos longum est enumerare, memoramus : ((Il manuale del Parroco Novello» qui liber in non paucas est linguas conversus; ((Gesù Cristo, regola del sacerdote » ; « Theologiae moralis » tractatum, e duobus constantem voluminibus, doctrinam Sancti Alfonsi sequentem. Eiusmodi industria, quam Servus Dei vera cum peritia explicavit, largam ei famam non in sola Italia peperit.

Tantus operum fervore, etiam in difficultatibus et rebus adversis immutatus, ex magna oriebatur Servi Dei fide, qui non aliud exoptavit, nisi pro Domini gloria laborare et sua commoda neglegere, atque Ecclesiae spiritalem prosperitatem et animarum salutem.

Studiosus suae communitatis paroecialis educator eorumque in quos, Providentia agente, incidebat, officium semper et honorem animadvertit propagandi, illustrandi et defendendi scriptis, et imprimis vitae suae testimonio, fidei veritates, quas ipse diu meditabatur uti pietatis suae alimentum suique apostolatus. Peculiari veneratione Sanctissimae Trinitatis, Incarnationis et Eucharistiae colebat mysteria. Christum sacerdotem et pastorem cum amore contemplabatur, qui eius spiritalis aedificii rupes fuit et eius actuum norma. Fide viva et evidenti fervore Missam et Horarum Liturgiam celebrabat, sacramenta ministrabat et sacris praesidebat. Constanter coniunctionem cum Deo excoluit, assiduam deprecationem, altaris Sacramenti adorationem, in Mariam Immaculatam pietatem inque Angelos et Sanctos, praesertim Sanctum Ioseph. A rebus caducis alienus, spem suam in Deo et in bonis aeternis collocaverat.

Dei captus amore contendebat fideliter, prompte et laetanter Dei voluntatem facere et pro eius gloria proximique utilitate gratiae dona multiplicare, quae desursum acceperat. Item eademque diligentia quodlibet peccati et vitii genus fugiebat, se castigabat, cor liberum ab omni studio et amore immoderato servabat, paenitentiam exercebat, omni re supervacanea se privabat libenter, suae renuntiabat voluntati ut superiorum sequeretur. In vocatione sacerdotali et in munere parochi fidelis manens, in populo suo, quem amavit, vixit, cuiusque gaudia communicans et dolores; redemptionis bona large distribuit effecitque ut quotquot eum adibant maternam Ecclesiae sollicitudinem

expedirentur. Bonos hortabatur ut optimi fierent, tepidos ut fidem suam excitarent, peccatores, ut ad bonam frugem redirent, animas consecratas ut perfectores usque essent in Evangelii testificatione. Uti pastorem decet, qui esse vult pater et magister, prudenter et sedulo opera exsecutus est misericordiae spiritalis et corporalis. Aegris, pauperibus, dolentibus non solum consolator fuit, verum etiam beneficus, paratus ad danda quae possent eorum acerbitates levare. Et haec omnia faciebat singulari cum simplicitate, affabilitate et humilitate.

Ita se gessit donec mors ei portas aperuit aeternitatis, quam semper assequi cupiverat ut semel et in perpetuum Dei vultum contemplantur. Brevem post morbum, sacramentorum solacio confirmatus, pie de vita decessit in domo paroeciali die 2 mensis Ianuarii anno 1868.

Sanctitatis fama, quam vivus sibi comparaverat, post mortem duravit; qua re archiepiscopus Ianuensis statuit canonizationis Causae initium facere per celebrationem processus ordinarii informativi (annis 1916-1921), cui adiunctus est processus rogatorialis Romanus (anno 1919). Die 18 mensis Iunii anno 1930 decretum editum est super scriptis et die 19 mensis Maii anno 1939 decretum super Causae introductione. Apud eandem Ianuensem Curiam est processus apostolicus celebratus, cuius auctoritas die 2 mensis Maii agnita est anno 1949. Apparata Positione, inspectae sunt virtutes. Die 13 mensis Novembris anno 1990, secundo cum exitu, Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, cui praefuit Rev.mus Dominus Antonius Petti, Fidei Promotor. Deinde Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria die 9 mensis Aprilis habita anno 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Antonio Innocenti, Servum Dei Iosephum Frassinetti virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse professi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proxi-*

mum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Pauli Iosephi Mariae Frassmetti, Fundatoris Congregationis Filiorum S. Mariae Immaculatae, in easu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. & S.

Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

MARIANOPOLITANA

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae Annae Sureau-Blondin (in saec.: Mariae Esther), Fundatricis Congregationis Sororum Sanctae Annae (1809-1890).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Erit Dominus refugium oppresso, refugium in opportunitatibus, in tribulatione» *(Ps* 9, 10).

Omnes qui ad Christi passionem communicandam vocantur, peculiari a Deo diliguntur amore, qui eos sua sustinet vi et sua consolatur praesentia. In hoc personarum genere, quae quidem Caelo cariores sunt, quia magis rebus adversis vexantur, ascribenda est etiam serva Dei Maria Anna Sureau-Blondin, quandoquidem mira cum animi tranquillitate magnaque cum Dei fiducia ambiguae interpretationis et derelictionis iter confecit. Propter Dei amorem, suam baiulando crucem, est perfectionem assecuta et tacite humiliterque Redemptionis operi et Congregationis Sororum Sanctae Annae incremento

interfuit, quam ipsa condiderat apostolatui institutionis explicando pro rure degentibus pueris.

Fidelis haec Christi discipula Terraebonae, in provincia Quebecensi, orta est die 18 mensis Aprilis anno 1809 a Ioanne Baptista Sureau, Blondin cognominato, et Maria Rosa Limoges, advenis gallicis. Eodem die Baptismatis accepit sacramentum, Maria Esther vocata, et anno 1821 sacramentum Confirmationis. Familia, vitae commodorum expers erat, sed humanis christianisque bonis abundans, quae filiae iniecit; haec autem a pueritia Eucharistiam ardenter coepit amare et iacturas ac paenitentias Domino offerre ad peccata expianda ab humano genere commissa. Dum aetate crescebat, etiam oboedientia crescebat erga Dei voluntatem et cupidine proximo utilitatem afferendi, imprimis populo canadensi .gallice loquen ti, qui in condicionibus angustioris progressionis vivebat. Ut eum adiuvaret animadvertit oportere se excoleret; etenim, quamvis viginti annorum aetatem attigisset, nec legere tamen nec scribere didicerat. Huic defectui est nisa mederi scholas frequentando Sororum a Domina Nostra, in loco ubi nata erat. Cum his religiosis consuetudo in ea vocationem excitavit ad vitam consecratam. Est ideo ad novitiatum admissa, sed valetudine deficiente, adducta est ad domum redeundum. Postid, amica cohortante, quae scholam paroecialem oppidi *Vaudreuil* regebat, in eadem schola docere coepit, cuius deinceps moderatrix est facta.

Consilio capto sororum institutum condendi, quae in praeceptionem incumberent, Episcopo Marianopolitano Ignatio Bourget assentiente et parocho Paulo Lupo Archambeault adiuvante, die 9 mensis Augusti anno 1848 in oppido *Vaudreuil* primum puellarum coetum confecit, quae communem observabant regulam et se ad suum eruditionis apostolatum explicandum apparabant. Mense Maio anno 1849 Episcopus Servae Dei iuvenes sodales concredidit formandas et communitatis bona administranda, sed aliam eius sociam antistitam nominavit. Post novitiatus annum, die 8 mensis Septembris, anno 1850, Maria Anna nomine capto, professionem religiosam fecit, simul onus suscipiens pueros utriusque sexus docendi, praesertim ruricolarium. Ita oborta est Congregatio Filiarum Sanctae Annae, hodie Sororum Sanctae Annae, cuius Serva Dei prima fuit antistita et novitiarum magistra.

Sedulo, diligenter et prudenter suis est iuncta muneribus, excellens in regulae observantia, fervida pietate et apostolico ardore, adeo

ut ((regula vivens » sit definita. Fuit sodalibus tamquam vera mater, semper amabilis, officiosa, facilis, praecipue erga aegrotas ; omnes cum iustitia tractabat, humilitate et caritate, et rationem.-sciebat'efficiendi, ut vel graviora amarentur.

Sancti Iacobi, ubi anno 1853, sede mutata, Congregationis domus princeps est collocata, Serva Dei est victima facta innocens acris et assiduae persecutionis, qua eam iuvenis cappellanus insectabatur, qui omnia fecit ut eius quatefaceret auctoritatem et. a communitatis vita eam seiungeret, «ese insolenter in Instituti vitam internam interponendo et suo arbitrio res spiritales statuendo et externas. Nonnullis sororibus fulcientibus, die 18 mensis Augusti anno 1851 evaluit ut Serva Dei de munere antistitae deiceretur, et eam voluisset etiam a Congregatione depelli : sed frustra.

Addicta est parvo convictui rurali gubernando Sanctae Genovefae, sed post quattuor annos, de imperitia accusata, revocata est Sanctum Iacobum. Anno 1864 ad oppidum *Lachine* concessit, ubi domus generalitia sedem collocaverat una cum novitiatu, ibique ad mortem usque mansit, munia explens custodis templi, vestiplicae^ ianitricis et praesertim vestium complanatricis, in domus loco defosso segregata.

A suae Congregationis regimine exclusa et vel in sua conditricis parte ignorata, in maxima vixit occultatione, mira cum patientia et fortitudine relegationis crucem portans. Dei f ulta fiducia numquam in calumniis, in indignitatibus, in iniuriis, quae est passa, lamentata est, et semper iis indulsit, qui harum causa fuerunt.

Acerbi vitae casus, quos non multi cogitaverunt, non ei maioris partis sororum sodalium aestimationem et fiduciam ademerunt ; eius enim videntes agendi rationem consuetam, non poterant non admirari eius singulares virtutes. Elucebat enim soliditate, altitudine et simplicitate fidei, quae eius iter direxit et illuminavit in difficilioribus et acerbioribus eventibus. Deo firmiter fisa, illius verbo et amore, omnia ex eius manibus accipiebat, et in tenebris quoque discriminis, spiritus tranquillitatem servavit ac voluntatem pergendi iter alacriter facere, quod erat aggressa. Prompte Dei voluntati ac superiorum assentiebatur, se abnegando et perfecte vivendo pro sua consecratione et in oblationis atque immolationis spiritu.

Bonum eius summum Deus erat, quem indiviso corde diligebat cuique serviebat et reverentiam praestabat per divinorum mandatorum observantiam, evangelicorum consiliorum et Ecclesiae legum cultum, fidelitatem erga vocationem, cotidianam curam reddendi in se

Christi imaginem, et studium mundi salutis. Ut quam optime suum exsequeretur munus, non suis fidebat viribus, sed gratiae auxilio, quam mereri nitebatur assidua deprecatione, fervida pietate in Eucharistiam, in Domini passionem, in Beatam Virginem Mariam, in Sanctos et in animas Purgatorii, accurata munium exsecutione, quae ei credebantur.

Perfecte caritatem exercuit in proximum, moliens sororibus sodalibus prodesse, novitiis, pueris, aegris, peccatoribus ipsisque persecutoribus.

Magna cum simplicitate, pro suae Congregationis bono, conata est granum esse frumenti, quod cadens in terram multum fructum affert (cf. *Io 12,* 24). Namque pro- certo habebat fore ut se devo vendo in humilitate et in silentio Deo gloriam daret, in auctu regni Christi et in suae religiosae familiae prosperitate interesset.

Ab omni immoderato personarum studio aliena ac terrestrium rerum, totam spem suam in Domino posuerat et in bonis aeternis; quam ob causam cum morti proxima fuit, nullam ostendit conturbationem. Laboribus, paenitentiis et aegritudinibus consumpta, nocte Natalis Domini anno 1889 arteriae asperae pulmonumque inflammatione correpta est, quoniam in nova aedicula non est sita apud aegrotas consistere, id est extra periculum afflatuum. Sororibus suis tamquam testamentum reliquit quod vitae eius intimae fundamentum fuerat : <(Eucharistia et obsequium erga Dei voluntatem nostrum sint caelum in terra ». Sacramentis sustentata pie obiit die 2 mensis Ianuarii anno 1890.

Quamvis Serva Dei, in vita et post mortem, famam sibi peperisset apud maiorem partem sororum suae Congregationis, quaedam antistitae generales eius memoriam umbra obrui maluerunt. Sed res praecise mutatae sunt ab anno 1919, cum nova antistita generalis, Mater Maria Leopolda Lécuyer, accuratas excitavit tabulariorum indagationes ut instrumenta colligeret ad Dei Servam pertinentia.

Processus ordinarius informativus celebratus est apud Curiam Marianopolitanam annis 1955-1959. Decretum super Causae introductione promulgatum est die 7 mensis Ianuarii anno 1977, et decretum super non cultu die 27 mensis Octobris anno 1978. Positio, antea a Consultoribus Historicis considerata, quaesita est felici cum exitu a Consultoribus Theologis in Congressu Peculiari die 25 mensis Septembris acto anno 1990, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Antonius Petti. Patres Cardinales porro et Episcopi, in Congregatione Ordinaria

collecti die 16 mensis Aprilis anno 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Gagnon, Servam Dei Mariam Annam Sureau-Blondin virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum more exercuisse professi sunt.

- Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Annae Sureau-Blondin, Fundatricis Congregationis Sororum Sanctae Annae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © **S.**

© Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet:

die 7 *Iunii 1991.* — Cathedrali Ecclesiae Daètiensi Exc.mum P. D. Beniaminum Almoneda, hactenus Episcopum titularem Thimidensem et Auxiliarem Daëtiensem.

die 26 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Bononiensi R. D. Iacobum Moriarty, hactenus parochum in urbe vulgo Donaghmede intra fines archidioecesis Dublinensis quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 15 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Lingayensi - Dagupanensi Exc.mum P. D. Ansgarium V. Cruz, hactenus Archiepiscopum emeritum Sancti Ferdinandi.

die 13 Augusti. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis Iosephi Fitzpatrick, Episcopi Brovnsvillensis, Exc.mum P. D. Henricum San Pedro, S.I., hactenus Episcopum titularem Sicessitanum, et Auxiliarem dioecesis Galvestoniensis-Houstoniensis.

die 11\ Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Solimöes Superioris, noviter erectae, Exc.mum P. D. Evangelistam Alcimarem Caldas Magalhâes, O.F.M. Cap., hactenus Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

die 23 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Santanderiensi Exc.mum P. D. Iosephum Vilaplana Blasco, hactenus Episcopum titularem Bladiensem et Auxiliarem archidioecesis Valentinae.

die 28 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Dominici Novem Iulii Exc.mum P. D. Iosephum Victorium Tommasi, hactenus Episcopum titularem Equizetensem et Auxiliarem Sinus Albi.

— Cathedrali Ecclesiae Budovicensi Exc.mum P. D. Antoninum Liska, hactenus Episcopum titularem Vergensem et Auxiliarem archidioecesis Pragensis.

die 2 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Severi R. D. Silvium Caesarem Bonicelli, hactenus Curionem paroeciae Sanctae Luciae in dioecesi Bergomensi.

NOMINATIO

Lato decreto a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II per Apostolicas sub plumbo Litteras nominavit:

die 28 Augusti 1991. — Auxiliarem Exc.mi P. D. Miloslai Vlk, Archiepiscopi Pragensis, deputavit Exc.mum P. D. Iaroslaum Skarvada, Episcopum titularem Lutomislensem et spiritualem curatorem Catholicorum Bohemorum in exteris regionibus degentium.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, **13** Settembre **1991**, S. E. il Signor **RENÉ ALA**, Ambasciatore di Francia presso la Santa Sede.

Giovedì, **26** Settembre **1991**, S. E. il Signor **ANDREW EUSTACE PALMER**, Ambasciatore di Gran Bretagna e dell'Irlanda del Nord presso la Santa Sede.

Lunedì, **30** Settembre **1991**, S. E. il Signor **ROLAND HUGO VAN LIMBURG**, Ambasciatore dei Paesi Bassi presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Mercoledì, **11** Settembre **1991**, **GRAMOZ PASHKO**, Vice-Primo Ministro di Albania.

Mercoledì, **11** Settembre **1991**, **GONZALO TORRICO FLORES**, Sotto-Segretario agli Interni per la Difesa Sociale di Bolivia, Presidente della X Conferenza Internazionale sul Controllo delle Droghe.

Venerdì, **20** Settembre **1991**, S. E. il Generale **CARLOS TINOCO RIBEIRO GOMES**, Ministro dell'Esercito del Brasile.

Lunedì, **23** Settembre **1991**, S. E. il Signor **KRZYSZTOF SKUBISZEWSKI**, Ministro degli Esteri della Polonia.

Sabato, **28** Settembre **1991**, l'On. Sen. **MICHAEL TATE**, Ministro per la Giustizia del Governo Australiano.

Sabato, 6 Luglio 1991, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione delle Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

16 settembre 1991. S. E. mons. Geraldo Majella Agnelo, Arcivescovo em. di Londrina, *Segretario della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6 luglio 1991. L'Em.mo Signor Cardinale Christian Wiygham Tumi e le LL. EE. i monsignori : Miloslav Vlk, Arcivescovo di Praga; Jozef Michalik, Vescovo di Gorzow; William B. Fried, Vescovo di Shreveport ; Josef Werth, Amministratore Apostolico di Novosibirsk, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo con i non Credenti.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Godfried Danneels, Silvano Piovanelli, Jozef Tomko, J*fembri del Pontificio Consiglio per il Dialogo con i non Credenti « in aliud quinquennium ».*

12 settembre » Il prof. Guzmán Carriquiry, *Sotto-Segretario del Pontificio Consiglio per i Laici.*

17 » » Gli Em.mi Signori Cardinali : Eugenio Sales de Araujo ; Ernesto Corripio de Ahumada e Joachim Meisner, *Membri della Prefettura per gli Affari Economici della Santa Sede.*

19 » » Il dott. Francesco Riccardi, *Economo dei Musei Taticani e delle Gallerie Pontificie.*

21 » » L'Em.mo Signor Cardinale Cahal Brendan Daly, *Membro della Congregazione per il Clero.*

» » » Il dott. Stefano Righetti, Vice *Ispettore del Corpo di Vigilanza dello Stato della Città del Vaticano.*

27 » » P. Thomas Michel, S. I., *Capo Ufficio per l'Islamismo nel Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Relìgioso.*

ONORIFICENZE

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

3 aprile 1990. Al sig. Donald E. Hall (Victoria in Texas).
» » y> Al sig. G. C. Pittman (Victoria in Texas).
» » » Al sig. Joseph T. Redmon (Victoria in Texas).
» » Al sig. Robert L. Schoblme (Victoria in Texas).

3	aprile	1990.	Al	sig. Eugene J. Valenta (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Ervin F. Vrazel (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Joseph E. Wearden (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Leo J. Welder (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Victor M. Wiesner (Victoria in Texas).
5	maggio	»	Al	sig. Vivian Otto Figge (Davenport).
6	giugno	»	Al	sig. Gaetano Jaconelli (Eieti).
»	agosto	»	Al	sig. Pierantonio Faraglia (Rieti).
23	novembre	»	Al	sig. Herbertus Mansech (Essen).
12	gennaio	1991.	Al	sig. Alfred Richter (Aachen).
»	febbraio	»	Al	sig. Ercole Occhipinti (Civitavecchia-Tarquinia).
21	»	»	Al	sig. Hans Kettler (Essen).
7	marzo	»	Al	sig. Hans Seyfang (Augsburg).
15	»	»	Al	sig. Carmelo Cicale (Pozzuoli).
23	»	»	Al	sig. Gunnar Hoppe *(Svezia).*
24	»	»	Al	sig. Alfonso Di Pace (Ariano Irpino-Lacedonia).
»	»	»	Al	sig. Guido Amai Arroyo (Caracas).
16	aprile	»	Al	sig. Eduard Gaugier (Eichstätt).
»	»	»	Al	sig. Nikolaus Lobkowicz (Eichstätt).
»	»	»	Al	sig. Konrad Regler (Eichstätt).
»	»	»	Al	sig. Wolf gang Wild (Eichstätt).
»	»	»	Al	sig. Giacomo Cesareo (Roma).
24	»	»	Al	sig. Felice Rizzi (Bergamo).
6	maggio	»	Al	sig. Giuseppe De Michele (Bari-Bitonto).
24	»	»	Al	sig. Eugenio Antiliei (Roma).
»	»	»	Al	sig. Aldo Antognazzi (Roma).
»	»	»	Al	sig. Alberto Bochicchio (Roma).
22	giugno	1991.	Al	sig. Manuel Luis Ribeiro Bagorro *(Portogallo).*

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:

3	aprile	1990.	Al	sig. Gaylan Runcan (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Esmergildo García Núñez (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. Emil Al Hessler (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. William Patrick Sage (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. David Watson (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. George Edward Wenzel (Victoria in Texas).
»	»	»	Al	sig. John Frederick Wissinger (Victoria in Texas).
23	maggio	»	Al	sig. Joseph Fauliso (Hartford).
6	giugno	»	Al	sig. Luigi Jacobelli (Rieti).
21	luglio	»	Al	sig. Georg Schlösser (Köln).
27	»	»	Al	sig. John J. Kelberer (Austin).
26	agosto	»	Al	sig. Maurice E. Stark (Sioux City).
16	ottobre	»	Al	sig. Engelbert Werhahn (Köln).
»	»	»	Al	sig. Herbert Werhahn (Köln).
13	dicembre	»	Al	sig. Pino Bressan (Ravenna-Oer via).
»	»	»	Al	sig. Emilio Molducci (Ravenna-Cervia).
»	»	»	Al	sig. Sergio Saragoni (Ravenna-Cervia).
»	»	»	Al	sig. Benito Venturi (Ravenna-Cervia).

13 dicembre 1990. Al sig. Lanfranco Venturi (Ravenna-Cervia).
12 gennaio 1991. Al sig. Elmar Meyer (Aachen).
21 febbraio » Al sig. Pierluigi Dei (Volterra).
» » » Al sig. Pietro Parenti (Volterra).
26 » Al sig. Otto Walter Spiel (Fulda).
1 marzo Al sig. Aldo de Zanetti (Roma).
15 » Al sig. Luigi Cerreto (Pozzuoli).
» Al sig. Raffaele Giamminelli (Pozzuoli).
» Al sig. Carlo Pubblico (Pozzuoli).
16 Al sig. Desmond N. Ryan (Wellington).
21 Al sig. Enrique Coppel Luken (Culiacán).
» Al sig. José Germán Coppel Luken (Culiacán).
» Al sig. Ernesto Echavarría Salazar (Culiacán).
» Al sig. Felipe Abel García Aguilar (Culiacán).
» Al sig. Salvador Salazar Acosta (Culiacán).
» Al sig. Lorenzo Valdez López (Culiacán).
23 Al sig. Giuseppe Colaianni *(Italia).*
» Al sig. Georges Drapier (Paris).
24 Al sig. Giuseppe Vecchini (Perugia-Città della Pieve).
22 maggio » Al sig. Franco Caracci (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:

24 aprile 1991. Al sig. Giorgio Iacono (Sorrento-Castellammare di Stabia).

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:

6 giugno 1990. Al sig. Mario Baldi (Rieti).
30 agosto » Al sig. Sergio Búcaro Hurtarte (Guatemala).
7 ottobre » Al sig. Giovanni Piacentini (Rieti).
13 gennaio 1991. Al sig. Pierluigi Ghini Bugane (Bologna).
» Al sig. Nelson A. Suárez Montiel (San Felipe, Venezuela).
22 » » Al sig. Angel Ortúño Muñoz (Valencia).
2 febbraio » Al sig. Michele Cammarano (La Spezia-Sarzana-Brugnato).
12 » » Al sig. Rocco Olita (Civitavecchia-Tarquinia).
» » » Al sig. Bruno Pasotto (Civitavecchia-Tarquinia).
» » » Al sig. Giuseppe Torquati (Civitavecchia-Tarquinia).
26 » » Al sig. Mario Assogna (Rieti).
5 marzo » Al sig. Giovanni Bonzano *(Italia).*
7 » » Al sig. José Carlos De Biasio y Giuseppe (Mas Canarias).
9 » » Al sig. Agostino Pepe (Nocera Inferiore-Sarno).
15 » » Al sig: Giovanni Autuori (Pozzuoli).
» » » Al sig. Luigi Cerreto (Pozzuoli).
» » » Al sig. Erasmo Dell'Isola (Pozzuoli).
» » » Al sig. Vincenzo Gallo (Pozzuoli).
» » » Al sig. Giovanni Santucchi (Pozzuoli).

21	marzo	1991.	Al sig. Giovanni Coffen Marcolin (Belluno-Feltre).
24	»	»	Al sig. Josef Hüttel (Augsburg).
22	maggio	»	Al sig. Gino Molaioli (Boma).
»	»	»	Al sig. Franco Pallini (Roma).

II Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

2	agosto	1990.	Al sig. Franz-Heinrich Strirath (Köln).
30	»	»	Al sig. Rolf Küas (Köln).
16	ottobre	»	Al sig. Cornelius G. Fetsch (Köln).
»	»	»	Al sig. Antal von Szentmiklóssy (Köln).
23	novembre	»	Al sig. Josef Orgass (Essen).
12	febbraio	1991.	Al sig. Michele Bruno (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»	»	Al sig. Pietro Filigni (Civitavecchia-Tarquinia).
»	»	»	Al sig. Vinicio Raso (Civitavecchia-Tarquinia).
21	»	»	Al sig. Denis J. Janus (Christchurch).
»	»	»	Al sig. Luciano Carniglia (Tortona).
»	»	»	Al sig. Gianpaolo Cunietti (Tortona).
»	»	»	Al sig. Dino Pellizzari (Tortona).
26	»	»	Al sig. Franz Baum (Rottenburg-Stuttgart).
1	marzo	»	Al sig. Wigbert Werner (Fulda).
13	»	»	Al sig. Ireneusz Grzegorz Peszynski *(Polonia).*
16	»	»	Al sig. Pietro Varallo (Potenza-Muro Lucano-Marsico Nuovo).
21	»	»	Al sig. Louis Cuynen (Antwerpen).
22	»	»	Al sig. Primo Menosso (Udine).
1	aprile	»	Al sig. Werner Sieber *(Città del Vaticano).*
8	»	»	Al sig. André Lamieux (Bordeaux).
13	»	»	Al sig. Fabio Ferri (Roma).
24	»	»	Al sig. Alessandro Petetti (Ancona-Osimo).
6	maggio	»	Al sig. Ugo Andreucci (Orvieto-Todi).
»	»	»	Al sig. Roberto Nasini (Orvieto-Todi).
22	»	»	Al sig. Piero Perugini (Roma).
24	»	»	Al sig. Vincenzo Danizi (Roma).
»	»	»	Al sig. Roberto Lupattelli (Roma).
»	»	»	Al sig. Alfredo Ruggi (Roma).
»	»		Al sig. Roberto Soana (Roma).
20	giugno	»	Al sig. Aldo Saltalamacchia (Rimini).
»	»	»	Al sig. Luigi Bruno (San Marino-Montefeltro).

NECROLOGIO

19	agosto	1991.	Mons. Faustino M. Tissot, Vescovo em. di Chengchow *(Cina).*
21	»	»	Mons. Antonio Ginseppe Angioni, Vescovo em. di Pavia *(Italia).*
22	»	»	Mons. Cesare Zacchi, Arcivescovo tit. di Maura.
23	»	»	Mons. William J. Philbin, Vescovo em. di Down and Connor *(Irlanda).*
»	»	»	Mons. Orazio Semeraro, Arcivescovo tit. di Faleri.

27	agosto	1991.	Mons.	Georges Mercier, Vescovo em. di Laghouat *(Algeria).*
»	»	»	Mons.	Gioacchino Muccin, Vescovo em. di Belluno-Feltre *(Italia).*
4	settembre	»	Card.	Henri de Lubac, Diacono di S. Maria in Domnica.
5	»	»	Mons.	Emilio Tagle Covarrubias, Arcivescovo-Vescovo em. di Valparaíso *(Cile).*
7	»	»	Mons.	León Kruk, Vescovo di San Rafael *(Argentina).*
»	»	»	Mons.	Charles E. Herzig, Vescovo di Tyler *(Stati Uniti d'America).*
9	»	»	Mons.	Rafael Grò vas Felix, Vescovo em. di Caguas *(Portorico).*
L4	»	»	Mons.	Frantisek Vanák, Arcivescovo di Olomouc *(Repubblica Federativa Ceca e Slovacca).*
15	settembre	1991.	Mons.	Clemens Thottungal, Vescovo em. di Sagar dei Siro-Mälabaresi *(India).*
16		»	Mons.	François Cléret de Langavant, Vescovo em. di Saint Denis de La Réunion *(La Réunion).*
18		»	Mons.	John A. Dono van, Vescovo em. di Toledo *(Stati Uniti d'America).*
19		»	Mons.	Angel Temiño Sáiz, Vescovo em. di Orense *(Spagna).*
22		»	Mons.	John Kodwo Amissah, Arcivescovo di Cape Coast *(Ghana).*
27		»	Mons.	Rubén Buitrago Trujillo, Vescovo di Zipaquirá *(Colombia).*
		»	Mons.	Karl Moser, Vescovo tit. di Ossero.

An. et vol. LXXXHI 8 Novembris 1991 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città dei Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KOTIDOENSIS

Iu Uganda nova dioecesis conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Florem Africanae Ecclesiae non soli Nos summa cum supremi pastoris laetitia et consolatione etiam ex longinquo conspicamur sed reliqua ferme universa catholicorum per orbem communitas mirans simul laudansque contemplatur. Progredientem vero celeriter illam fidei maturitatem atque institutionum soliditatem facile reperiri licet in dilectissima quoque Ugandae natione, ubi singuli iam ita crescunt christifidelium greges ut aegre ab uno convenienter gubernentur et adiuventur sacrorum Antistite. Venerabiles propterea Fratres Nostri, a quibus causae tractantur Congregationis pro Gentium Evangelizatione, non sine probabili omnino causa suaserunt ut in aliqua Ugandae regione excitaretur ab integro nova ecclesiastica dicio. Pro certo autem habentes Nos hoc consilium j^urimuan^ommodis Ecclesiae et

 x/Sf " " ^ ^ A

A

spiritali profectui ibidem fidelium profuturum iuvat haec quae adiciuntur ex apostolica Nostra auctoritate decernere ac fieri iubere. Dioecesim in praesentia Morotoënsem sic dividi placet in partes ut civilis regio Kotido nomine ab illa seiuncta efficiatur nova dioecesis in posterum tempus Kotidoensis quae dicetur quaeque Congregationi pro Gentium Evangelizationi subdita pariter subdatur uti suffraganea Metropolitanae Ecclesiae Kampalaënsi. In urbe insuper Kotido ipsa defigi volumus episcopalem sedem; sed aedes sacra Beatissimae Virginis Mariae sub Maternitatis ipsius praeclaro titulo in vico vulgo Kanawat sita erit cathedrale novae huius dioecesis templum. Ob locorum ipsiusque temporis adiuncta eligentur et usurpabuntur pro canonicorum capitulo ipsi ex norma iuris consultores dioecesani. Exsequenda vero haec Nostra edicta singillatim curabit Venerabilis Frater Aloisius Robles Diaz, Archiepiscopus titulo Stephaniacensis simulque in Uganda Pro-Nuntius Apostolicus cui praecipimus ut verum usus publici dictae exsecutionis exemplum ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione perferat. Denique tandem tum haec tum cetera universa ad sacros canones huius modi in negotiis servanda servantor quam diligentissime, contrariis quibusvis rebus minime obsistentibus, et in praesens et in omne praeterea posterum tempus.

Datum Romae apud S. Petrum die vicesimo mensis Maii anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo Pontificatus Nostri decimo tertio.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Oentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 285.161.

II
GOKWENSIS

Gokwensis dioecesis in Zimbabuae finibus conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fidelium communitas bono Evangelii semine copiose iacto in Zimbabuae finibus feliciter iam prosperum florem consecuta est. Nos facere non possumus quin hac de re valde laetemur et omnia instituta ibidem commodioribus condicionibus aptemus. Itaque Venerabilium Patrum Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum de sententia, auditis quorum interest consiliis quive sua interesse existimant, Apostolica Nostra usi potestate, quae sequuntur decernimus et iubemus. A dioecesi Huangensi districtuum civilium separamus territoria haec, scilicet vulgo Gokwe et Omay, necnon illius partis districtus vulgo Nkayi, quae ad septentriones fluminis quod est Shangani spectat. Ex quibus distractis agris novam dioecesim condimus *Golcwensem* cognominandam, quae Metropolitanae Ecclesiae Hararensi in Zimbabua suffraganea erit atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione obnoxia. Sedem deinde episcopalem in urbe locamus Gokwe et templum ibidem S. Carolo Lwanga et Sociis dicatum ad statum cathedralis ecclesiae evehimus. Spectatis porro locorum condicionibus, pro canonicorum capitulo consultores dioecesani ad normam iuris eligantur. Ad ea tandem expedienda quae per has Litteras iussimus, Venerabilem Fratrem Hyacinthum Berloco legamus, in Zimbabua Apostolicum Pronuntium, officio videlicet imposito peracti negotii sincerum exemplar ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittendi. Contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

£8 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

IOSEPHUS card. **TOMKO**
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 285.914.

III
CACHOEIRENSIS AUSTRALIS

Nonnullis disiunctis territoriis a sede Sanctae Mariae nova conditur dioecesis Cachoeirensis Australis cognominanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Brasilienses quidem fideles nunquam non respicimus eosdemque ob oculos habemus peculiarique animi affectione curamus ut felicem experiantur cursum et humanum spiritalemque progressum. Quandoquidem idcirco Venerabilis Frater Iosephus Ivo Lorscheiter, Episcopus Sanctae Mariae, Conferentia Episcopali Brasiliensi audita, multa prece ab Apostolica Sede efílagitavit ut, suae circumscriptionis lato agro dismembrato, nova dioecesis constitueretur, postulatis his concedendum esse existimavimus. Itaque comprobante Venerabili Fratre Carolo Furno, Archiepiscopo titulo Abaritano et in Brasilia Apostolico Nuntio, ex Congregationis pro Episcopis sententia, Nostra usi Apostolica potestate, quae sequuntur decernimus et statuimus. A dioecesi Sanctae Mariae integrum territorium distrâhimus, prout in praesens lege civili finitur, municipiorum quae appellantur Agudo, Arroios do Tigre, Caçapava do Sul, Cachoeira do Sul, Cerro Branco, Ibarama, Paraiso do Sul, Santana da Boa Vista, Segredo et Sobradinho. Ex hoc territorio distracto dioecesim condimus *Cachoeirensem Australem* appellandam, iisdem terminata finibus quibus munieipia quae diximus. Ecclesiae sedem in urbe Cachoeira do Sul locamus, templumque ibidem paroeciale Conceptioni Immaculatae B.M.V, dicatum ad dignitatem aedis cathedralis evehimus, privilegiis additis congruentibus. Cachoeirensis Australis dioecesis Episcopo iura officiaque tribuimus quae ad ceteros Ordinarios locorum pertinent. Novam Ecclesiam Metropolitanae sedi Portalegrensi in Brasilia suffraganeam reddimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi illius sedis pro tempore subicimus. Mensam episcopalem novae dioecesis constituent Curiae emolumenta, fidelium oblationes, pars bonorum quae ad hanc venient ex divisione ad normam canonis 122 C.I.C. facienda quaeque ad Sanctae Mariae pertinuerunt sedem, populari sermone « Mitra » appellata. Consultores deinde constituantur qui ipsi Episcopo assint consilio et opera. '

De Seminarii dioecesani erectione reliquisque id genus rebus, iuris praescripta serventur. Clerici in nonnullis disciplinis excolendi ad Pontificium Collegium Pium Brasiliense mittantur. Quod autem ad conditae dioecesis regimen pertinet, bonorum ecclesiasticorum administrationem, administratoris dioecesani sede vacante electionem, fidelium iura reliquaque horum similia, quae canones praescribunt diligenter serventur. Simul ac novae sedis constitutio ad effectum deducta erit eo ipso sacerdotes ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum detinent officium, ceteri vero sacerdotes clerici, seminariique tirones illi dioecesi in cuius territorio legitime retinent domicilium. Documenta actaque, conditae dioecesis quae respicient rem, ad hanc mittantur. Ad ea tandem explenda quae per has Litteras iussimus Venerabilem Fratrem Carolum Furno quem supra diximus legamus, factis necessariis facultatibus etiam subdelegandi quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Be demum ad exitum perducta documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Episcopis diligenter mittantur, Contrariis rebus minime obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Iulii anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

© **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 281.!ß0.

IV
ALBAE IULIENSIS

Dioecesis Alba Iuliensis ad gradum archidioecesis evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod satis constat dioecesim Albam Iuliensem recentioribus his temporibus conspicuos in ipsis Catholicae Fidei ac religionis rebus progressus fecisse, iam nunc ea ipsa Ecclesia digna quoque videtur, quae

et maiore condecoretur honore. Re igitur reputata consensuque etiam suppleto quorum interest vel interesse censetur, Nos, qui ad spiritalem Christifidelium utilitatem potissimum intendimus, vi et potestate Nostra Apostolica harumque Litterarum virtute memoratam Albam Iuliensem dioecesim a Metropolitana Ecclesia Bucarestiensi seiungimus, statuentes ut ea dehinc Apostolicae Sedi immediate subsit, dum eandem ita seiunctam, etsi Ecclesiis caret sibi suffraganeis, evehimus ad gradum archidioecesis eiusque ipsius pro tempore sacrorum Antistitem titulo Archiepiscopi insignitum nunc et iuribus et privilegiis exornamus eiusmodi dignitatis propriis. Quibus proinde, una cum obligationibus ad eundem Praesulum ordinem pertinentibus, auctum et astrictum Venerabilem Fratrem Ludoyicum Balint, qui Episcopus eidem in praesenti praeest Ecclesiae Albae Iuliensi, honore archiepiscopali honestamus, cuius particeps etiam Canonicorum Capitulum reddimus, quod congruis iuribus ac privilegiis praeditum novae inserviet archidioecesi. Haec omnia, quae hic statuimus, ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Ioanne Bukovsky, Archiepiscopo titulo Tabaltensi ac ad praesens in Dacoromana Republica Nuntio Apostolico, quem ad id deputamus, cui et facultatem facimus id delegandi ad alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere utcumque addito curandi ut certum verumque actae exsecutionis litterarum exemplum ad Congregationem pro Episcopis cito transmittatur. Has denique Litteras Apostolicas nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

¡£8 **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Antonius Macculi, *Proton. Apost. s. n.*

Loco SB Plumbi
In Secret. Status tab., n. 288.042.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Petro Georgio Frassati Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo abscondit et prae gaudio illius vadit et vendit universa, quae habet, et emit agrum illum» *(Mt* 13, 44).

Gratia divina sapiens factus, Venerabilis Servus Dei Petrus Georgius Frassati non in fluxis terrae rebus spem collocavit, sed Christi captus amore, boni sui summi et amici, fideliter Evangelii est praecepta secutus et pulchritudinem ac gaudium vivendi in arcta cum eo coniunctione operamque navandi eius regno aedificando in mundo est testificatus.

Augustae Taurinorum is natus est die vi mensis Aprilis anno **MCMI,** ex Alfredo Frassati et Adelaide de Ametis. Eodem die Baptismate accepto est populi Novi Foederis particeps factus. Anno **MCMXI** primum ad sacram Eucharisticam mensam accessit et anno **MCMXV** Confirmationis sacramentum excepit. Tempore quo alumnus fuit Instituti Socialis, eius magistro spiritus moderante, quodam Societatis Iesu religioso, spiritalitatis suae fundamenta iecit : Eucharistiae amorem, in Virginem Mariam pietatem, industriam, caritatem, fidei testimonium in vita cotidiana.

Anno **MCMXViii** nomen professus in Polytechnicam studiorum sedem Taurinensem, in ordinem scientiae machinalis ad quaestuosam industriam pertinentis et praecipuam operam dedit architecturae fodinarum, quo propior et utilior esset illi operariorum classi, quae plus egebat.

Eodem autem tempore celeriter arduum faciebat iter christianae perfectionis et brevi magnos fecit progressus adeptusque est solidam christianam et humanam maturitatem. In fide fortis, in caritate ardens et impiger, laetus et intrepidus in spe, assiduus in Missa, in Sacramentis recipiendis, in precatione, ad incommoda paratus, indefatigabilis et prudens in apostolatu, splendidum factus est laici exemplar sincere studiosi sui sanctificationis et mundi. Impense Ecclesiae vitam communicabat et particeps fuit diligens ac certus multarum catholica-

rum consociationum, e quibus commemorandae sunt Foederatio Universitaria Catholicorum Italicorum, Conferentiae a Sancto Vincentio, Congregatio Mariana,. Iuvenes Adorktores Nocturni Universitarii, Tertius Ordo Dominicanus. Etiam vitam publicam et socialem participavit, animose Dei, Ecclesiae et hominum iura defendens. Pauperum difficultatibus motus, eos in suis sedibus quaerebat, ut iisdem quoad corpus et quoad spiritum adesset. Aequalibus vitae* fuit exemplum et tutum signum ob plenam adhaesionem ad Christum, simplicitatem, humilitatem, morum integritatem, Dei et hominum causae studium: eos comprehendebat, adiuvabat, in bono faciendo confirmabat, ad Eucharistiam ducebat, quae cotidianus cibus necessarius erat ei et panis fortium, quo est sustentus in contentionibus veritatis et iustitiae amore obitis. Pietas quoque erga Virginem Mariam fons ei fuit consolationis et animi roboris : quae pietas cotidiana Rosarii recitatione significata est, Parvo Officio Beatae Virginis et sacris peregrinationibus ad eius sanctuaria, imprimis Oropense et « Consolatae)) Taurinense. Sicut omni vero Christi discipulo contingit, non ei acerbitates defuerunt nec iniustae interpretationes; sed omnia silentio tulit et magna cum interiore pace.

Doctoris titulum erat consecuturus iam, cum polymyeliticus morbus repentinus eum exstinxit die iv mensis Iulii anno **MCMXXV**, vix post quadriduum.

Sanctitatis fama, quam sibi vivus pepererat, apparuit ex multo et ultroneo populi concursu ad eius funus, et festinanter est in Italiam diffusa inque exteras terras. Venerabilis Servus Dei iuvenum catholicorum imago factus est, praesertim athenaea frequentantium, multique eius exempla virtutum imitari coeperunt. Quapropter Archiepiscopus Taurinensis anno **MCMXXXII** Causam iniit canonizationis. Praescriptis canonicis Processibus actis, ex iure sunt inquisitae virtutes et die **XXIII** mensis Octobris anno **MCMLXXXVII** coram Nobis promulgatum est Decretum, per quod agnovimus iuvenem Petrum Georgium Frassati gradu heroico virtutes exercuisse théologales, cardinales et adnexas. Postea, iuxta normas, prospero exitu consultaturii est de coniecto miraculo, anno **MCMXXXIII** effecto et precationi Venerabilis Servi Dei tributo. Die **XXI** mensis Decembris anno **MCMLXXXIX** coram Nobis est Decretum proditum super miro.

Statuimus deinde ut Beatificationis ritus Romae celebraretur die xx mensis Maii, anno **MCMXC.**

Hodie igitur, in foro Vaticanam Basilicam Sancti Petri prospectante, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam : « Nos, vota

Fratris Nòstri Ioannis Saldarmi, Archiepiscopi Taurinensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Petrus Georgius Frassati Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali, idest quarta Iulii, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quae autem per has Litteras decrevimus, rata firmaque nunc et in futurum esse volumus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Maii, anno **MCMXC**, Pontificatus Nostri duodecimo.

68 AUGUSTINUS card. **GASARGLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 280.0U.

II

Beatae Mariae Virginis quam vocant Nuestra Señora de Guadalupe templum S. Ludovici Potosiensis Basilicae Minoris honestatur titulo.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Minime quidem sumus nescii Mexicanos fideles ferventi sane pietate Virginem Mariam colere. Quae profecto res multum iuvat spiritalem progressum ac gignit pariter in catholicam actionem studium. Nos autem ad hunc cultum vehementer cohortamur experti cum simus Ipsi permagna Deiparae beneficia. Libentes igitur et laetantes concedendum diiudicavimus postulatis Venerabilis Fratris Arturi Antonii Szymanski Ramírez, Episcopi Sancti Ludovici Potosiensis, qui vota significans tum cleri tum fidelium suaque item optatala Nobis fidenter petiit ut sacra aedes B.M.V, dicata, quam ibidem incolae Nuestra Señora de Guadalupe appellant, dignitate statoque Basilicae Minoris ornaretur. Itaque ea comprobantes quae decrevit Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, Nostra Apostolica usi potestate, templum quod supra diximus Basilicae Minoris dignitate exornamus, cunctis similiter concessis iuribus et privilegiis quae ad id genus aedificia spectant. Nominatim exinde decre-

tum erit servandum quod est ((de titulo Basilicae Minoris », die ix mensis Novembris, anno **MCMLXXXIX**, foras datum, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Caelestem Matrem tandem placet adprecari ut fideles istos aequis respiciat oculis opemque ferat certissimam cunctis iis qui ad Eam filiali permoti fiducia prompto animo decurrunt.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die **XXVII** mensis Maii, anno **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS SODANO, *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco $ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 283,129.

III

Sancti Demetrii templum in loco v.d. Srijem Mitrovica situm, quod ad dioecesim Diacovensem seu Bosnensem et Sirmiensem pertinet, inter Basilicas Minores refertur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Istam in regionem christiana fides feliciter priscis iam temporibus inducta haud parum spiritale commodum ibidem civibus comportavit. Fideles nempe ipsi aedes sacras templave condiderunt, unde sacram liturgiam convenienter explicare^ et pietatem simul significarent. In loco populari loquela Srijem Mitrovica appellato templum exstare scimus, quod illustris et antiqui caelicolae celebrat memoriam, sancti scilicet Demetrii diaconi et martyris. Quandoquidem autem Venerabilis Frater Cyrillus Kos, Episcopus Diaeovensis seu Bosnensis et Sirmiensis emagitavit ut templum illud de quo supra est facta mentio in catalogum Basilicarum Minorum referretur, idem quoque clero **fideliusque** poscentibus, Nos scientes et volentes precibus his obvemendum existimavimus. Itaque rata habentes ea quae da hac re statuit Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, Nostra suffulti Apostolica potestate, templum quod supra memoravimus in Basilicarum Minorum numero récensemus, omnibus simul concessis iuribus et privilegiis congruentibus. **Servetur** dein Decretum « de titulo Basilicae Minoris », die ix mensis No-

vembris anno **MCMLXXXIX** editum, contrariis quibusvis rebus minime efficientibus.

Quemadmodum demum martyr iste christiani nominis olim reddidit clarum testimonium, fore speramus ut et fideles istic nostra quidem aetate pietatis conspicua edant documenta et fervoris studium.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxviii mensis Maii, anno Domini **MCMXCI**, Pontificatus Nostri tertio decimo.

¡33 **ANGELUS SODANO,** *archiep.*
Prosecretarius Status

Loco © Sigilli
In Secret, Status tab., n. 288.118.

IV

Sanctuarium Beatae Mariae Virginis Dolorosae in urbe Limanowa situm Tarnoviensis dioecesis Basilicae Minoris titulo honestatur.

IOANNESPAULUSPP.il

tinuing developments in the communications media, especially in relation to the unity and progress of peoples everywhere.

The Church has long held the conviction that the media (press, radio, television, film and cinema) are to be regarded as "gifts of God".[1] The list of the "gifts" which comprise the communications media has continued to lengthen since the *Pastoral Instruction* was published. Such contemporary items as satellites, computers, home video recorders and ever improving methods for the transmission of information are now at the disposai of the human family. The purpose of these new gifts is the same as that of the more traditional communications media : to draw us closer together in brotherhood and mutuai understanding, and to help us to go forward in the pursuit of our human destiny as God's beloved sons and daughters.

The link between this general considération and the reflection I wish to offer on this occasion is clear and direct : such powerful means placed at man's disposai demand in their use a lofty sense of responsibility on the part of **ali** involved. In the words of the 1971 *Pastoral Instruction,* the communications media are "lifeless instruments". Whether or not they fulfil the purpose for which they were given to us greatly dépends on the wisdom and sense of responsibility with which they are used.

In the Christian view, the communications media are wonderful instruments at man's disposai, under God's Providence, for building closer and more enlightened relationships betveen individuáis and throughout the human family. Indeed, as they develop, the media are capable of fashioning a new language which enables people to know and understand one another more easily, and therefore to work together more readily for the common good.[2] If however they are to be effective means of fellowship and genuine human advancement, the media must be a **Channel** and expression of truth, justice and peace, good will and active charity, mutuai help, love and communion.[3] Whether the media serve to enrich or impoverish man's nature dépends on the moral vision and ethical responsibility of those involved in the communications process and of the récipients of the media's message.

[1] Of. Pius XII, Encyclical Letter *Miranda prorsus: AAS* 24 (1957) 765.

[2] Cf. *Communio et progressio,* 12.

[3] Cf. *ibid.,* 12 and 13.

Every member of the human family, whether the humblest consumer or the most powerful producer of media programmes, has an individual responsibility in this respect. I therefore appeal to the Pastors of the Church and to the Catholic faithful who are engaged in the world of communications to refresh their knowledge of the principies and guidelines which were so clearly set out in *Communio et progressio.* May all better understand where their duty lies and may they be encouraged to carry out these duties as a fundamental service to the unity and progress of the human family.

It is my hope that this Twenty-fifth World Communications Day will be an occasion of renewed attention on the part of parishes and local communities to the realities of the media and their influence on society, on the family, and on individuáis, especially children and young people. Twenty years after *Communio et progressio* it is possible to subscribe fully to that documents warning and expectation about developments in communications : "Suddenly ... the responsibilities of the People of God will enormously increase. Never before will they have been offered such opportunities. It will be possible to ensure that the media promote the ad vanee of the whole human race ... It will be possible to strengthen the brotherhood of man. And then the Good News can be given every where, hearing witness to Christ the Saviour". I earnestly ask God to guide and support you in the realization of that great hope and task !

From the Vatican, 24 January 1991, Feast of Saint Francis de Sales.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Iis qui IV conventui ad missiones fovendas Limae interfuerunt missus.

Amados Hermanos en el episcopado y queridos Congresistas :

1. El IV Congreso Misionero Latinoamericano que se celebra en Lima me ofrece la oportunidad de saludaros y de hacerme presente espiritualmente entre vosotros. Mi pensamiento se dirige, de modo especial, a todas y cada una de las Iglesias particulares del Continente, con sus obispos, sacerdotes, religiosos, religiosas, laicos. Dirijo un

*** No. 182.**

saludo de viva gratitud a cuantos han colaborado en la preparación de este Congreso : a Mons. Augusto Vargas Alzamora, Arzobispo de Lima, al Señor Cardenal Juan Landázuri Ricketts, a las Comisiones Episcopales de Misiones, a las Direcciones Nacionales de las Obras Misionales Pontificias y al Departamento de Misiones del CELAM. La presencia de mi Enviado Especial, el Señor Cardenal Jozef Tomko, Prefecto de la Congregación para la Evangelización de los Pueblos, quiere ser también testimonio de la atención prioritaria que la Sede Apostólica presta a la actividad misional.

En repetidas ocasiones me he encontrado en medio de vosotros, en esas tierras benditas, precisamente para cumplir el mandato misionero del Señor. Como bien sabéis, éste ha sido siempre el objetivo principal de mis viajes pastorales. Ahora os hago llegar mi mensaje para recordaros, una vez más, vuestra responsabilidad y para pediros vuestra colaboración generosa en el permanente mandato de Cristo de anunciar el Evangelio a todos los pueblos. Por esto hago mío también el lema del Congreso : « ¡ América Latina, desde tu fe envía misioneros ! ».

Sé que habéis preparado este encuentro con especial interés, en continuidad con los anteriores Congresos celebrados en México y Colombia. ¿Cómo no recordar especialmente el celebrado en Bogotá, que tuvo como lema: « América, llegó tu hora de ser evangelizadora»? Hoy son numerosos los misioneros latinoamericanos que están evangelizando en los cinco Continentes y a ello han contribuido ciertamente esos Congresos, así como la oración, sacrificios y entrega desinteresada de tantas personas. Pero este número, lo sabéis bien, no es suficiente. Por eso os exhorto a dar todavía más, aunque sea « de vuestra pobreza », pues América Latina debe « proyectarse más allá de sus propias fronteras ».[1]

2. Como señalo en la reciente Encíclica *Redemptoris missio,* siento que ((ha llegado el momento de dedicar todas las fuerzas eclesiales a la nueva evangelización y a la misión *ad gentes.* Ningún creyente en Cristo, ninguna institución de la Iglesia puede eludir este deber supremo : anunciar a Cristo a todos los pueblos ».[2] Cumplir este deber misionero no debe significar un menoscabo de vuestra labor evangelizadora en el propio Continente. Quien comparta la misma solicitud

[1] *Puebla,* 368.
[2] N. 3.

del Buen Pastor, no puede dejar de pensar con preocupación en las multitudes enormes de las grandes ciudades que, tantas veces, se encuentran «como ovejas sin pastor»;[3] piensa también en los numerosos pueblos indígenas, con sus propias raíces culturales, dispuestos a abrirse cada vez más al evangelio ; en los sectores afroamericanos y de migraciones recientes ; en el mundo del trabajo y de la cultura ; en la juventud y la familia, así como en tantos otros campos de apostolado. Por ello os invito a cumplir este deber misionero universal para poder afrontar más evangélicamente vuestra realidad, pues sólo las personas y comunidades que se abran a la misión universal serán capaces de descubrir a Cristo en el rostro de cada hermano necesitado que vive en nuestro propio ambiente.

« La urgencia de la actividad misionera brota de la radical novedad de vida, traída por Cristo y vivida por sus discípulos ».[4] Son miles de millones los seres humanos que todavía no han encontrado a Cristo por medio de la fe y del bautismo. Vosotros, los cristianos de Latinoamérica, sois aproximadamente la mitad del catolicismo mundial. En vuestras mismas tierras se puede constatar un trasiego de pueblos y culturas que se desplazan por razones de trabajo, comercio, turismo. No pocos de vuestros fieles se encuentran en otros Continentes por las mismas razones sociológicas. Es pues de desear que muchos cristianos y cristianas, movidos por un auténtico espíritu misionero, con su presencia y su acción apostólica, hagan llegar el evangelio « hasta los confines de la tierra».[5]

3. Con ello no predico una utopía, sino que me hago portavoz del mismo Cristo, «pan vivo ... por la vida del mundo»,[6] que sigue invitando a la misión universal. Estáis llamados a agradecer la fe recibida hace ahora quinientos años, contribuyendo a que otros sean partícipes del mismo don salvifico. « Cristo murió por todos »,[7] nos dice san Pablo ; y el Buen Pastor nos sugiere sus mismos anhelos misioneros : « Tengo otras ovejas »,[8] « venid a mí todos »,[9] « tengo sed »,[10] « id por todo el mundo ».[11]

[3] Cf. *Mt* 9, 36.
[4] *Redemptoris missio,* 7.
[5] *Act* 1, 8.
[6] *Jn* 6, 51.
[7] *2 Cor* 5, 14.
[8] *Jn* 10, 16.
[9] *Mt* 11, 28.
[10] *Jn* 19, 28.
[11] *Mc* 16, 15.

¿Qué mejor modo de conservar la herencia cristiana recibida de vuestros santos, que comprometerse a compartir estos dones de Dios con otros pueblos? Así lo han hecho vuestros santos y beatos cuyo ejemplo os invito a seguir: Toribio de Mogrovejo, Rosa de Lima, Martín de Porres, Francisco Solano, Pedro Olaver, Luis Beltrán, Roque González, Felipe de Jesús, Mariana de Jesús, José Anchieta, Pedro de Betancur, Ignacio de Azevedo, Ezequiel Moreno, Junípero Serra, Miguel Agustín Pro y tantos santos y santas, gloria de vuestra fecunda historia cristiana. Su testimonio de vida debe ser constante estímulo para que en toda la Iglesia Latinoamericana florezcan nuevos misioneros y misioneras que, con la actitud del profeta « Heme aquí, Señor, estoy dispuesto, envíame »,[12] se entreguen abnegadamente a la misión sin fronteras.[13]

á. « Hoy la Iglesia debe afrontar otros desafíos proyectándose hacia nuevas fronteras, tanto en la primera misión *ad gentes,* como en la nueva evangelización de pueblos que han recibido ya el anuncio de Cristo».[14] Para ello el Señor os ha bendecido con abundantes vocaciones en estos últimos años, aunque resulten todavía insuficientes ante los vastos campos de apostolado que os han sido confiados. La vocación es un don de Dios, que requiere una respuesta creativa por parte de la persona llamada y el impulso de la comunidad. Las vocaciones nacen y perseveran en comunidades donde existe un ambiente de generosidad y entrega, de seguimiento evangélico y de disponibilidad misionera. Cuando existe una « profunda renovación interior » se hace más viva la conciencia de «la propia responsabilidad en la difusión del Evangelio » a todos los pueblos.[15]

Vienen a mi mente las entrañables celebraciones marianas que, durante mis visitas pastorales a América Latina, he tenido el gozo de presidir en los Santuarios que la fe dé esos amados pueblos ha levantado en honor de Nuestra Señora. Postrado espiritualmente ante las veneradas imágenes de María, quiero ahora hacer a todos una invitación : ¡ Abrid vuestros corazones al llamado misionero de Cristo, para que el mundo entero acoja la fe cristiana y la viva con autenticidad y generosidad !

[12] Of. *Is* 6, 8.
[13] Cf. *Redemptoris missio,* 79.
[14] *IUd.* 30.
[15] Of. *Ad gentes,* 35.

Construir la <(civilización del amor » y afrontar el desafío de una ((nueva evangelización », presupone una respuesta incondicional a este llamado : «Id por todo el mundo» ... « ¡ América Latina, desde tu fe envía misioneros ! ». Sólo a partir de una respuesta decidida América Latina será verdaderamente el Continente de la esperanza misionera para toda la Iglesia.

Con estos deseos y mientras elevo mi ferviente plegaria para que Dios, rico en misericordia, conceda abundantes frutos eclesiales al IV Congreso Misionero Latinoamericano, os imparto con afecto a todos mi Bendición Apostólica.

Vaticano, 2 de febrero de 1991, Fiesta de la Presentación del Señor.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

i

PISTORIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Iosephi Giraldi, Religiosi professi Ordinis Fratrum Minorum (1853-1889).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Crescite in gratia et in cognitione Domini nostri et Salvatoris Iesu Christi » *(2 Pt* 3, 18).

Servus Dei Iosephus Giraldi a puero officium animadvertit et gaudium continenter crescendi in cognitione et in amore Domini Iesu atque gratiae dona multiplicandi, quae caelitus acceperat. Caritate impulsus, totam suam vitam consecravit Christi imitationi et alacriter viam conficiendo humilitatis, paupertatis et oboedientiae secundum Sancti Francisci Asisinatis exemplum, magnam adeptus est perfectionem et evangelicarum virtutum lucem diffudit et calorem.

Hic Servus Dei, coniugum Aloisii Giraldi et Euphrosynae Ferradini maximus natu, die 26 mensis Ianuarii anno 1853 ortus est in pago Sancto Baronto, intra fines dioecesis Pistoriensis sito. Postridie Baptismi sacramentum accepit, Paris Orestes Benvenutus appellatus. Calendis Octobribus anno 1868 Confirmationis excepit sacramentum, nomine Aemilio capto, et eodem fortasse die primum ad eucharisticam mensam accessit. A piis parentibus christiane educatus, optime eorum exspectationibus respondit, se namque oboedientem ostendit, in-

dustrium et officia religiosa servantem. Constanter Missae intererat et saepe Paenitentiae et Eucharistiae sacramenta suscipiebat. Cum legere et scribere didicisset tempore quo ludos municipales frequentavi^ lectione librorum religiosorum atque sanctorum vitarum delectabatur, qui multum contulerunt ad incendendum animum eius Dei amore et virtutum. Alienus vivebat ab inanibus mundi et diligenter observabat Regulam Tertii Ordinis Sancti Francisci, in quem nomen professus erat inter Missiones a Capuccinis Sancti Baronti praedicatas. Dum in rebus spiritus se exercebat, utilitati magnae erat familiae, agros colendo, gregem pascendo et trilices stramenticias vendendo; sed hoc negotium reliquit ne ob pretia conscientiam suam in discrimen adduceret.

Etsi a pueritia significaverat se optare vitam sequi consecratam, solum postquam ei vacatio militiae data est, statuit Conventum ingredi. Patris victo renisu, die 19 mensis Martii anno 1875 Fratrum Minorum vestem induit tamquam oblatus in Recessu Montis Calvariae, in dioecesi Pistoriensi, nomenque cepit Iosephum. Laudabiliter peracto novitiatu, vota simplicia nuncupavit die 26 mensis Decembris anno 1879, et sollemnem fecit professionem calendis Ianuariis anno 1883. Praeter munus aeditui, quod maxima cum diligentia est exsecutus, Superiores ei munus crediderunt stipem emendicandi, cui etiam sedulo se dedidit quodque instrumentum magnum reddidit et suae sanctificationis et pro animis apostolatus. Sancti Francisci memor admonitus ne quem mendicare pudeat, « quoniam Dominus pauper pro nobis in hoc mundo factus est », diligenter hoc sustinuit officium, semper et ubique spiritum ostendens incommoda tolerandi, humilitatem et prudentiam. A beneficiorum auctoribus res corpóreas accipiebat et is res spiritales iisdem largissime dabat. Eius praesentia praedicationi erat et invitamento ad proposita pacis et boni. Iis, quibus obviam fiebat continuo domus vicosque lustrans, cum simplicitate « bonum exemplum » suum praebebat, clarum nempe fidelitatis erga evangelium et regulam franciscanam testimonium. Ceteris prodesse cupiebat pro cuiusque necessitatibus, aegros visebat, pauperes adiuvabat, dolentes consolabatur, bonos confirmabat, pro omnibus precabatur omnesque fidei verbis alloquebatur. Cum necesse erat, qui legem Dei violabant, monebat, hocque summa cum urbanitate et benignitate, contumeliarum neglegens, quae ei forte rependerentur. Quin immo, cum indigna patiebatur, laetum se ostendebat, quia, eius sententia, omnia gratia erant et donum Dei. Licet incommoda

uteretur valetudine, placide acerbitates oppetebat multas mendicationis et, quo obsequentius in dies fieret instrumentum in manibus Domini meliusque animarum saluti operam navaret, illis asperas addebat paenitentias et continuas castigationes, quasi pati gaudens. Volebat ita evangelii exsequi verbum : « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert» *(Io* 12, 24).

Bonum Christi odorem non solum in populo diffundebat, sed etiam in Conventu, ubi perfecta regulae observantia eminuit et votorum religiosorum ac vitae sanctitate continuo fratribus sodalibus exemplo fuit. Verba eius et facta multam significabat fidem et perfectum erga Dei voluntatem obsequium. A rebus mundi alienus, gaudebat semper esse cum Deo, quem tota mente, toto corde omnibusque viribus amabat. Nihil aliud exoptabat, quam tota vita sua Deum glorificare ; qua re prompte eius beneficiis respondebat, fidelis manebat in vocatione sua, omne peccati et vitii genus fugiebat. Cum fervore Sanctae Missae intererat, magna cum pietate eucharistico Pane se alebat. Multum temporis collocabat in meditatione, in precatione, in Sanctissimi Sacramenti adoratione. Piissimus erat in Virginem Mariam, quam praesertim Rosarii recitatione colebat, cuius coronam semper in manibus habebat cum mendicabat. Amori Domini inseruit proximi amorem, pro cuius bono, indefatigabilis, est nisus cum liberalitate et prudentia. Ofiiciosus erat in fratres sodales, praecipue in aegros, pro bonorum auctoribus deprecabatur, pro peccatorum conversione et pro animis quae purgatorio igni poenas peccatorum luunt. Quicumque in condicionibus erat difficilibus, eius facilitate fruebatur et, si fieri poterat, etiam eius auxilio : quod mira cum humilitate faciebat.

Christianam fortitudinem, quam per vitam semper ostenderet, ne dimisit quidem cum est phthisi correptus. Morbum toleravit vera cum patientia, laetus ad extremum Dei facere voluntatem. Pie obiit in suo Conventu, cum sacramentorum solacio, die 9 mensis Maii anno 1889.

Fama sanctitatis qua vivus est fruitus apud fratres sodales et populum, post mortem est aucta ; quocirca Episcopus Pistoriensis Causae canonizationis initium fecit per processus ordinarii informativi celebrationem (annis 1908-1911). Die 22 mensis Decembris anno 1926 est decretum editum super scriptis; die 6 mensis Decembris anno 1942 decretum super Causae introductione et die 28 mensis Aprilis anno 1944 decretum super non cultu. Apud eandem Curiam Pistoriensem

actus est processus apostolicus super virtutibus in specie (annis 1950-1952), cuius validitas agnita est die 18 mensis Septembris anno 1965. Apparata *Positione* inspectae sunt Servi Dei virtutes. Die 12 mensis Iunii anno 1990, exitu cum secundo, habitus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Dominus Antonius Petti. Deinde Patres Cardinales et Episcopi in Congregatione Ordinaria collecti die 5 mensis Februarii anno 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Iosepho Caprio, professi sunt Servum Dei Iosephum Giraldi heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Giraldi, religiosi professi Ordinis Fratrum Minorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

QUEBECEN, SEU LEODIEN.

DECRETUM

Canonizationis Servi Dei Alfredi Pampaion, sacerdotis professi Congregationis SS.mi Redemptoris (1867-1896).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

«Nemo mittens manum ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno Dei» (*Lc* 9, 62).

Alacritas, fidelitas et perseverantia in Christo sequendo notae sunt quae melius exprimunt Servi Dei Alfredi Pampaion vitam spiritalem, qui, accurate et humiliter primum laici, deinde sacerdotis Congregationis Sanctissimi Redemptoris munera sua exsequendo, altum perfectionis gradum in virtutum christianarum exercitio est adeptus.

Servus Dei in loco ortus est *Notre-Dame de Levis* patrio sermone appellato, intra fines posito Quebecensis archidioecesis, die 24 mensis Novembris anno 1867, e catholicorum familia diligentissimorum religionis cultorum. Pater, Antonius Pampalon, peritus erat caementariorum magister exstruendis ecclesiis; mater, Iosepha Dorioii, pia erat mulier et sapiens. Quattuor ei fratres fuerunt, quorum unus sacerdos fuit dioecesanus et parochus, et alius sacerdos Congregationis Sanctissimi Redemptoris; ex duabus sororibus, una Soror fuit Instituti a Iesu et Maria. Eodem quo natus die Baptismi sacramentum accepit et anno 1877 Confirmationis.

Matre orbatus anno 1873, Servus Dei, novercam coluit atque dilexit, Margaritam Fhelan, quae puerum redamavit, siquidem indolem invenit in eo dulcem, mitem et reverentem. A parvula aetate ecclesiam paroecialem frequentare studebat seseque venerabundum ostendebat et fervidum in omnibus sacris. Missae sacrificio inserviebat libenter et pie, obque suam religionem eximiam erat exemplo. Octavo quoque die ad Confessionem accedebat adque Communionem et Virginem Mariam, cui mater moritura eum commendaverat, singulari venerabatur pietate.

Duos annos ludos publicos frequentavi^ ubi aestimatus est praecipue propter animi et indolis bonitatem. Anno 1877 nomen professus est, uti alumnus externus, in scholam ad mercaturam pertinentem in ephebeo loci *Levis,* quod ecclesiastici regebant. Communi praeditus intellegentia, numquam in studiis eminuit, sed constantis sedulitatis et diligentiae in auditione gratia, est semper probatus. Excellebat autem in catechismo discendo et egregiae plerumque fuere de eius disciplina notationes. Adulescens morbo correptus, consideratior factus est, morbum excepit tamquam Dei donum et, prorsus in eo casu, animadvertit se ad sacerdotium et ad vitam consecratam trahi. Cum etiam confessarius illam esse viam eius confirmasset, studia humanitatis continuare statuit, ut posset id assequi, quod exoptabat, se nempe totum Dei servitio dedere. In nova morbi temptatione vovit, si consanuisset, se haud dubie vitam religiosam et sacerdotium esse petiturum. Ad sanitatem perductus, maiore cum cura iter fecit perfectionis, evasitque sub oculis professorum, superiorum et ephebei sodalium pietatis exemplar : Rosarium namque recitabat, frequenter visitabat Sanctissimum Sacramentum, pium exsequebatur « Viae Crucis » exercitium; oboediens erat, tractabilis, affabilis, benignus in omnes, studio quam maxime distentus. Etsi habilissimus erat in quibusdam lusibus, de hac re non gloriabatur, sed humilis manebat et modestus ; insuper sermonis et morum lucidae integritatis erat ; plene sensus custodiebat; modicus erat, serenus et pacificus, ab omnibus laudatus et dilectus; eius comitatus exquirebatur, adeo ut, cum ad Belgicam profectus est, multi eius absentiam senserint.

Ad gratiam Dei plena responsione paratus, die 22 mensis Iulii anno 1886 intra Sodales Congregationis Sanctissimi Redemptoris ingressus est, qui domicilium habebant in loco lingua vernacula *S te-Anne de Beaupré* vocato, et paulo post ad Belgium est profectus, ubi erat provincia princeps, cui obnoxia erat provincia vicaria Canadensis. Die 8 mensis Septembris insequentis vestem religiosam induit et novitiatus initium fecit. Quamvis eius valetudo imbecilla esset, eo probationis anno Servus Dei notabiles in perfectionis via progressus fecit. Exemplar sibi statuerat Iesum Infantem, cuius candorem, amabilitatem, simplicitatem et humilitatem studuit imitari. Die 8 mensis Septembris anno 1887 religiosa nuncupavit vota, deinde est ad studentatum missus oppidi sermone patrio appellati *St-Jean de Beauplateau,* in Luxemburgo Belgico siti, ubi diligentes se ad sacerdotium praeparavit, in studia philosophica et theologica, et magis in deprecationem,

meditationem et Regulae ac Constitutionum observantiam incumbendo ; qua re vulgo « Redemptorista perfectus » habebatur. Presbyteratus Ordinem accepit die 4 mensis Octobris anno 1892 et subsequenti anno, studiis perfectis, est Belgicae urbi *Mons* destinatus, ubi munus est ei concreditum praedicatoris et confessarii, quo magno cum fervore est functus magnaque cum efficacia. Anno 1894 ad oppidum *St-Jean de Beauplateau* rediit, ut ibi alterum sex mensium novitiatum ageret, per quos novelli Congregationis Sanctissimi Redemptoris sacerdotes ad missionalem actionem popularem praeparabantur. Postquam Montem Castricolum est reversus, paucis exactis mensibus, phthisis apparuit, qua erat moriturus. Morbo ingravescente, quem mira cum serenitate et patientia toleravit, superiores inducti sunt ad eum remittendum ad Canadam, in Domum religiosam loci *Ste-Anne de Beaupré* dicti, ubi potuit etiam tum aliquid apostolatus exercere, prout vires sinebant. Exinde debuit in valetudinarium se abdere.

Sicut antea, eius vita in luce Dei emicuit, in oboedientia Evangelio et in fidelitate erga vocationem sacerdotalem ac religiosam. Mundi rerum inanium neglegens, Servus Dei gaudium suum inveniebat in arcta cum Deo coniunctione, in assidua deprecatione et in veritatum aeternar um contemplatione. Pleno obsequio erga divinam voluntatem fultus horam exspectavit supremi in Redemptorem occursus, qui contigit die 30 mensis Septembris anno 1896, postremum Virgine Maria salutata Cantici « Magnificat » recitatione.

Qui eum cognoverant, sine ulla dubitatione praestantiam eius virtutum agnoverunt, adeptam per exsecutionem humilium cotidianorum munium et promptam ad gratiam divinam responsionem. Eius verba, eius mores et apostolatus clarum et constans fuerant testimonium altitudinis eius fidei, soliditatis eius spei, eius in Deum et in proximum ardoris caritatis. Etenim Servus Dei firmiter in Deum credidit et in eius verbum, et in variis vitae casibus, nisus est ea explicare, quae credebat, et ceteris acriorem Dei cognitionem eiusque mandatorum infundere. Nec tempori parcens nec viribus, fidei facem alebat deprecatione, contemplatione, diuturna Eucharistiae adoratione et pia Missae celebratione et filiali Virginis Mariae cultu. Amabat esse cum Deo, laborare et pati pro gloria eius et quae ei sunt grata facere tantummodo, eumque per seipsum totum honorare. De Dei amore gaudebat, quem indiviso corde et omnibus viribus rependere conabatur. Repetere solebat : « Iesu et Maria, amores mei dulcissimi, pro vobis

patiar, pro vobis moriar, sim totus vester, sim nihil meus». Ut Deo placeret corde puro proximum diligebat, suae utilitatis immemor et generosus. Non solum erga neminem parum reverens fuit, sed conabatur utilis esse Fratribus sodalibus, fidelibus qui eius ministerio utebantur, aegris, peccatoribus ; idque cum humanitate faciebat, humilitate et verecundia. Et tum etiam, cum valetudine relinqui coeptus est, prompte et fortiter iter susceptum perrexi.

Par es idcirco Servum Dei vivum fama sanctitatis fruitum esse et eius virtutes ab iis, qui eum cognoverant, memoria tentas esse. Hinc undecim annis post eius mortem Archiepiscopus Quebecensis Causam iniit canonizationis per processus ordinarii informativi celebrationem (actam annis 1907-1908), cum processu informativo Leodien - si coniuncti (celebrato anno 1908). Die 28 mensis Aprilis anno 1920 editum est decretum super scriptis, die 22 mensis Februarii anno 1922 decretum super Causae Introductione et die 13 mensis Decembris eodem anno decretum super non cultu. Secuta est Processuum Apostolicorum celebratio super virtutibus Leodii (annis 1924-1925) et Quebeci (annis 1925-1926), quorum validitas agnita est decreto die 13 mensis Octobris anno 1961 prodito. Positione apparata Servi Dei virtutes inspectae sunt. Die 10 mensis Aprilis anno 1990, secundo cum exitu Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris est actus, cui Promotor Fidei praefuit Rev.mus Antonius Petti. Patres Cardinales deinceps et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 5 mensis Martii habita, anno 1991, Causae Ponente sive Relatore Em.mo Cardinali Eduardo Gagnön, fassi sunt Servum Dei Alfredum Pampalon virtutes théologales, cardinales et adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum» excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Alfredi Pam-*

palon, Sacerdotis professi Congregationis SS.mi Redemptoris, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die **14** mensis Maii **A.** D. **1991.**

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£B Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

RUREMUNDEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Mariae Stollenwerk (in saec.: Annae Helenae), Confundatricis Congregationis Missionalis Servarum Spiritus Sancti (1852-1900).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Eritis mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae» *(Act* **1,** 8).

Postrema quae dixit Iesus verba ante quam in caelum ascendit, non solum semper defixae manserunt in animo servae Dei Mariae Stollenwerk, verum et eius vitae propositum facta sunt. A pueritia namque se totam Domino consecrare cupivit atque se ad populos conferre ignaros Christi ut redemptionis evangelium nuntiaret sicque Regni Dei adventu et mundi operam navaret saluti. Sed divina Providentia aliter statuit eamque non in missionum terras duxit, sed ad cooperandum, abscondite, in humilitate inque oboedientia, beato Arnoldo Janssen in condenda Congregatione Missionali Servarum Spiritus Sancti, pro cuius religiosa et apostolica formatione libenter se totam dedidit.

Serva Dei die **28** mensis Novembris anno **1852** orta est in pago *Rollesbroich,* in paroecia loci *Simmerath,* intra fines archidioecesis Co-

loidensis (nunc Aquisgranensis) a Ioanne Petro Stollenwerk et Anna Maria Bongard. Postridie baptismi sacramentum accepit eique sunt nomina indita Anna Helena. Mense Maio anno 1863 primum Eucharistico Pane se aluit et mense Iunio anno 1864 Confirmationis sumpsit sacramentum.

A familia, a paroecia et a ludo est fructuosa solidaque christiana educatione instructa et, cum potuit, operibus se tradidit caritatis et apostolatus. Mense Octobri anno 1864 societatem iniit Fraternitatis a Sanctissima Trinitate eodemque mense anno 1866 nominata est Apostolatus Precationis zelatrix. Pauperes adiuvabat et aegrotos atque, cum familiae deversorii labore vacua erat, multum agebat temporis coram Sanctissimo Sacramento deprecans in sacello pagi sui. Puellula ingressa est Consociationem a Sancta Infantia, pro qua postea munus ei concreditum est stipes colligendi ; quod quidem explevit usque ad annum 1882, cum Domum missionariam loci *Steyl* introivit. Ut missionibus subveniret pulchris vestibus renuntiabat atque monilibus suasque preces et incommoda continenter offerebat. In eius animo, acri studio incenso disseminationis fidei, propositum exstitit introeundi Institutum vitae consecratae, apostolatui deditum in missionum terris. Quoniam vero tunc non erant Congregationes missionariae femininae Germanicae et saeviebat in Germania *Kulturkampf,* qui dicebatur, multos annos fuit ei exspectandum prius quam iter ingrederetur, quod Dominus ei destinaverat. Interea, sua non relicta cupidine, in deprecatione, in apostolatu paroeciali ac in paenitentia perseverabat, auxilii divini f ulta fiducia. Demum beatum Arnoldum Janssen cognovit, Societatis Verbi Divini conditorem, qui eam anno 1882 tamquam famulam excepit in Domo loci *Steyl* in Nederlandia sita, spem ei faciens olim se ingredi posse Congregationem missionariam femininam, quam is condere cogitabat. Servae Dei consilio, quae solummodo Dei oboedire exoptabat et pro eius gloria laborare, eius familia obstitit et sacerdotes paroeciae loci *Simmerath.* Sed haec omnia non effecerunt ut de sententia decederet. Primi anni, quos in loco *Steyl* degit humiles explens labores, privationum et incommodorum pieni fuerunt, quae Anna Helena cum serenitate tulit et fortitudine, semper exspectans dum P. Janssen optatam missionariam Congregationem condere statueret. Interim Servae Dei, hospitio excepta apud Sorores a Divina Providentia, quae Patribus Verbi Divini inserviebant, aliae puellae aggregatae sunt, in quibus serva Dei Iosepha Hendrina Stenmanns, vitae consecratae et missionalis candidatae. Per hunc alacrium animarum coetum P. Janssen die 8 mensis Decembris anno 1889 Congregationem Servarum Spiritus Sancti instituit.

Die 17 mensis Ianuarii anno 1892 Serva Dei, una cum sociis, vestem induit religiosam et nomen cepit Sororem Mariam. Mense Ianuario anni 1893 Conditor novellae communitati Constitutiones dedit, quas ipse conscripserat, regulis et constitutionibus aliarum Congregationum usus. Hinc evenit ut multae normae ad futurarum missionariarum vitam aptae non essent; qua re Serva Dei, tamquam Antistita, obstringebatur non paucas explicationes et accommodationes a P. Janssen postulare. Ita valde ea contulit non ad regularum scriptarum compositionem, sed ad elaborandas illas, secundum quas vivebat Congregatio. Ei igitur iure nomen debetur primae Confundatricis, quod ipse Institutor ei tribuit, qui etiam dixit : « Fideliter ea hoc iuncta est munere et saepe eius virtute atque pietate aedificatus sum ». Die 12 mensis Martii anno 1894 vota religiosa nuncupavit in eiusdem P. Janssen manibus.

Ab anno 1891 ad annum 1898 Mater Maria, Congregationi praefuit, quam magna cum prudentia rexit, humilitate et sedulitate. Sororibus sodalibus, quas materno diligebat amore, continuo exemplo fuit fidelitatis erga vocationem, veri ardoris missionalis, perfecti erga voluntatem et praecepta Conditoris obsequii. Cum cura et aequabilitate, potius cotidiana sua eximia agendi ratione quam verbis, spiritalem et apostolicam excoluit Sororum formationem, quas generosas esse volebat in mutua caritate et accurate institutas ad difficultates vitae missionariae oppetendas et, sicut in se laborem cum contemplatione temperaverat, ita et ceteras facere cupiebat.

Cum intellexit Dominum a se petere ut in missionem ire recusaret, quod semper optaverat ardenter, illi hanc obtulit detrectationem et suae Congregationi servire perrexit consueta sedulitate et tranquillitate. Iam tantum didicerat seipsam abnegare et Superiorum praescriptiones oboedienter sequi, ut, voluntatis Conditoris studiosa, acceperit locum relinquere quem tenebat et in partem intrare! Sororum clausurae obnoxiarum, quae in adorationem perpetuam incumbebant : quae pars constituta est anno 1896 intus in eadem Congregatione religiosa. Idcirco die 8 mensis Decembris anno 1898, aliorum pios sensus excitans sua humilitate, vestem induit religiosam, nomine capto Maria Virgo et novitiatum cum fervore inchoavit. Exeunte aestate anni 1899 correpta est cerebri membranarum inflammatione tubercolorum, quem morbum tacita patientia **est** perpessa. Aliquot ante mortem dies, quae accidit die 3 mensis Februarii anno 1900, datum est ei solacium Sororis clausurae vota nuncupandi.

Totam vixerat vitam in oboedientia voluntati Dei et in constanter ac laetanter virtutibus christianis exercendis. In fide lumen invenit et vim, quibus usque ad mortem in sua religiosa et missionali vocatione maneret et Deo fisa, nulla posita condicione, celeriter iter confecit perfectionis, non pauca passa discrimina et acerbitates, quae tamen numquam eius divinae Providentiae fiduciam ac Dei proximique curam minuerunt. Solebat enim dictitare : « Mille habet bonus Deus vias, quibus ad metam perveniat », et « Deo honor sit, proximo utilitas, mihi labor ». Sicut Abraham patriarcha « pater noster in fide », prompte voci Domini oboedivit, aequo animo domum reliquit et omnia fecit, quae Deo grata erant (cf. *Gn* 26, 5) ; in tentatione fidelis est inventa (cf. *1 Mae* 2, 52), contra spem in spem credidit (cf. *Rom* 4, 18). Si Serva Dei laetitiam non percepit ex adventu in terrarum missionem, non ideo minus missionaria fuit. Sua enim opera, deprecatione et oboedientia Superioribus, multum ortui, confirmationi et incremento profuit Congregationis, quae erat evangelii veritatem in mundo diffusura. Itaque bonum a Servis Spiritus Sancti actum pro Christi Regni dilatatione, haberi etiam potest fructus Servae Dei ardoris et fidelitatis. Sicut sapiens et sedula mater non sibi gratiae dona servavit, quae a Domino acceperat, sed ea cum filiabus suis spiritalibus communicabat, quae ab illa momentum didicerunt coniunctionis cum Deo, deprecationis assiduae, fervidae in Eucharistiam inque Virginem Mariam pietatis, humilitatis, paupertatis, fidelitatis erga Ecclesiam et amoris in proximum, proximum praesertim ad mysticum Christi corpus non pertinentem. Fulgido fuit omnibus exemplo magnae in Spiritum Sanctum religionis, cui se consecraverat, spondens se pro eius gloria esse laboraturam eique de iniuriis satisfacturam, quibus ab hominibus offendebatur. Volebat Sorores, Spiritum Sanctum amando, invicem diligere discere et sine exceptionibus ex sua vivere consecratione, cordis integritatem exoptare et quodlibet fugere peccati genus et vitii. Ipsa, antequam vota religiosa nuncuparet, votum fecerat se numquam scienter et sponte peccatum commissuram, ne minimum quidem, et postea id facturam, quod Deo gratius esset. Utque haec laudabilia quam optime servaret promissa, non suis confidebat viribus, sed divinae gratiae auxilio, quod mereri nitebatur impensa et constanti pietatis vita, diligenti votorum et Regulae observantia, paenitentia et sui castigatione.

Haec tam bona se gerendi ratio aestimationem et admirationem excitavit eorum, qui eam cognoverunt : quam ob rem etiam viva est fruita sanctitatis fama. Quoniam autem haec fama solidata est et crevit annis qui mortem secuti sunt, Episcopus Ruremundensis cano-

nizationis Causam inchoavit processus ordinarii informativi celebratione (annis 1950-1952). Decretum super scriptorum recognitione die 13 editum est mensis Martii anno 1956. Mensis Aprilis die 2, anno 1982, Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum solvit celebratione processus apostolici super virtutibus in specie et aliam quaesivit instrumentorum indagationem et quorundam aspectuum investigationem altiorem ad Dei Servam attinentium. Processus ordinarii validitas est decreto agnita die 28 mensis Februarii anno 1983. Apparata denique *Positione* ad normas inspectae sunt virtutes. Die 23 mensis Octobris anno 1990, prospero cum exitu est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris actus, cui praefuit Fidei Promotor Rev.mus Antonius Petti. Postea Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria die 26 mensis Martii habita anno 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Bernardino Gantin, professi sunt Servam Dei Mariam Stollenwerk heroum more virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata fidelique relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Stollenwerk, Confundatricis Congregationis Missionalis Servarum Spiritus Sancti, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. FELICI, *Praefectus*

L. © S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 7 Septembris 1991. — Cathedrali Ecclesiae Ioliettensi, Exc.mum P. D. Gilbertum Lussier, hactenus Episcopum titularem Auguritensem atque Auxiliarem Episcopi Sancti Hieronymi Terraebonae.

die 15 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Fresnensi, Exc.mum P. D. Ioannem Thomam Steinbock, hactenus Episcopum Sanctae Rosae in California.

die 30 octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Emeritensi in Venezuela Exc.mum P. D. Balthasaren! Porras Cardozo, hactenus Episcopum titularem Lamdiensem et Auxiliarem eiusdem metropolitanae Ecclesiae.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì 3 Ottobre 1991, il Dottor **FRANJO TUDJMAN**, Presidente della Repubblica di Croazia.

Sabato 5 Ottobre 1991, S. E. l'On. Signora **VIOLETA DE CHAMORRO**, Presidente della Repubblica del Nicaragua.

Venerdì, 11 Ottobre 1991, S. E. l'On. **MUNAWIR SJADRALI**, Ministro per gli Affari Religiosi dell'Indonesia.

Venerdì, 25 Ottobre 1991, S. E. il Signor **ALBERTO FUJIMORI**, Presidente della Repubblica del Perù.

Venerdì, 25 Ottobre 1991, S. E. il Signor **JULIO E. LINARES**, Ministro per gli Affari Esteri del Panama.

Sabato, 26 Ottobre 1991, S. E. il Signor **ELIAS HRAOUI**, Presidente della Repubblica del Libano.

Sabato, 26 Ottobre 1991, S. E. il Signor **ALOIS MOCK**, Ministro Federale degli Affari Esteri dell'Austria.

Da Sabato 12 a Lunedì 21 Ottobre 1991 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Brasile.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 ottobre 1991. S. E. mons. Ivan Dias, Arcivescovo tit. di Rusubisir, *Nunzio Apostolico in Albania.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

4 settembre 1991. S. E. mons. Francesco Marchisano, Vescovo tit. di Populonia, *Presidente della Pontificia Commissione di Archeologia Spera.*

20 settembre » S. E. mons. Luigi De Magistris, Reggente della Penitenzieria Apostolica, *Esperto permanente della Pontificia Commissione « Ecclesia Dei ».*

1 ottobre » Mons. Eliseo Ariotti, Uditore della Nunziatura Apostolica negli Stati Uniti d'America, *Osservatore Permanente Aggiunto della Santa Sede presso l'Organizzazione degli Stati Americani (O.E.A.).*

NECROLOGIO

7 ottobre 1991. Mons. Alphonse Galléeos, Vescovo tit. di Sasabe.

An. et vol. LXXXIII 3 Decembris 1991 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

Nonnullis divisis territoriis Matritensis archidioecesis, Provincia Ecclesiastica Matritensis constituitur et Matritensis Sedes ad dignitatem Ecclesiae Metropolitanae evehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Venerabilis Frater Noster Angelus S. R. E. Cardinalis Suqula Goicoechea, Archiepiscopus Matritensis, audita Conferentia Episcoporum Hispanica, ad maius spiritale bonum persequendum Christifidelium, in ecclesiastica sua circumscriptione degentium, postulaverit ut divisis quibusdam Matritensis Archidioecesis territoriis nova constitueretur Ecclesiastica Provincia, Nos pro certo habentes hoc in animarum utilitatem esse cessurum, preces exaudiré statuimus. Quapropter, sententiis auditis probatisque Venerabilis Fratris Marii Tagliaferri, Archiepiscopi titulo Formiano et in Hispanica Dicione Apostolici Nuntii, Congregationis pro Episcopis et Secretariae Status Sectionis de Rationibus cum Civitatibus, haec quae sequuntur ex plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis decernimus. Matritensem Sedem, ad hoc usque tempus Sanctae Sedi immediate subiectam, ad dignitatem evehimus Metropolitanae Ecclesiae, iuribus privilegiisque donatae ceterarum Metropolitanarum Sedium propriis. Novam constitutam Ecclesiasticam Provinciam Matritensem constare volumus ex

Ecclesia cognomini atque noviter conditis dioecesibus Complutensi et Xetafensi, ablato titulo Complutensi in praesens Archidioecesi Matritensi adnexo. Insuper Matritensem Archiepiscopum pro tempore gradu Metropolitae insignimus iisdemque instruimus iuribus et privilegiis et oneribus obligationibusque astringimus, quibus ceteri Metropolitae instructi sunt et astricti, ad normam sacrorum canonum. Matritensem, qui nunc est, Archiepiscopum, ad gradum Metropolitae promovemus, ceteris orbis terrarum Metropolitis in iuribus, privilegiis, oneribus et obligationibus aequatum. Haec perficienda mandamus Venerabili Fratri, quem supra demonstravimus, Mario Tagliaferri, vel, eo absente, negotiorum Sanctae Sedis in Hispania curatori, necessarias et opportunas facultates iisdem concedentes etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis primo quoque tempore mittendi actus perfectae exsecutionis sincerum exemplar. Quae vero per has Litteras decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo nonagésimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

ANGELUS card. **SODANO**
Secretarius Status

£ß **BERNARDINUS** card. **GANTIN**
Congr. pro Episcopis Praef.

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.*
Franciscus Chiaurri, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 288411.

II

In Hispania nova erigitur dioecesis Xatafensis nomine.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Matritensem praeclaram Sedem frequentissima fidelium copia praestare omnes sciunt conspicuumque inter Hispanas urbes obtinere locum, ad quam sollicitudinem Nostram vertimus peculiaribus necessitatibus ecclesiastica Instituta aptantes, ut quam floridissima spi-

— Iosephus Ruiz Cuesta, postulans, natus die 6 mensis Novembris anno 1907 in vico *Dilar,* in dioecesi Illiberitana.

16. Die 30 mensis Novembris anno 1936 in vico *Paracuellos dei J arama* (in provincia Matritensi) occisi sunt sex religiosi domus loci *Ciempozuelos* (in provincia Matritensi) sodales. Comprehensi erant et custodia tenti cum fratribus sodalibus superioris coetus. Hi fuerunt :

— Frater Didacus de Cádiz García Molina, professus, secretarius provincialis, natus die 14 mensis Decembris anno 1892 in oppido *Moral de Calatrava* (in provincia Civitatis Regalis) ;

— Frater Romanus Touceda Fernández, professus, vicarius superioris domus, natus die 22 mensis Ianuarii anno 1904 Matriti;

— Frater Michael Rueda Mejías, professus, ortus die 19 mensis Ianuarii in pago *Motril* anno 1902, in dioecesi Illiberitana;

— Frater Arturus Donoso Murillo, professus, ortus die 31 mensis Martii anno 1917 in oppido *Puebla de Alcocer,* in dioecesi Toletana;

— Frater Iesus Gesta de Piquer, professus, ortus die 19 mensis Ianuarii anno 1915 Matriti ;

— Frater Antonius Martínez Gil-Leoniis, novitius, natus die 2 mensis Novembris anno 1916 Montellani, in dioecesi Hispalensi.

17. Eodem tempore inque eodem loco occisus est Frater Nicephorus Salvador del Río, professus, sodalis domus Sancti Raphaelis Matritensis, natus die 9 mensis Februarii anno 1913 in oppido *Yillamorco,* in dioecesi Palentina. Tempore mortis suae stipendia merebat Matriti.

18. Die 14 mensis Decembris anno 1936 Barcinone interfectus est Frater Protasius Cubells Minguell, professus, secretarius Curiae provincialis Aragoniensis, natus die 27 mensis Decembris anno 1880 in vico *Coli de Nargó* (in provincia Ilerdensi).

Hi Servi Dei inde a primo die post mortem habiti sunt veri martyres, praesertim in Ordine Hospitalario Sancti Ioannis de Deo. Hac perdurante fama initium factum est duarum diversarum Causarum canonizationis : alterius de martyrio Patris Braulii Mariae Corres Díaz de Cerio et Sociorum apud Curiam Barcinonensem per celebrationem processus Ordinarii (annis 1948-1951) et processus rogatorialis Guadalaiarensis (annis 1949-1950), quorum auctoritas agnita est decreto «lie 7 mensis Novembris anno 1986 edito ; alterius de martyrio Patris Fri-

derici Rubio Alvarez et Sociorum apud Curiam Matritensem per celebrationem processus ordinarii (annis 1952-1956) et processuum rogatorialium Medellensis (anno 1953) et Bogotensis (annis 1954-1955), quorum auctoritas agnita est die 2 mensis Maii anno 1986. Die 20 mensis Iunii eiusdem anni Congregatio de Causis Sanctorum concessit ut duae Causae in unum cogerentur. Praeparata Positione, die 12 mensis Octobris anno 1990, actus est exitu cum secundo Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, praesidente Fidei Promotore Rev.mo Antonio Petti. Die 10 mensis Maii anno 1991 Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione Ordinaria collecti, Causae Ponente Em.mo Cardinali Eduardo Francisco Pironio, professi sunt mortem Servorum Dei Braulii Mariae Corres Díaz de Cerio, Friderici Rubio Alvarez et LXIX Sociorum, Ordinis Hospitalarii Sancti Ioannis de Deo, verum fuisse martyrium.

De hisce omnibus rebus, referente subscripto Cardinali Praefecto, certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, praecepit ut decretum super martyrio Servorum Dei rite conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Congregationis Secretis ceterisque de more convocandis eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de martyrio eiusque causa Servorum Dei Braulii Mariae Corres Diaz de Cerio, Friderici Rubio Alvarez et LXIX Sociorum, ex Ordine Hospitalario S. Ioannis de Deo, in odium Fidei anno 1936 in Hispania interfectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Voluit Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S.

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

II

ROMANA SEU TAURINEN.

DECRETUM

Canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Bartholomaei Menochio, Ordinis S. Augustini, Episcopi tit. Porphyriensis, Praefecti Sacrarii Apostolici (1741-1823).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis » *(2 Tm* 2, 15).

Episcopus Iosephus Bartholomaeus Menochio, S. Augustini Ordinis sodalis insignis, per omnem huius vitae cursum, quae quidem ad multam producta est aetatem, nihil aliud exoptare sibi proposuit, nisi, S. Augustinum patrem suum ac magistrum secutus, esse ((servus Christi, et per ipsum servus servorum ipsius » *(Ep* 217, 1; *PM* 33, 978).

Prorsus enim erat animo et corde in Deum intentus, cuiusque sanctum voluntatis consilium in dies exquirere nitebatur; et quippe qui factus erat semper omnia omnibus, magna cum fide et devotione, potissimum Ecclesiae Summoque Pontifici inserviit.

Itaque, iam adulescens, divino Verbo collustratus, plane Dei esse statuit,- et spiritualis suae vitae aedificium non in inanium mundi rerum arenis exstruere, sed in firma petra, quae est Christus, elegit. Et per hoc, ipsi Fonti vitae et sanctitatis coniunctus, continenter in imitando divino Magistro profecit, et sic in vitae christianae virtutum exercitio enituit, ut in exercendis bonis operibus et in Evangelii assidue nuntiandi ministerio veritatis lumen circumfunderet et multa ad Ecclesiae incrementum animarumque salutem promovenda, conferret.

Ortus erat Carmaniolae, in Salutiana dioecesi, die 19 mensis Martii, anno 1741, sex fratrum minimus natu, a Michaele Antonio Menochio, divite medicamentario, et a Maria Magdalena Dondona, a quibus in christianae vitae praeceptis est bene institutus. Inde, cum decimum annum agebat et nonum, familiam reliquit ut novitiatum Provinciae Picenae Ordinis S. Augustini, in quem iam praecucurrerat

frater suus Ignatius, ingrederetur, ibique, anno novitiatus expleto, religiosam professionem, die 3 mensis Aprilis anno 1761, emisit.

Propter singulares eius mentis dotes, quibus vigebat, « Studia generalia)) Ordinis, Superiorum consilio, adivit eorumque diligens fuit auditor usque ad Presbyteratus ordinem, quem die 15 mensis Februarii anno 1764 accepit. Postea vero, iam in S. Theologia baccalaureatus gradum adeptus, anno 1769, cum sibi persuasum haberet plus animarum saluti prodesse in suggestis Dei Verbum praedicare quam in cathedris doctrinam profiteri, a Superioribus postulavit ut in apostolatum ad populum omni studio incumbere posset, quod ei concesserunt. Per aliquot proinde annos hoc ministerio functus, Praedicator generalis Ordinis S. Augustini, anno 1774, est renuntiatus, et ita postea magnum studium magnamque operam in praedicando Dei Verbo necnon in sacramentalis Paenitentiae ministerio et spirituum moderatione exercendis contulit.

Peculiaris autem eius ad dicendum indolis fama comperta, plurima Italiae loca, quae illum invitaverant ut apud se praedicationes haberet peragravit, quaeque propterea eius verbum fervens et ad suadendum aptum, ieiunum et strictum, audire potuerunt, magnis cum spiritualibus hominum emolumentis. Magna se devovendi praeditus voluntate necnon populo Dei utilis esse cupiens, diuturnas itinerum molestias obiit, per quae clariora ascendit suggesta et humiliora montanarum vicorum et agrestium paroeciarum. Cuius autem apostolica actuositas, quam semper et ubique, et ferventer et prudenter exercuit, efficaciorem reddebant sive sanctitas sive praeclara facinora quae eius praedicationem sequebantur, quorum multa vera miracula a fidelibus putabantur.

Minime vero, in hoc ministerii exercitio, praetereundum est quod Regii in Aemilia ipse peregit, adeo ut dioecesis Episcopus Franciscus Maria D'Esté, cum eum magni existimaret, a Pontifice Pio VI, ut ipsum auxiliarem haberet obtinueret. Quocirca nominatus est Episcopus titularis Hipponensis et die 22 mensis Maii anno 1796, sacrum Episcopatus Ordinem recepit. Sed paucis post mensibus, a gallicis auctoritatibus, quae interea Italiae regiones occupaverant, a dioecesi est discedere coactus tamquam « advena ».

Confugit proinde in Picenum ubi maxime sua increbuit pastoralis opera, cum vices ipse functus esset Episcoporum impeditorum, senum vel aegrorum, in Praesbyteris ordinandis, in Confirmationis sacramento conferendo, in ecclesiis consecrandis, necnon in aegrotis et monialium monasteriis visitandis.

Inopinatam autem et subitam habuit eius vita commutationem, cum, anno 1799, uti Propraefectus sacrarii Summi Pontificis, arcessitus est in Conclave, Venetiis habitum, in quo est Pius VII electus, qui Servum Dei intuitus insigniter animi magnitudine esse ornatum, statuit illum Praefectum Apostolici Sacrarii nominare et suum eligere confessarium. Vixit itaque cum Romano Pontifice viginti circiter et tres annos, id est usque ad mortem, servitio fungens, quod iam inde ab anno 1352, sine intermissione Ordo praestaverat Sanctae Sedi.

Magis enituit, in hoc novo munere exequendo, eius absoluta perfectaque erga Ecclesiam fidelitas, prudentiae virtus, animi ardor et supernaturalis reverentiae spiritus, nisus interdum consiliis, deprecationibus et etiam, in rebus adversis, solacio, animum Pontificis, qui summam fidem ei habebat, erigere.

Et cum Pontifex, anno 1809, est a gallicis militibus in exilium adductus, Servus Dei, qui eum sequi non poterat, Romae in Palatio Quirinali, quo gallici erant potiti, solus remansit, de iure iurando tamen recusans in verba Imperatoris. Et quamvis eum non desinerent auctoritates attente observare, tamen verebantur omnes. Quod autem plurimi erant relegati, ipse, per longum temporis spatium, unus Episcopus fuit qui, neglectis in quae incurrere potuisset periculis, Romae sacra ministerii peragebat, et cum Summo Pontifice epistularum commercium adhuc servabat.

Praeterea, quantum sinebat officium, proprio apostolatus operi institit, praedicatione praesertim, animarum consecratarum spirituali moderatione, sacramentorum dispensatione, puerorum cura et, per data Curiae Romanae Praelatis humilia et gratuita consilia, qui eum libenter consulebant, quandoquidem in eo prudentiae, moderationis et humanitatis virtutes exsistimabant. Suae vero vocationi studiosus, etiam Episcopus, sui Ordinis Regulam pro viribus, sequi perrexit, numquam decoram omittens paupertatis virtutem, silentium, meditationem et vitae communis officium. Qua de re, sibi diaetam habitationis pauperrimam elegit, quam, ut suas religiones factitaret commorabatur, etsi hieme maxime perfundebatur frigore et aestate calore; ieiunia insuper et abstinentias sedulo observabat, et quamvis esset ipse austeras, ceteris tamen, praesertim fratribus sodalibus, indulgebat.

Permagno, in hac agendi ratione, fidei in Deum spiritu eiusque perficiendae voluntatis informabatur studio, necnon Ecclesiae et Christi Vicario aptius inserviendi firmo proposito. Ideo, quo facilius hanc spiritus perfectionem, quam sibi proposuerat, assequeretur, non suis

fidebat viribus, sed divinae gratiae auxilio se penitus dedit, quam assiduis precibus, diuturna meditatione, fervida Eucharistiae et Liturgiae Horarum celebratione mereri nitebatur, atque paenitentia, accurata suorum munerum exsecutione, et cuiuslibet peccati aut vitii fuga. Beatam insuper Virginem Mariam, Dei Genetricem et gratiarum Mediatricem, filialis pietatis affectu coluit, eiusque vero cultum adeo promovit, ut etiam mira, quae ipse efficiebat, huius Matris intercessioni tribuere non dubitaret.

Proximum suum propter Dei amorem ita diligebat, ut illius necessitatibus, et spiritus et corporis, prompte ac sollicite occurreret; ideoque scripsit : « Proximo nostro nos debemus miserationem, quae ei subveniat; fervorem, qui eum corrigat; exemplum, quod eum aedificet ». In iis igitur omnibus quae diceret et faceret, non quae sua erant quaerebat, se tantum quae Dei, Ecclesiae et animarum, bonum commune sui proprio anteponendo.

Pro certo quidem adfirmandum est, huius in ceteros assiduae veraeque curae, fidelem apud Papam ac diuturnum famulatum, apostolicam in populo et in monasteriis ferventem actuositatem, plurima pro pauperibus et maerentibus caritatis opera, hilarem ac patientem in eos qui illum adibant humanitatem, perspicua esse testimonia. Et cum se, ut totaliter Christo cohaereret et expedite in Deum procederet, abnegavisset, illecebra huius mundi, hoc est honores, divitias, huius vitae res prosperas nihili fecit, maliens asperam Evangelii viam humilitatis et sui castigationis, diligere, et quod in Domino suam collocaverat spem, etiam in tribulationibus quibus tunc et Papa et Ecclesia et ipse erant affecti, miram servavit animi pacem, pro certo habens Dei Providentiam filiis et mundi rebus animo paterno invigilare.

Maximi autem momenti fuit quod, in restituenda ad Christi praecepta vivendi ratione, propter morum ruinas Napoleonis aetate inductas, Servus Dei egit, cuius opera fruita sunt nonnulla monasteria et praecipue suus Ordo. Erat enim illi magnus in augustiniensium Ordinem sensus ac spiritus, quem per totam suam vitam ab adulescentia servaverat, ut saepe dictitaret : « Quamvis Episcopus sim creatus, mihi tamen non est esse religiosum obliviscendum».

Quam ob rem, Patrem Generalem Ordinis magna cum reverentia venerabatur, et in B. Stephanum Bellesini, cuius erat sodalis frater quique hisce annis alumnos religiosam augustinianam vitam appetentes ut magister instituebat, singularem amicitiam coluit.

Ita, omni huius saeculi cupidine expers et aeternum praemium adipiscendi appetens, quietam oppetiit mortem, qua brevem post morbum, die 25 mensis Martii anno 1823, est correptus.

Cum vero sanctitatis fama, quam sibi vivus pepererat, adhuc eo mortuo teneret, Romae initium factum est canonizationis Causae per celebrationem processus ordinarii informativi, annis 1845-1852 acti.

Post Causae introductionem, quam Pius IX die 27 mensis Aprilis anno 1871 decrevit, celebrati sunt, ex illius aetatis normis, processus apostolici, quorum auctoritas et vis mense Maio anno 1889 est rata habita.

Sed, ab anno 1905 aliquandiu est Causa intermissa, donec anno 1971, curante id temporis Priore Generali Ordinis S. Augustini, P. Augustino Trapè, est denuo retractata et ((Nova Positio », quae dicitur, apparata, de Servi Dei virtutibus est consultum.

Die 30 mensis Octobris anno 1990 auctus est, felici cum exitu, Theologorum Consultorum Peculiaris Congressus, cui praefuit Rev.mus Fidei Promotor Antonius Petti. Deinde, Patres Cardinales et Episcopi, in Congregatione ordinaria die 16 mensis Aprilis anno 1991 collecti, Causae Ponente vel Relatore Em.mo Cardinali D. Simone Lourdusamy, Servum Dei Iosephum Bartholomaeum Menochio virtutes théologales, cardinales eisque adnexas, heroum more exercuisse confessi sunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Iosephi Bartholomaei Menochio, Ordinis Sancti Augustini, Episcopi tit. Porphyriensis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum idem Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. # S.

£ß Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

III

BUREMUNDEN.

DECRETUM

Canonizationis Servae Dei Iosephae Stenmanns (in saec.: Hendrinae), Confundatricis Congregationis Missionalis Servarunt Spiritus Sancti (1852-1903).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet ; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert » {*Io* 12, 24).

Domini Iesu exemplum imitans, qui se ut mundo vitam daret immolavit, Serva Dei Iosepha Stenmanns iter fecit poenae et humilitatis et magno cum fervore atque studio missionali Christi regno dilatando operam navavit, formationi se dedendo Sororum Congregationis Missionalis Servarum Spiritus Sancti, cuius confundatrix fuit et antistita.

Serva Dei, coniugum Villelmi Francisci Stenmanns, vestitici, et Annae Mariae Walboom, maxima natu, in pago *Issum,* orta est, ad dioecesim Monasteriensem pertinente, die 28 mensis Maii anno 1852 ; postridie, Hendrina vocata, novi foederis populi particeps facta est Baptismatis sacramento ; die 13 mensis Aprilis anno 1865, post diligentem praeparationem catecheticam et spiritalem sancta primum de altari libavit et duobus post annis Confirmationis accepit sacramentum.

A sex ad quattuordecim annos utiliter et pleno cum praeceptorum oblectamento ludum publicum frequentavit ; deinde, sicut multi eius populares, in bombycini texturam incubuit et matrem adiuvabat in domus officiis exsequendis. Alacris haec opera non eam avertit ab officio suam cum Deo coniunctionem colendi nec ab exercitio christianarum virtutum. Aliena a nugis quae puellas trahere solent, de rebus spiritus curabat et gaudebat deque munerum religiosorum exsecutione. Hinc, qualiscumque erat aèr, quotidie mane S. Missae intererat, saepe ad Communionem accedebat, octavo quoque die peccata sua confitebitur, corpus suum castigabat paenitentiae exercitationibus. Li-

benter pauperibus opitulabatur et aegrotis, quos in ipsorum domibus invisebat solacium ferens et, si necessarium erat, etiam auxilia corporea. Hoc explicabat opus tanta cum caritate et urbanitate, ut omnes illam apud se habere exoptarent.

Cum animadverteret in se ardorem crescere strictius ad Dominum se iungendi, nomen professa est in Tertium Ordinem Franciscanum et multa cum fidelitate institit in regulae observantiam, quae tunc rigidior erat. Conventum ingredi voluisset, sed non potuit, cum sciret suam praesentiam esse in familia necessariam, quae post matris mortem (anno 1878) magis etiam eam gravabat.

Divina Providentia, cui multum confidebat, ei auxilio venit, siquidem effecit ut, per iuvenem Lambertum Welbers, futurum sacerdotem et missionarium, communitatem missionariam loci *Steyl* in Nederlandia cognosceret, id est Societatem Verbi Divini, a beato Arnoldo Janssen conditam. Dum hanc visebat communitatem anno 1883, ibi incidit in servam Dei Mariam Helenam Stollenwerk et Teresiam Sicke, quae, introiturae in congregationem sororum missionariarum, quam Beatus Janssen condere cogitabat, interea Sorores a Divina Providentia in serviendo domui missionariae adiuvabant. Intellexit suum locum esse inter iuvenes illas laicas, quae vitam consecratam appetebant : qua re, post multas adhibitas Deo deprecationes, ipsi Beato Janssen scripsit, die festo Epiphaniae anno 1884, petens ut se tamquam famulam acciperet in domum missionariam, ut posset olim se operi dedere fidem disseminandi.

Postulatio prosperum habuit exitum et die 12 mensis Februarii anno 1884 Serva Dei locum reliquit, ubi nata erat, et exinde, in pago *Steyl,* cum ardore, perseverantia et laetitia iter confecit, quod ei Dominus praeparaverat. Cum sodalibus multas obiit asperitates, magnam paupertatem et gravem laborem in communitatis culina. Sed vocatio Servae Dei tam erat solida, ut inde omnia exceperit cum tranquillitate et vero spiritu ad incommoda sustinenda parato, quam optime sua exsecuta sit munia et se fervide exercuerit in Christi imitatione atque in oboedientia Deo et superioribus.

Die 14 mensis Iulii anno 1888 iuvenes illae se contulerunt ad parvum Conventum, ((Tres Tiliae » vocatum. Insequenti anno primum tandem habuerunt domum religiosam et ibi die 8 mensis Decembris condita est a Beato Janssen Congregatio Missionalis Servarum Spiritus Sancti, cuius Serva Dei fuit antistita, donec in eius locum Serva Dei Maria Stollenwerk successit. Die 17 mensis Ianuarii anno 1892 vestem

induit religiosam et est Iosepha nuncupata. Die 12 mensis Martii anno 1894, cum undecim sociis, vota est professa religiosa in septem annos. Usque ad annum 1898 est adiutricis muneribus iuncta, magistrae postulantium et domus ministrae. Post antistita fuit ad diem usque mortis. Die 8 mensis Septembris anno 1901 vota perpetua nuncupavit.

Sua explevit officia cum peritia, alacritate et prudentia, tantumque ad ortum, munitionem et incrementum Congregationis contulit, ut huius habita sit Cònfundatrix. Cum ea mortua est ipse Beatus Janssen scripsit : « Haec mors durus alius est mihi ictus, qui alio orbor ex firmamentis, quae ad me Dominus apposuerat pro opere Institutionis. Durus est ictus etiam sororibus sodalibus, quae bonam amiserunt matrem, ad quam iure titulus spectat confundatricis Congregationis Servarum Spiritus Sancti ».

Praecipue Serva Dei provinciam curavit formationis postulantium, et sororum, quas vita interiore instructas volebat et spiritu se dedendi, fideles erga regulam, mutua caritate coniunctas, sedulas in Evangelio nuntiando. Volebat insuper eas linguas et usus et mores cognoscere populorum, qui erant evangelizandi et artes discere, ut difficultates vincerent, in quas erant incursurae in missionum terris. Uti vera mater, semper de bono spiritali et corporeo sororum sodalium sollicita fuit, quas ex consuetudine cum benignitate et firmitudine, cum humanitate et aequitate tractabat, cumque patientia et humilitate. Quandoquidem continuo cum eis erat, earum quaeque poterat in illa splendidum vitae exemplar videre; quam ob rem magna aestimatione et dilectione fruita est in sua communitate.

Revera Serva Dei Congregationi suae servivit non solum formationis et regiminis multiplici industria, verum etiam suarum virtutum testimonio, quas eminenti exercuit gradu. Fulsit potissimum fide simplici, magna et vehementi, quam continua coniunctione cum Deo fervidaque erga Eucharistiam, Virginem Mariam et Sanctum Ioseph pietate alebat. Peculiari modo diligebat et venerabatur Spiritum Sanctum, ad quem frequenter adibat ut lumen et vim obtineret in suis officiis exsequendis. Repetere solebat : « Deus Spiritus Sancte, amori tuo et glorificationi tuae totam meam consecro vitam » ; et etiam : « Precatio *Veni Sancte Spiritus* respiratio debet esse Servae Spiritus Sancti ». Deprecationem efficacem esse credebat ; idcirco multum temporis insumebat in ea, et etiam inter manuum labores cor eius cum Deo colloquebatur. « Deprecatio — aiebat — omnium Dei

thesaurorum est clavis, cum omnia obtineat ab eo. Nihil est deprecatione potentius ». Precabatur ut alacrior usque esset in Dei, Ecclesiae et suae Congregationis servitio ; precabatur pro sacerdotibus proque animis consecratis; precabatur pro peccatorum conversione et fidei disseminatione in populis Christum ignorantibus. Fide illustrata, Dei voluntatem videbat in superiorum praeceptis; atque in constitutionibus, cui se dederat, donum videbat Spiritus Sancti, qua re affirmabat : ((Probanda est nobis et aestimanda regula sancta nostra, iterum atque iterum legenda, quo altius in dies animis in nostris insculpatur. Caveamus ne ullam contemnamus praescriptionem ». Quae autem ceteras docebat, ipsa prompte, perseveranter et spiritali cum delectatione explicabat, constitutiones et vota religiosa diligenter observans.

Suam Deo consecrationem coluit non solum fidei luce illuminata, sed etiam igne incensa caritatis. Dominum amabat ex tota mente, ex toto corde, ex totis viribus. Propter amorem Dei, se abdicabat et neglegebat, laeta erat et serena in difficultatibus. Eius gaudium totum positum erat in facienda Dei voluntate, in continenter laborando pro eius gloria, in omni peccati et vitii genere vitando. Dei et evangelii causae totam se dedidit et, sciens Domini mandatum esse, ut invicem diligamus, sicut ipse dilexit nos (cf. *Io* 15, 12), proximo quoque totam dedit seipsam. A iuventute curas contulit in fratres adiuvandos minores natu, pauperes, aegrotos, dolentes. Religiosa facta affluens fuit indulgentia, affabilitate et obsequiis erga sorores sodales, praesertim erga iuvenes, aegras et eas, quae ad missionem proficiscebantur. Ut in caritate crescerei cum fiducia precabatur : ((Deus, Spiritus Sancte, amoris pater, amorem da nobis ». Ad auxilium spiritale et corporeum quod aliis ferebat, semper humilitatem coniungebat et simplicitatem. Sororibus quae animis deficiebant, dicebat : « Aspicite me : nihil sum, nihil possum, et tamen semper me Deus adiuvat ». Ex eo quod animadvertebat se parvum esse in manibus Dei instrumentum, fortis erat in rebus adversis et non solum erga Dei voluntatem obsequens, verum etiam superiorum, praecipue Beati Janssen quem sincera prosequebatur veneratione.

Anno 1902 valetudo Servae Dei, asthmate aegrae, perverti coepit. A rebus terrenis aliena et praemium aeternum adipiscendi appetens, cum tranquillitate ad supremum occursum cum Deo se praeparavit. Si exemplar et specimen fuit cum bona utebatur valetudine, plus etiam id fuit in aegrotatione, quam mira cum patientia tulit, laeta quodam modo Domini passionem communicandi. Pie obiit die 20 mensis Maii anno 1903, ampla et merita sanctitatis fama affecta.

Procedentibus annis singularium eius virtutum memoria non solum non evanuit, sed clarior usque facta est, praesertim in Congregatione Servarum Spiritus Sancti. Ratione habita igitur continuationis famae sanctitatis, Episcopus Ruremundensis iustum esse putavit canonizationis Causam inchoare per celebrationem processus ordinarii informativi (actam annis 1950-1952). Die 13 mensis Maii anno 1956 promulgatum est decretum super scriptis et mensis Aprilis die 2, anno 1982, decretum super Causae introductione. Concessa vacatione a celebratione processus apostolici super virtutibus, praeceptum est ut quaedam fierent pervestigationes historicae ad Servam Dei et ad Causam pertinentes. Apparata Positione, iuxta normas de virtutibus dissertum est. Die 23 mensis Octobris anno 1990, secundo cum exitu habitus est Consultorum Theologorum Congressus Peculiaris, cui praefuit Promotor Fidei Rev.mus Antonius Petti. Cardinales Patres porro et Episcopi, in Congregatione Ordinaria collecti diei 26 mensis Martii anni 1991, Causae Ponente Em.mo Cardinali Bernardino Gantin, Servam Dei Iosepham Stenmanns heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Iosephae Stenmanns, Confuhdatricis Congregationis Missionalis Servorum Spiritus Sancti, in êasu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Maii A. D. 1991.

ANGELUS card. **FELICI,** *Praefectus*

L. © S .

£8 Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

I

CANDIMENDENSIS

De mutatione nominis et sedis dioecesis

Cum urbs vulgo nuncupata « Zé Doca » ad praesens incolarum frequentia, commoditate viarum ac opibus commercii praestet aptiorque ad moderandam dioecesim Candimendensem evaserit locus, Exc.mus P. D. Valmirus Albertus Valle, I.M.C, Episcopus Candimendensis, audita Conferentia episcopali Brasiliensi, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut eiusdem dioecesis sedes in praefata urbe statueretur et eius nomen mutaretur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia, PP. II, tributarum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto sedem dioecesis Candimendensis in urbe vulgo appellata « Zé Doca » statuit templumque paroeciale ibi extans, Deo, in honorem Sancti Antonii Confessoris, dicatum, ad gradum et dignitatem Cathedralis Ecclesiae evehit, eique insignia, privilegia iuraque omnia tribuit quibus ceterae in orbe catholico Cathedrales Ecclesiae fruuntur.

Praeterea decernit ut dioecesis Candimendensis posthac Zedocana appelletur, eiusque pro tempore Episcopus item Zedocanus nuncupetur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia Gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum, exsecutioni mandandum die 16 mensis octobris anno 1991, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 5 mensis iulii anno 1991.

© **BERNARDINUS** card. **GANTIN,** *Praefectus*

L. © S.

© Iustinus Rigali, *a Secretis*

In Congr. pro Episc, tab., n. 266/91.

II

CAMPI GRANDIS

De Cathedrae translatione

Per Apostolicas sub plumbo Litteras « Inter Gravissima », diei 15 mensis iunii anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo, dioecesim Campi Grandis (postea ad dignitatem metropolitanae Ecclesiae evecta est), Summus Pontifex, b.m., Pius, divina Providentia, PP. XII, erexit ac, inter alia, decrevit: «...Episcopi domicilium erit in urbe vulgo Campo Grande eiusque potestatis cathedra ad tempus in aede statuetur S. Ioseph, B. M. V. sponso, sacra, quae suetis iuribus honestabitur, usque dum scilicet novum digniusque cathedrale templum exstruetur, B. Mariae Virgini « da Abadia » et S. Antonio Patavino sacrandum ... ».

Cum novum templum, de quo agitur, exstructum sit, Exc.mus P. D. Victorius Pavanello, Archiepiscopus Campi Grandis, Sanctae Sedi preces porrexit ut Cathedra episcopalis a priore templo, Deo, in honorem Sancti Ioseph, dicatum, ad alterum, Beatae Mariae Virgini « da Abadia » et Sancto Antonio de Padua consecratum, transferatur.

Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Purno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi translationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi, a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia, PP. II, tributarum, oblatas preces benigne accipiendas esse censuit.

Quapropter, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a templo paroeciali, Deo, in honorem Sancti Ioseph, Beatae Mariae Virginis sponsi, dicatum, ad templum paroeciale Deo, in honorem Beatae Mariae Virginis vulgo nuncupatum ((da Abadia », et Sancti Antonii de Padua sacratum, Cathedram episcopalem transfert, collatis omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae in orbe catholico decorantur.

Ad haec perficienda, Congregatio pro Episcopis deputat memoratum Exc.mum Apostolicum Nuntium vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis in Brasilia gestorem, necessarias et opportunas eisdem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 1 mensis octobris anno 1991.

i£8 **BERNARDINUS** card. **GANTIN,** *Praefectus*

L.©fí.

£8 Iustinus Rigali, *a Secretis*

In Congr. pro Episc, tab., n. *192J91.*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 2 Novembris 1991. — Cathedrali Ecclesiae Matagalpensi Exc.mum P. D. Leopoldum Iosephum Brenes Solórzano, hactenus Episcopum titularem Maturbensem et Auxiliarem archidioecesis Managuensis.

die 5 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Aulonitanae, Exc.mum P. D. Laurentium Haraldum Welsh, hactenus Episcopum emeritum Spokanensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Roberti Roach, Archiepiscopi Metropolitae Paulopolitani et Minneapolitani.

die 7 *Novembris 1991.* — Metropolitanae Ecclesiae Medellensi Exc.mum P. D. Hectorem Rueda Hernández, hactenus Archiepiscopum Metropolitam Bucaramanguensem.

die 9 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Fororaphaëliensi Exc.mum P. D. Iesum Arturum Roldan, hactenus Episcopum titularem Gadiaufalensem et Auxiliarem Cordubensem in Argentina.

die 13 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Manaënsi Exc.mum P. D. Aloisium Soares Vieira, hactenus Episcopum Macapensem.

die 16 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Barcinonensi in Venetiola Exc.mum P. D. Michaelem Delgado Avila, hactenus Episcopum titularem Scebatianensem et Auxiliarem archidioecesis Caracensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Buslacenae R. D. Alfredum Petit Vergel, Vicarium episcopalem pro plaga centrali civitatis Habanae, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Cristophori de Habana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cibalianensi R. D. Carolum Iesum Patricium Baladren Valdés, curionem paroeciae civitatis vulgo Manzanillo, in archidioecesi Sancti Iacobi in Cuba, quem deputavit Auxiliarem archidioecesis Sancti Cristophori de Habana.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cediensi R. D. Marium Eusebium Mestril Vega, curionem paroeciae cui nomen Ciego de Avila, in dioecesi Camagueyensi exstantis, quem deputavit Auxiliarem eiusdem ecclesiasticae circumscriptionis.

die 19 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Suensi, R. D. Franciscum Gourguillon, e clero Remensi, curionem paroeciae Sancti Remigii, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Balland, Archiepiscopi Metropolitae Remensis.

— Cathedrali Ecclesiae Maris Platensis Exc.mum P. D. Iosephum Mariam Arancedo, hactenus Episcopum titularem Selemselitanum et Auxiliarem Clivi Zamorensis.

die 20 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Guiratingensi R. D. Iosephum Foralosso, Societatis sancti Francisci Salesii sodalem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

RANGUNEN., BASSEINEN., PEOMEN.

DECRETUM

De mutatione nominis.

Apostolicis sub plumbo Litteris « Dum alterna)) die prima Ianuarii anno Domini 1950, in Birmania, nunc Myanmar, erecta fuit Ecclesia metropolitana Rangunensis et eadem die, aliis Litteris a Summo Pontifice Pio XII etiam promulgatis, nempe « Quo aptius commodiusque », dioecesis Basseinensis, dictae Sedi metropolitanae suffraganea, constituta est : postea, die vicesima prima mensis Februarii anno Domini 1961, altera dioecesis, nempe Promensis, in eadem provincia ecclesiastica Rangunensi, erecta fuit per Bullam constitutivam « Cum in iis », a Summo Pontifice Ioanne XXIII datam.

Cum vero nunc appellationes civiles earundem circumscriptionum ecclesiasticarum civiliter mutatae sint, Exc.mus Archiepiscopus Rangunensis et Exc.mi Episcopi Basseinensis et Promensis, enixe postulaverunt ut nomina ipsarum archidioecesis et dioeceseon in usu quoque ecclesiali immutarentur.

Itaque, hoc Dicasterium Missionale, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino nostro Ioanne Paulo divina Providentia PP. II tributarum, praesenti Decreto, statuit ut archidioecesis Rangunensis deinceps Yangonensis nomen assumat, dioecesis Basseinensis nomen Patheinensis et Dioecesis Promensis deinceps Pyayensis vulgo nempe Yangon, Pathein e Pyay, ac si novae Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Detur exsecutio huic Decreto uti de more ab Exc.mo ac Rev.mo Domino Alberto Tricarico, Archiepiscopo tit. Sistronianensi atque Apostolico in Myanmar Delegato.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Gentium Evangelizatione, die octava mensis Octobris anno Domini 1991.

IOSEPHUS card. **TOMKO,** *Praefectus*

L. ✠ S.

I. Uhac, *a Secretis*

In Congr. pro Gentium Evang. tab., n. 4803/91.

ACTA CONSILIORUM

PONTIFICIUM CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS

Responsio ad propositum dubium

Patres Pontificii Consilii de Legum Textibus Interpretandis proposito in ordinario coetu diei 2 iulii 1991 dubio, quod sequitur, respondendum esse censuerunt ut infra :

D. «Utrum, Episcopi emeriti, de quibus in can. 402 § 1, ab Episcoporum Conferentia eligi possint, iuxta can. 346 § 1 praescriptum, uti Synodi Episcoporum sodales ».

R. *Affirmative.*

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 10 oetobris 1991 infrascripto Praesidi impertita, de supradicta decisione certior factus, eam confirmavit et promulgari iussit.

£ß **VINCENTIUS FAGIOLO**
archiep. em. Theatinus-Vastensis, *Praeses*

£8 **IULIANUS HERRANZ CASADO**
ep. tit. Vertarensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE
CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 28 Ottobre 1991, S. E. il Signor DESMOND ARTHUR MCNAMARA, Ambasciatore di Santa Lucia presso la Santa Sede.

Giovedì, 31 Ottobre 1991, S. E. il Barone HENRY BEYENS, Ambasciatore del Belgio presso la Santa Sede.

Giovedì, 7 Novembre 1991, S. E. il Signor ACHIADI ACHID SJARIF, Ambasciatore di Indonesia presso la Santa Sede.

Lunedì, 11 Novembre 1991, S. E. il Signor Luis ANGEL CASATI FERRO, Ambasciatore del Paraguay presso la Santa Sede.

Giovedì, 14 Novembre 1991, S. E. il Signor JORGE SILVA CENCIO, Ambasciatore dell'Uruguay presso la Santa Sede.

Venerdì, 15 Novembre 1991, S. E. il Signor RATU EPELI NAILATIKAU, Ambasciatore di Fiji presso la Santa Sede.

Martedì, 19 Novembre 1991, S. E. il Signor MANUEL ANTONIO HERNÁNDEZ GUTIÉRREZ, Ambasciatore di Costa Rica presso la Santa Sede.

Martedì, 19 Novembre 1991, S. E. il Signor SHINTU SORASONGKRAM, Ambasciatore di Thailandia presso la Santa Sede.

Martedì, 19 Novembre 1991, S. E. il Signor BOUALEM BESSAIH, Ambasciatore di Algeria presso la Santa Sede.

Lunedì, 25 Novembre 1991, S. E. il Signor EDMOND CAKPO-Tozo, Ambasciatore del Benin presso la Santa Sede.

Ha, altresì ricevuto in Udienza:

Mercoledì, 30 Ottobre 1991, S. E. il Signor ANDRÉS VALLEJO, Inviato Personale del Presidente della Repubblica dell'Ecuador.

Mercoledì, 30 Ottobre 1991, S. E. il Signor G. A. GASSANOV, Primo Ministro della Repubblica dell'Azerbajdzan.

Giovedì, **31** Ottobre **1991**, il Signor **KIRO GLIGOROV**, Presidente della Repubblica di Macedonia.

Sabato, **16** Novembre **1991**, S. E. il Signor **ROLAND DUMAS**, Ministro degli Affari Esteri di Francia.

Lunedì, **18** Novembre **1991**, S. E. il Signor **MOHAMMED HOSNI MOUBARAK**, Presidente della Repubblica Araba d'Egitto.

Lunedì, **18** Novembre **1991**, S. E. il Signor **VYTAUTAS LANDSBERGIS**, Presidente del Consiglio Supremo della Repubblica di Lituania.

Giovedì, **21** Novembre **1991**, il Dottor **FRANZ VRANITZKY**, Cancelliere Federale della Repubblica d'Austria.

Venerdì, **22** Novembre **1991**, S. E. il Signor **JAIME PAZ ZAMORA**, Presidente della Repubblica di Bolivia.

Sabato, **23** Novembre **1991**, Sua Maestà Sofia, Regina di Spagna.

Giovedì, **28** Novembre **1991**, Sua Maestà **HASSAN II**, Re del Marocco.

Venerdì, **29** Novembre **1991**, S. E. il Signor **HANS-DIETRICH GENSCHER**, Ministro degli Affari Esteri di Germania.

Giovedì, **7** Novembre **1991**, il Santo Padre ha presieduto una riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

28 novembre 1991. S. E. mons. Pietro Sambi, Arcivescovo tit. di Beicastro, *Pro-Nunzio Apostolico in Indonesia.*

30 » » S. E. mons. Giovanni Bulaitis, Arcivescovo tit. di Narona, *Pro-Nunzio Apostolico in Corea.*

» » » S. E. mons. Justo Mullor Garcia, Arcivescovo tit. di Merida Augusta, *Nunzio Apostolico in Lituania, Estonia e Lettonia.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

8 ottobre 1991. P. Antonio Garcia y Garcia, P. Giacomo Martina S. I., Mons. Raffaello Volpini, *Membri del Pontificio Gomitato di Scienze Storiche.*

28 » » Gli Em.mi Signori Cardinali Alfonso López Trujillo e José T. Sánchez, *Membri della Congregazione per i Vescovi.*

» » » S. E. mons. John Magee, Vescovo di- Cloyne, *Membro Vescovo diocesano della Congregazione per* ***i*** *Vescovi.*

» » » Il signor Salvatore Zingale, la signora Maria Luisa Paronetto-Valier, *Consultori dello Stato della Città del Vaticano «in aliud quinquennium».*

1 novembre » L'arch. Flaviano Vitali, *Capo dell'Ufficio Tecnico dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica, Sezione Ordinaria.*

11 » » S. E. mons. Joseph Thomas Dimino, Arcivescovo tit. di Carini, *Membro dell'Ufficio Centrale di Coordinamento Pastorale degli Ordinariati Militari, fino al 2 febbraio 1993.*

18 » » S. E. mons. Alvaro del Portillo; Mons. Marcello Bordoni; Mons. Vincenzo Carbone; P. Ignazio Cavaglià, C. P.; P. Natale Cavatassi, C. P.; P. Emanuele Boaga, O. C.; P. Fabiano Giorgini, C. P.; Prof. Francesco Leoni, *Consultori della Congregazione per le Cause dei Santi «in aliud quinquennium».*

NECROLOGIO

15 settembre 1991. Mons. Clemens Thottungal, Vescovo em. di Sagar dei Siro-Malabaresi *(India).*

17 ottobre Mons. Kazimirs Dulbiuskis, Vescovo tit. di Geraza.

29 » Mons. Jean Sauvage, Vescovo em. di Annecy *(Francia).*

5 novembre Mons. Jan Lebeda Vescovo tit. di Novi.

11 » Mons. Victorio Manuel Bonamin, Vescovo tit. di Bita.

13 » Card. Paul E. Léger, del titolo di S. Maria degli Angeli.

15 » Mons. Giovanni Proni, Vescovo em. di Forlì-Bertinoro *(Italia).*

17 » Mons. Thomas Austin Murphy, Vescovo tit. di Appiaria.

22 » Mons. Concordio Sarte, Vescovo di Legazpi *(Filippine).*

26 » Mons. Alberto Gaudêncio Ramos, Arcivescovo em. di Beiern do Para *(Brasile).*

» Mons. Joseph Mark McShea, Vescovo em. di Allentown *(Stati Uniti d'America).*

» Mons. Emilio Vallebuona Merea, Arcivescovo di Huancayo *(Perù).*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. ET VOL. LXXXIII)

I - ACTA SUMMI PONTIFICIS

II - ACTA CONGREGATIONUM

III - ACTA PONT. CONSILIORUM

IV - DIARIUM ROMANAE CURIAE

II

INDEX DOCUMENTORUM CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I - ACTA IOANNIS PAULI PP. II

I - LITTERAE ENCYCLICAE

II - SACRA CONSISTORIA

III - LITTERAE DECRETALES

IV - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

V - LITTERAE APOSTOLICAE

VI-EPISTULAE

VII - HOMILIAE

VIII - ALLOCUTIONES

IX-NUNTIUS GRATULATORIUS

X-NUNTII TELEGRAPHICI

XI - NUNTII TELEVISIFICI

XII - NUNTII SCRIPTO DATI

XIII - CHIROGRAPHUM

XIV - ITINERA APOSTOLICA

Ex HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX QUASDAM AFRICAE REGIONES PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

XV - SECRETARIA STATUS

II - ACTA CONGREGATIONUM

I - CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

II - CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

III - CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

IV - CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

V - CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

VI - CONGREGATIO PRO CLERICIS

III - ACTA PONT. CONSILIORUM

PONT. CONSILIUM DE LEGUM TEXTIBUS INTERPRETANDIS

III

INDICES NOMINUM

I - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIBUS SUBSCRIPTA)
(CUM PARVA CRUX t ADEST, DE NUNTIO MORTIS AGITUR)

A

D

G

J

K

T

Y

Z

II - INDEX NOMINUM DIOECESIUM, VICARIATUUM, ETC.

B

X

Y

Z

INDEX RERUM MAIORIS MOMENTI

A

B

C

D

E

F

M

P

T

U

V

CORRIGENDA ET DELENDA

in vol. **LXXXIII (1991)** Commentarii **ACTA APOSTOLICAE SEDIS**

180-186, I: Allocutio repetita (v. pag. **139, I**).
376, linea **29:** loco *Aiba,* legatur *Arba.*
526, in capite: loco *256,* legatur *526.*
631, linea **4:** loco *1 luglio,* legatur *29 giugno.*
910, linea **7** vel **4** a fine **15 » »** *Al sig. Luigi Cerrato (Pozzuoli)*
1096, lineae **17-16** a fine *15 settembre...* deleantur.
1096, linea **23:** loco *Ignazio,* legatur *Innocenzo.*

OCTOGESIMUM PRIMUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS «ACTA APOSTOLICAE SEDIS:
ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MCMLXXXXI
TYPIS VATICANIS